







Ex Bibliotheca M. Andreae Neandri  
Senatoris et Scholarchae.

# DN. IOACHI MI MYNSINGERI

A' FRVNDECK, IVRISCONS. CLA-  
RISS. SINGVLARIVM OBSERVATIONVM IVDICII IMPERIA-  
lis Camerae (ut uocant) Centuriam quatuordecim denuò, sed multo fe-  
licius quàm antea, renatae, & à mendis quàm plurimis, quae  
in priori editione resederant, repurgatae, au-  
ctioresq; redditae.

*ADDITVS EST RERVM ET VER-  
borum memorabiliũ Index locupletissimus: adiectaq; obseruata quaedam cir-  
ca explicationem Ordinationis, usum Camerae Imp. iudicij, ac de con-  
suetudine generali Germania, & Statutis.*

*H. 2. G. 2.*




*Τῆς ἀρχιερείας διὰ πάντα γίνεται.*

Cautum Imp. Reg. Maiestatis priuilegio, ne quis Chalcographus hanc  
editionem intra decem annos æmuletur, sub pœna in diplomate  
contenta. Et Christianiss. Regis Galliae, ad  
quinquennium.

*BASILEAE, PER EVSEBIVM E-  
piscopium, Anno M. D. LXVI.*

INSIGNIA GENTILITIA  
MYNSINGERORVM A' FRVNDCK.



DZZIS



1169



Ob. G. III 925

AD<sup>l</sup> LECTOREM  
OCTOSTICHON.

*Dicitur olim Alcibiades fabricasse Silenos,  
Forma quibus nuda simplicitatis erat.  
Pectore sub clauso mysteria magna latebant,  
Qualia uix Samius nos rat ille senex.  
Paruulus h' itidem tenui sub fronte libellus  
Immesas tacito pectore claudit opes.  
Quod si quis cupiat presentem cernere gazam,  
Clauis a probe referans omnia, clauis adest.*

## P R I V I L E G I V M



**MAXIMILIANVS** Secundus, Diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, ac Germania, Hungaria, & Bohemia, &c. Rex, semper Augustus, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiria, Carinthiae, Carniola, & Vuirtembergae, &c. Marchio Morauiae, Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiae Dux, Marchio Lusatiae, &c. Comes in Habsburg, Flandria, & Tirolis, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore praesentium uniuersis. In defesso literariae Reipub. iuuandae studio inductum instituisse sese supplex ad nos pertulit noster, & sacri imperij fidelis dilectus, Ioachimus Mynsingerus à Frundeck, Iuris utriusq; Doctor, editum à se antea opus singularium Observationum Iudicij Camerae Imperialis Centurias quatuor, emendatius & locupletius multo, quam antea erat, praeulo denuò demandare. In eo enim crebras earundem Observationum repetitiones sustulisse, inq; illarum locum nouas substituisse, repugnantes aut omisisse, aut earum diuersitatis rationes subiunxisse, & explicasse, obscuriores paulo, uel irresolutas declarasse euidenter, & desinisse: Observationū insuper inscriptiones reuidisse, ac mutilas suppleuisse: uereri tamen, ne idem opus alij etiam Typographi, praeter eum, cui ipse commiserit, priuato commodo deseruituri typis suis imitetur, adeoq; sibi autori grauem impensarum iacturam causent. Orauit proinde à nobis obnixè admodum, ut iamdictum opus immunitate, & priuilegio Caesareo, quo eiusmodi dispendij causa praecidatur, communitum & donatum benigne uellemus. Quando igitur nos inter cetera Imperatoriae beneficentiae munia haud postremo loco incumbere nobis animaduertimus, ut ingenuos eruditorū hominum labores pro cōmuni Republica alacriter susceptos, ope & patrocinio nostro iuuandos & prouehendos liberaliter suspiciamus: illius aut eiusmodi Ioachimi Mynsingeri praeter laudabiles eiusmodi conatus, complura insuper, eaq; praestantia de Republica cōmuni merita, quae in sacrum praesertim Imperium, cuius Camerae Assessorum annos aliquot egit, extant, nobis magnopere commendentur: sane petitioni eius libenter acquieuimus. Quare scientes, deliberato & consulto, ex ea, qua fungimur, autoritate uerbis expressis inhibemus uniuersis, qui tam per sacri Romani Imperij, quam nobis hereditario subiectas Prouincias libris uel transuehendis, & distrahendis, uel excudendis negociationem quamcūq; exercent, ne quis eorum saepedictum opus Observationum Camerae ab eo, quo id ita recusum in lucem prodierit, tēpore in decennium usq; in ulla uel sacri Romani Imperij, uel nostrorum Regnorū & prouinciarum parte, eodem, diuersoūe caractere excudere, aut excudenda cuiquam committere, uel alibi excusa afferre, uendere, uel distrahere siue publicè, siue priuatim ausit. Qui autem sprete eiusmodi inhibitiōe secus fecerit, ei primum ipse Ioachimus Mynsingerus, eiusue mandatarius exemplaria omnia, intra praescriptum tempus ab illo impressa, licitè & absq; omni controuersia auferat, sibiq; uindictet: dein mulcta eius decem auri Marcharum irremissibiliter exoluenda imponatur, cuius una pars Fisco nostro Caesareo, altera ipsi Mynsingero, eiusue heredibus cedet: ita tamen, ut idem Mynsingerus aliquot eius operis exemplaria, ut primum edentur, Cancellariae nostrae Latinae deferenda assignet, alioquin & ipse priuilegio hoc nostro penitus excidat. Mandamus igitur uniuersis insu-

sis in super & singulis nostris, et sacri Romani Imperij subditis ac fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis, quam Laicis, cuiuscunq; demum ordinis, status, & conditionis illi sint, Magistratum praesertim uel superiorum, uel suo nomine agentibus, Iurisdictionem uel exercentibus, priuilegium hoc nostrum omni ex parte inuiolatum obseruari, obseruandum uel curent: secus agentes, si quos animaduernerint, eos & praescripta à nobis multa, & quacunq; alia ratione licita coerceant. alioquin & ipsi, qui scilicet impunitos eiusmodi priuilegij nostri contemptores dimiserint, eadem poena plectendi, nostram praeterea grauem in se indignationem mouebunt. Quae rata firmaq; esse, Nos omnino uelle, literis hisce nostra & manu & sigillo Caesareo signatis contestatum reliquimus. Data in ciuitate nostra Vienna Austriae, uigesimatertia die mensis Decembris, Anno, Grc. sexagesimoquarto, Regnorum nostrorum, Romani tertio, Hungarici secundo, Bohemici uero decimo sexto.

*Maximilianus*

*Ad mandatum Sacrae Caesareae  
Majestatis proprium.*

*V<sup>t</sup> Zas. D.*

*Schuanbach.*



# IOACHIMVS M Y N S I N G E R V S

IURISCONS. CANDIDO LECTORI S.



ANNVS iam agitur tertius, candide Lector, cum iudicij Imperialis Camerae (ceu uocant) Obseruationes, redactas in aliquot Centurias, in publicum emisi: opus à me adhuc Assessoris munere in summo Imperij tribunali fungente, succisuiis horis annotatum, atq; corrasum. Nam cum multi boni sanè, ac excellentis doctrinae uiri eas obseruationes à me crebrò exigent, sibiq; communicari efflagitarent, asseuerando ère non tam Aduocatorum, atq; ipsorum Iudicantium fore, si publicis (ut aiunt) tabulis describerentur: ego sicut in studiosorum Iuris utilitatem prorsus sum deuotus, eas in unum opusculum referendas, sicq; nostrae Reipub. *Ἡ νομοφυλακίας* duxi comunicandas, nihil sperans aliud, quàm me gratiam initurum apud quoscunq; non mediocre, quæ tamen spes expectatioq; mea à principio nonnihil me fefellit. Extiterunt enim mox aliqui, qui nimis succinctè, & quasi *ἑλαττώδως* pleracq; conscripta esse censuerint, copiamq; desiderarint: uerùm hi sciant, me non uoluisse commentarios scribere, sed tantùm annotare loca, quo Iudicantes, postulationis'ue & aduocationis munus præstantes recurrere possent, si usus exposceret. Alij crebras obseruationum repetitiones, quæ per incuriam in priori editione inciderant, ac quarundam repugnantiam, omissamq; uariarum sententiarum rationem notabant. Nonnulli porrò plerasq; decisiones esse uel obscuras, uel irresolutas, necnon per multas obseruationum inscriptiones reperiri mutilas causabatur. Horum equidem animaduersionem, si ex sincero profecta sit animo, tantùm abest ut ægrè feram, læsi'ue ipsos candoris insimulem, ut gratias potius ultrò agendas existimem, ut qui hac ratione me ad reuidendum, pauloq; accuratius expoliendum hoc nostrum qualecunq; opusculum, quod tumultuariè primùm, & (ut ita dicam) *αὐτοχρηδῶς* congestum ob crebram multorum efflagitationem editum fuit, autores, incitatoresq; extiterint. Speramus tamè, si illi ipsi humaniter secum cogitent, ad hanc tam celerem operis huius editionem, quæ diuturniorè quidem (ut uerum fateamur) nostrā moram, & assiduam operam exposcebat, nos uel inuitos coegisse honestum desiderium, & generosum ingenui nimis ardorem, cupientis omnibus & prodesse & placere, hoc ab eis factum non prorsus improbatū iri: præsertim cum iam ea, quæ in priori editione circa maiora occupatos fefellerant, uel expunxerimus, uel certè suę integritati ac natalibus, iuxta parcemiā *ἀδουτῶν ἀμενόνων*, restituerimus: eaq; semper uel præclarissimis ingenijs data sit uenia, ut quoties uisum esset, scripta sua sub incudem reuocarēt. At uerò non defuisse etiam plerosq; audio (sicut inuidetiæ obnoxia admodum est hæc ætas multò magis, quàm uel candoris, uel humanitatis seruās) qui me insimulare apud bonos & graues uiros conati sint, quasi hac mea promulgatione, Imperialis iudicij arcana contra datā fidem propalasset: quod tamen ne cogitauì quidem facere unquam, tantùm abest,

## Præfatio

abest, ut fecerim. Quo factum est, ut maximam apud plerosque inuidiam, & lubricæ suspicionem fidei loco gratiæ adeptus mihi uiderer: distæ de-  
batque eius suscepti incassum, uel magna cum nominis mei deminutione la-  
boris. Verum consolabatur me rursus aduersus impudentem hanc ob-  
trektorum calumniam, uenenosamque uituperonum morsus, bona mea con-  
scientia: & quod certo scirem, bonos cordatosque homines aliter de me sen-  
tire, meque à tali suspitione facile excusatū habituros, ut quibus cognitum  
sit, scitu, autoritate, ac permissu Diui FERDINANDI Imp. Aug. (felici-  
s moriæ) singularique s. m. diplomate siue priuilegio id opus in publicum  
produsse: quique satis norint, ea non esse, dici uel posse arcana, siue secreta,  
quæ in utramque à litigatoribus, eorumque patronis partem in Camerali iu-  
dicio disputata, tutataque, ac tandem publica ludicantium pronuntiatione  
certo definita essent. Afferebantur etiam à plerisque doctis, & magni nomi-  
nis uiris ad me undique literæ, quibus significabant, hanc nostram Obser-  
uationum foeturam non modò iuris candidatis, sed causarum quoque pa-  
tronis, ac iudicandi munere fungentibus pergratam, acceptamque esse, ac  
passim in Germania, aliarumque prouinciarum Gymnasijs (quod tamen si-  
ne ulla gloriatione dictum uelim) magno in honore haberi, quodque nullo  
non in loco audivissimos reperiret emptores. Augebat porro hanc meam  
consolationem, quod multi in foro uiri exercitati, & docti, bonique nostra,  
patrumque nostrorum memoria extiterint, hodieque extent, qui idem in al-  
ijs supremis regnorum, prouinciarumque tribunalibus ac Parliamentis (ut  
uocant) fecerint, ac iudicum præclari alicuius consistorij sententias, quæ  
uariè dictæ fuerant, in certum quendam ordinem retulerint, præloque de-  
inde demandarint. Accedebat denique quod cum à quibusdam Cæsareæ  
Maiestatis præcipuis consiliarijs, doctis sanè & grauibus, summamque auto-  
ritatis uiris, quibus has meas transmiseram obseruationes, impulsus, eas-  
dem iam editas suæ Cæs. Maiestati, uelut eidem nuncupatim consecratis  
offerri curassem: sua Maiestas hoc quicquid est laboris non modò hilari,  
exporrectaque fronte, ac mansuetudine uerè regia susceperit: uerum etiam  
litteras cum insigni quodam, ac tanto Principe digno munere (quo me co-  
honestandum censuit) ad me transmiserit, in quibus perhumaniter semet  
idipsum opus legendo percurrisset, suisque præcipuis Iurisconsultis perles-  
gendum tradidisse fatetur. & cum id s. m. in non mediocre studiosorum,  
atque literariæ Reipub. emolumentum uergere intellexisset, eius quoque  
rei nomine gratias mihi agendas esse, atque ad alia eius generis plura eden-  
da cohortandum, inuitandumque benignè admodum censuit. Cum itaque  
hæc s. m. benignitas, ac multorum excellentium hominum iudicium mihi  
hi calcar addidisset non leue, & quem ferè despondera, animum restituis-  
set: cœpi ad communem Iuris nostri sciētiae utilitatem idipsum opus rursus  
in manus accipere, & si quæ in priore editione errata irrepsissent, quan-  
tum præ negocijs principibus, quibus in hoc aulico puluere cotidie ob-  
ruor, licuit, repurgare ac corrigere. In hoc igitur singularium obserua-  
tionum opere sic sub eodem reuocato, crebras earundem repetitiones  
sustuli,

## ad Lectorem.

fustuli, in quibus illarum locum nouas substitui: repugnantes aut omisi, aut earum diuersitatis rationes subiūxi, & explicaui: mutilas denique ipsarum observationum inscriptiones suppleui, & locupletauī, ut sic hæc qualis qualis nostra opella multo quam antea nunc exeat in publicum emendatior, & locupletior. Porro indicem etiam prioris editionis, quia non solum præter omnem spem ieiunum comperi, uerumetiam incertum, confusum, ac mutilum, ut qui ex solis observationum inscriptionibus concisè, ac tumultuaria opera descriptus fuerat: effectum à nobis est, ut index in hac posteriore excusione & plenus esset, & iuxta literarum ordinem accuratè digestus: additis etiam obseruatis quibusdam circa explicationem Ordinationis, usum Camerae imperialis iudicij, & de consuetudine generali Germaniae, atque statutis. Tuum igitur est, beneuole Lector, strenuam atque indefessam hanc nostram operam, in hoc expoliendo uolumine liberaliter καὶ ἐκπλίως impensam, æ qui boni facere, & auctorem ipsum in tui, literariaeque Reipub. commodum propensissimum ab impudentissimis uilitigatorum calumnijs grauius uindicare, huncque eius partem paulò nitidiorè, quam antea, amictu prodeuntè humaniter excipere, atque eius operis, quas sese gnauiter singulis & uniuersis præstiturum pollicetur, pro re tua uti frui liberrimè. Quod si feceris, tantumque nobis, optime Lector, liberalis & ingenui fauoris (quem & ipsa fortassis τῆ ἐυχαιρίας formula exigit) tributum abs te nobis fuisse senserimus: dabimus planè, si uita suppetat, nec grauius aliò nos auocent occupationes, operam sedulam, ut breui maiora & insigniora ex tenui nostro lucubrationum patrimonio, uel peculio potius castrensi, in lucem ac forum prodeant. Bene uale,

ex Vuolpherbyto, v. l. Idus Ianuar. An.

NO M, D, LXVI.

α 4 ILLVZ

# ILLVSTRIS. AT- QVE INVICTISS. PRINCIPI, D'N.

MAXIMILIANO II. ELECTO ROM. IMP. GERMANIAE, HVN-

*garia, Bohemiaq; regi, semper Aug. Archiduci Austriae, &c. domino  
suo clementiss. Ioachimus Mynsingerus à Frundeck  
Iuriscons. v̄ w̄ḡ&T̄ap.*



OGITANTI plerunq; mihi, Cæsar inuictissime, memo-  
riaq; pergraves illas, quibus nostra hæc tempora mise-  
rè diuexantur, calamitates repetenti, non inter postre-  
mas & hæc connumeranda uidetur, quòd Iuris ciuilis  
disciplina atq; cognitio, sine qua societas humana con-  
sistere neutiquam potest, & quam simplici ueritate cer-  
tam in Repub. retinere oportuit, tam uarijs hodie disputationum inuolu-  
cris lacerata reperiat, ut uix nomen quidem Iuris ipsum agnoscat. Vi-  
demus enim, quòd à multis iam annis Professores Iuris nullum scribendi  
modum, multò minus ullam grauitatem huic tam magnæ rei adhibuerint:  
tantùm curiosi in recensendis, atq; mox refellendis aliorum opinionibus, tum  
deinde nouas ex his retexendis, donec res in immensum excreuit, scriptu-  
rentiumq; culpa tandem contigit, ut nunc tantum sit in omni parte Iuris  
opinionum, tam uarij, nec sibi constantes circumferantur intellectus, ut  
quot penè sunt autores, tot modò uideamus esse sententias interpreta-  
rum legum. Vnde quoq; fieri sæpenumerò constat, ut non modò florida  
iuuentus ab hoc Iuris studio uelut difficillimo, atq; intricatissimo, diffiden-  
tia quadã uel deterreatur, uel illud semel ingressa rursum deserat: uerum  
etiam splendidis Iuriscõsulti iam insigniti titulis, si uel causarum patronos a-  
gere, uel iudicandi munere fungi debeant, qui scopus, quæ uel opinio ipsis  
uel in defendendis clientum suorum causis, uel definiendis litibus iudicia-  
rijs sint sequenda, prorsus ignorent. Quod si uerum inficiari nolimus, il-  
lum quoq; errorem ex hac Iuris confusione enasci passim cernimus, quòd  
pleriq; hodie ius scriptum ex foro ac iudicijs omnino eijciendũ esse con-  
tendant, iudicandumq; sine certis legibus, arbitrio eorum qui iudicia ex-  
ercent. quo errore nullum posse grauiorem aut pestilentiorem inuadere  
Rempub. Christianam, probant exempla tot Rerumpub. & sapientissi-  
morum hominum, qui leges scripserunt, usq; compererunt, non posse  
teneri tranquillitatem in societate humana sine scripto Iure, legumq; pu-  
blicarum assertione. Andabatarum certè more, uelut clausis oculis à luce in  
tenebras obturbati, omnia miscebimus, omnia confundemus: adeò nec uir-  
tus, nec imperium, nec quæ omnino cõmunitas cõmodabit, nisi Ius scri-  
ptum (diuam uitæ p̄ntem) custodiamus diligenter, inq; Rebuspub.  
retineamus. Rectè enim Cicero inquit, nihil esse in Repub. tam diligenter  
quàm Ius ciuile retinendum: etenim hoc sublato nihil est, quare exploratũ  
cuiquã possit esse, quid suũ, aut quid alienũ sit. Quod si nõ modò oppres-  
sum,

## ad Maximil. Cæs.

sum, sed etiã desertũ, aut negligentius asseruatũ erit, nihil est, quod quisquã se habere certũ, aut à patre accepturũ, aut relicturũ liberis arbitret. Et Aristoteles in Politicis, Deum præponere dixit, qui legẽ hominibus præponeret, bestiã uerò sæuissimã, qui hominẽ legibus: propterea quòd homines etiã boni cæcarũ ac uitiosarũ affectionũ perturbationibus subinde sunt obnoxij: Lex uerò cum sit ἀπαθής, & mens sine cupiditate, semper eadẽ manet, conseruatq; ac tuetur omnẽ æquabilitatẽ. Plato quoq; interitũ illi ciuitati paratũ asseuerauit, in qua nõ lex magistratibus, sed legi magistratus præessent: salutẽ uerò illi, ubi lex magistratibus seruiẽtibus, ac uelut fiduciariã nostri potestatiẽ habentibus dominaretur. Proinde si cõmunẽ Reipub. salutẽ expendamus, nullũ fuerit, hoc quidẽ tẽpore, summa atq; Cæsarea cõsultatione dignius negociũ, q̃ repurgandi iuris, circũscribendiq; ac rescandi tot uoluminũ aceruos, quibus hæc iuris disciplina à multis annis ualde oppressa, ac tantũ non extincta est. Atq; utinã M. T. ac reliqui Imperij Proceres in eam aliquãdo cogitationẽ incũberent, ut quos æquitatis ac iustitiæ consultos (qualẽ Cicero Ser. Sulpitium fuisse scribit) quos puriori legũ cognitione, altissimòq; mentis cõsilio cæteris præstare uident, hanc illis prouinciã demandarẽt, ut sublatis tam uarij iuris pugnis & antinomijs, omnia ad æquitatis librã diligenter appẽsa, ac præiudicata, publica totius Imperij autoritate tandẽ promulgarent, atq; in forũ proferrent. Id quod Imp. Carolum v. felicitis memoriæ, M. T. patruũ, ut in alijs plerisque, sic & in ea controuersa quæstione fecisse constat, an filij fratrũ uel sororũ cum sunt soli & sine patris, siue auunculis, in capita, uel in stirpes succedant? Nam cum hoc in themate iuris Interpretes magna semper contentione, & grauissimis in utrãq; partẽ rationib. disputassent, hanc ipse cõtentionẽ, assentiẽte Senatu Imperij, in Spirẽsib. comitijs, Anno Christi 1529, prorsus sustulit, perpetuo suo edicto sancies, eos partiri inter se debere hereditatẽ patris uel auunculi in capita, non in stirpes. Idẽ si porò fieret de multis controuersi iuris articulis, an non Reip. cõmuni multũ id prodesset: an non maximi id momenti esset ad efficiendã aliquã certã, solidã, finitamq; iurisprudentiã? Demosthenes, in Oratione contra Leptinẽ, etiã deplorat infelicia illa tẽpora, quibus apud Athenienses aliquãdo tot fuerint pugnantibus inter sese iuris sanctiones, ut omnino fuerit necesse creare magistratus, qui speciatim annotarent illas controuersias & antinomias. Et quanquã idẽ scribit, tantã tum fuisse uim eius mali, ut nihil magistratus illi profecerint, tãq; infinita dissidia, ut cõponi nõ potuerint: nostro tamẽ hoc tam docto seculo magna spes est cõpositionis, si modò M. T. cæteriç Principes, & cõmunes Imperij Ordines suã seriò uelint operã & autoritatẽ huic rei tam necessariã interponere. Nam & multa admodũ sunt cõtrouersa, ac in utramq; partẽ grauitè disputata, quæ uerbò uno facillè definiri possent: nec ulla re ad conseruandũ iuris ciuilib. prudentiã adeò est opus hoc nostro æuo, atq; iusta aliqua autoritate, quæ uerũ & æquũ tueat, osq; semel obstruat pertinacibus aduersarijs, & Doctõ. uul. qui nihil nisi perperuas uelitationes quærũt, legesq; figere ac refrigerare ex proposito conantur. Quapropter hanc putarẽ, inuictissime Cæsar, repurgandæ iuris ciuilib. scientiæ

## Epist. nuncup.

scientiæ rationē non prorsus incōmodam fore, si τ. m. illustresq; illi Comitiorū Augustaliū Septemuiri ex multis paucos (quēadmodū hęc ætas Iurisprudētū ac doctissimorū hominū admodū ferax est) optetis atq; cōstituat, qui perspectis diligenter tam uarijs quęstionū opinionibus, hęcq; ad æqui boni librā appensis, accedente publica tuæ Cęl. m. cæterorūq; Imperij Ordinum autoritate, tandē statuunt, quid pro iure seruari oporteat, quæq; sententiæ à magistratibus in iudicādo, docēdoq; in scholis sequendæ sint, atq; amplexandæ: sicq; explosis, aut certè repurgatis immensarū cōmentationū aceruis, procellosisq; cōtentionū fluctibus sedatis atq; cōpositis, ueri iuris, germaneq; iustitię solidā et expressam effigiē uelut postliminio reducere moliantur. Quod si necdū τ. m. cæterisq; Imperij statibus uacat, totā semel hac ratiōe cōponere, & in integrū restituere Iurisprudentiā: curetis saltē interim, donec amplius uacabit, conciliari dissidia nimis manifesta Iurisperitorū, & paucis definiri controuersias, quibus nunc scholæ ac fora tot seculis miserabiliter tumultuātur, infinitasq; turbas ciēt. Ad quod non parum proderit (meo quidē iudicio) quod nō pauci hactenus extiterunt docti, ac celebres, inq; foro exercitati uiri, qui iudiciū clarialicuius tribunalis, siue collegij sententias, quæ uariē inter ipsos dictæ fuerant, in certū quendā ordinē retulerunt, easq; DECISIONES appellarunt: quales sunt Ægid. Bellemera, Nic. Boerius, Matth. Afflictus, Gui. Papæ, Ant. Capycius, Ioan. Gallus, Gul. Cassadores, Thomas Gramaticus, Fran. Marcus, & si qui sunt huius farinae alij. horum certè scripta (nisi fallor) nō modicū adiuuenti repurgandi Iuris opus aggredientibus præstare poterunt. Ego quoq; horū exempla secutus, ut meā qualēcunq; industriæ portionē cōferrē, cum superioribus annis post restauratū Imperialis Cameræ (ut uocant) iudiciū à Carolo v. Imp. Aug. patruo tuo, piæ recordationis, in ordinē Assessorū cooptatus, iuri dicundo per septenniū cōtinuū interfuissem, sententias quasdā in eo amplifs. Collegio prolatas, quæ mihi ad refecandas Commentariorū opiniones conducere, magisq; memoratu dignæ uidebantur, annotare solebā: eo certè consilio, ut si quando in alijs causis eadē quæstiones in hac miserabili controuersi iuris perturbatione inciderent, explosis Interpretū opinationibus scirē, quid pro iure seruandum esset, ac pronūciandū. Atq; hic meus qualis qualis labor, & diligētia fortè non omnino inutilis, in aliquot tandē Centurias excreuit: quas cum Collegis quibusdā meis doctis sanè ac excellētibus uiris, qui tum unā mecum in eodem cognoscendarū definiendarūq; causarū puluere uersabantur, legendas exhibuissem, eas ut in lucē emitterē, ualde urgebant, seridō affirmantes, ex re non tam iudicantiū, q̄ causas etiā iudiciarias in subsellijs defendentiū omnino fore, si in publicū deuenirent. Vtū multas ego tum, & quidē grauissimas habebā causas, ut id denegarē, atq; huncce meū partum necdum maturū & impolitū intrā proprios continerē lares. Cum autē nōnulli ex Collegis meis pro cōmunicatiōe huius mei laboris, etiā post meū ex amplifs. & summo isto tribunali Imperij discessum, apud me sollicitare non desinere, neq; efflagitandi modū haberent ullum: tandē illorum importunitatē, nictus, perlustratis tumultuariē protocollis, per septennium

## ad Maximil. Cæs.

nium illud, quo Assessoris prouinciam in summo Imperij iudicio sustinui, à me conscriptis, trecentas primùm Obseruationes, siue Decisiones breui cōpendio, omīsis ut plurimū argumentis in utrāq; partē facientibus, ante bienniū plus minus in enchiridion quoddam congesti, easq; paucis alijs quot exemplaribus descriptas ipsis bona fide cōmunicauī. Postquā autē eas intellexi præter spem latius euagatas, in manibus iam ferè omniū teri, uerendūq; mihi esset, nisi prælo excudi curarē, nihilominus eas in publicū exituras: diligentius relegere statui, & quantū mihi publicis occupationibus, ac negocijs principalibus addicto tum uacabat, recognoscere. Quod cum succiliuis certè temporibus fecissem, & auctiores euā, addita scilicet quarta Centuria reddidissem, tandē scitu, autoritate, ac permissu Imp. Ferdinandi, patris tui, qui eas etiā priuilegio cohonestandas censuit, prælo cōmissi, imprimiq; curauī: ne si quid esset, in quo publica studia iuuare posse putaremur, in eo studiū, aut diligentia nostra diutius desideraretur. Quasdringentas autē hæc Obseruationes non modò Assessoribus summo Imperij tribunali præfectis, sed etiā inferiorū subselliorū iudicibus, atq; ipsis causarū patronis profuturas speramus, ut si quando iuris difficultatibus, atq; opinionū fluctuationibus, quæstionūq; Mæandris reperiant se irretitos, ex ijs sese extricare, & quæ sentētia in iudicādo, defendendāue clientum causa amplectēda sit, perspicere faciliē queant. Tuā autē in tutelā, Auguste Cæsar, hoc quicquid est opellæ ideo tradere, nominiq; tuo apud omnīs hominū natiōes ac ordines celebratissimo inscribere dedicareq; uolui: partim ut hæc mea foetura suæ sollicitæ egressiōis in publicū eū tutorē ac defensorē, & quasi tutelare quoddā numē haberet, cuius ditioni ac potestate uetusta Mynsingerorū domus (ex qua ipse oriundus sum) tanquā beneficiaria Archiducū Austriæ subiecta est: partim ut sic deuotī in te, tuāq; per antiquā & illustris. familiam animi mei conatū aliquo symbolo declararē: & cum multis sæpe beneficijs tam à FERDINANDO Imp. patre tuo, quàm anterioribus Austriæ principibus hæc nostra gens affecta fuerit, me quoq; ab ingrati animi foedissimo crimine, ac deterrima labe longissimè abesse ostenderem: partim etiam, ut hæc nostra tenuis opella tui nominis fulgenti honore decorata, tanquā suspensa hedera cōmendabilior proflare posset. Hanc igitur eo uultu, clementis. Cæsar, M. T. suscipere dignetur, quo solet uel gratissima, uel ab addictissimis clientulis profecta munera, etiā atq; etiā, & q̄ humillimè precor & oro. Sic em̄ & uenenosas æmuloꝝ obtreccationes nihil pertimescā, cum aduersus eas te, cui in tāto dignationis culmine nulla amplius inuidia nocere potest, uelut præsens quoddā *φυλακτήριον* opponere possim: & meo admouebitur animo non mediocris ardor, ut & hæc, & quæ huius generis plura adhuc abdita penes me delitescunt, in lucē aliquando, non nihil quàm hæc iam sunt, prodeant cōptiora. Sis felix, Auguste Cæsar, ac Reipub. Christianæ tibi credite in annos quàm plurimos florens & incolumis. Datę Idibus

Ianuarijs, Anno à CHRISTO nato,

M. D. LXIII.

BARTO

BARTOLVS RICHIVS H  
IVRISCONS. CLARISS. VIRO IOA-  
chimo Mynfingero suo.

Iusta Deus mens est, aeterni conscia fati,  
Stare quod, & certis legibus ire iubet:  
Sontibus infligit pœnas, & premia honestis,  
Quo minime credis tempore, dat meritis.  
Hinc nocuos agitant Furia: at mens conscia recti  
Solatur pulso pectora recta metu.  
Occidit Aegistus crudeli morte peremptus,  
Dum captat uetiti furta nefasta thori.  
At Romana, tui Lucretia, fama celebris  
Nominis in longos stat sine morte dies.  
Quid cades referam multorum cade piatas?  
Quid scelera à iusto iudice plexa Deo?  
Hoc qui quaesieris, uastum circumspice mundum  
Vindictis inuenies omnia plena Dei.  
Hoc sancta leges, caelestis portio mentis,  
Quae celebre Ausonia nomen ab urbe tenent,  
Præcipiunt, uitamq; iubent traducere rectam:  
Seruare & stabilem cum pietate fidem:  
Quas si quis uiolat uesana mente, Dei num  
Irati ultrices effugit ille manus?  
Harum ingens igitur cum sit confusio nostro  
Tempore, & arguti somnia multa fori:  
Multi opinatores, simplexq; oratio ueri,  
Fusca quod illustri nubila luce fugat:  
Mynfingere, foro, atq; scholis notissime doctis,  
Debetur studio gratia magna tuo,  
Ornanti utilibus Ciuilia iura libellis,  
Quaeis falsa à uero seligis, aqua malis.  
Casibus in dubijs, statui quid oporteat, usu  
Edoctus, mira dexteritate doces.  
Quos ut perficias, te uoce precamur amici  
Communes unà, publica resq; rogat.  
Sic, Ioachime, tibi succrescat senior etas,  
Et ueniat nullo laus moritura die.



# SINGVLARIVM OB SERVATIONVM IVDICII

IMPERIALIS CAMERAE CENS  
tura prima:

IOACHIMO MYNSINGERO A' FRVNDECK

*Iurisconsult. autore.*

## OBSERVATIO PRIMA.

*Appellationis processus an ob omissam litis contestationem vitietur.*



VAMVIS sine litis contestatione nō procedat iudicium, cū sit fundamentum & substantia litis: C. de causis. de offi. deleg. c. cū causam. de appell. Specul. tit. de lit. contes. §. j. & dicatur lapis angularis totius iudicij, iuxta Bal. in c. j. col. j. eo. tit. Ideo q̄ eius omissio totum processum vitiet: glo. in c. dudum. 2. de elect. Bart. & Dd. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iud. & Cardi. in cle. Sæpe. in prin. in 4. oppos. de uerbo. sig. Exceptis causis summarijs, quæ litis contestationem non requirunt, secundum Cardi. ibidem. Attamen in causis appellationis processus ob omissam litis contestationem non corrumpitur, si modò in prima instantia litis contestatio intercesserit. Nam effectus litis contestationis durat post sententiam in causa appellationis, nec per eam extinguitur, aut suspenditur, testante Decio in rub. & c. per tuas, ext. de appella. ubi plura allegat. Et ita deciderunt etiam Domini de Rota decis. 207. & 668. in antiq. nō distinguendo, utrum pars absens uel præsens fuerit: quemadmodum pleriq̄ distinguendum censuerunt, quasi parte præseente necessaria sit litis contestatio etiam in causa appellationis, per l. ult. cum ibi not. C. de temp. appel. ea uerò absente possit procedi ad ulteriora sine litis contestatione, ut ibi, & per glo. & Dd. in d. c. per tuas. Ad suprà dicta uide etiam, quæ scribit Gui. Pap. decis. 58. & quæ ibi in addit. habentur, & Aegi. Belle. quæst. 697. Atq̄ in hanc sententiã bis iudicatum fuit per dominos Assessores in Camerali iudicio, nempe in causa Hadelini de Ponte cōtra Laurentiū Mariscalchum, die 19. Nouemb. anno Christi 1548. Et in causa appellationis Ioannis Liblar cōtra Matthiam Dilman, relata ult. die Augusti, anno 1549.

*Litis contestatio quid, et eius effectus.*

## OBSERVATIO II.

*Aduocatus & procurator in causa propria an expensas rectè postulet.*

SIProcurator uel aduocatus, Procurationis seu aduocationis munere functus sit in causa propria, & obtineat, eiq̄ aduersarius ad expensas condemnetur, nō poterit salarium pro suis aduocationibus petere, nec debentur ipsi expensæ, quas in Procuratorem facere debuisset: ut per Dd. in l. ult. C. de fructi. & lit. expen. Rota decis. 533. in anti. Ias. l. properandum. §. sin autem alterutra. nu. 14. C. de iudi. & Panor. in c. finem litibus de do. & contu. itemq̄ Boer. decis. 210. in j. par. ubi multa allegat. Et in hanc sententiã iudicatum fuit in Camera in causa Christophori de Swabach II. Licentiati, contra Lic. Rott. 12. Nouemb. anno 1550. & in causa Leopoldi Dickij II. Doctoris, contra Henricum Ducem Brunsvicensen anno 1554. Fallit tamen suprà dictum dogma in aduocato, qui causam propriam conduxit, petente salarium per modum interesse & damni, quia interim alia neglexit, iuxta Bart. & communiter Dd. in d. l. ult. & Iaso. in d. §. sin autē alterutra, ubi Barto contrariū asserenti satis respondet. Sed etsi causa sit communis, ut quia quis pro se & suo cohærede postulationem

lationem præstitit et expensas pro parte cohæredis meritò percipiet, iuxta Boer. in d. decif. 210. ubi uide latius.

## OBSERVATIO III.

*Claus. Appellatione remota, efficit, quòd iudex à quo suam sententiam possit exequi, si non sit inhibitorium: & de alijs huius clausulæ effectibus.*

**Q**Vando commissa est causa alicui iudici, appellatione remota, etiamsi uictus appellet in casu permissio, poterit tamen iudex à quo, non obstante tali appellatione, sententiam suam diffinitiuam exequi, nisi sibi sit inhibitorium à superiori: iuxta Innoc. quem commendant Dd. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. Lanfr. in c. quoniam contra. uerbo: interlo. & appell. uers. & notandum secundum Inno. de probatio. Et hic est huius clausulæ effectus non contemnendus: quia aliàs si appellatum sit à diffinitiuam, siue certò constet licitam esse appellationem, siue sit dubium, non potest iudex à quo exequi, neq; aliquid innouare, etiamsi non detulerit appellationi: ut toto tit. Nil Inno. poss. pen. app. & ibi glo. Inno. d. c. pastoralis. & fallendum de appel. Sunt & alijs huius clausulæ effectus non pauci, quos Phil. Fran. in d. c. pastoralis enumerat: & uide plenius. per Io. de Imo. in l. j. §. ult. ꝛ. à qui. ap. non li. ubi per aliquot columnas hanc plenius, quam alibi profequitur: & aliquid per Fel. in c. causam que. col. pen. de rescript. & Specu. tit. de appel. §. in quibus. uers. uerum quia. Et inter alia est sciendum, quòd prædicta clausula, appellatione remota, nihil operatur in præiudiciũ tertij, ut est tex. in c. super eo. & ibi Abb. de offi. dele. & Bart. d. §. ult. & Phil. d. c. pastoralis. quæst. 7. Illud quoq; addendum, neminẽ posse hac clausula in rescriptis uti, nisi solũ principem, ut dicit tex. in d. l. j. in fine. quòd tamen intelligitur, quando remouetur appellatio à diffinitiuam: secus si ab interlocutoria, quia tunc etiam inferior à Principe potest uti dicta clausula, & tollere appellationem, secundum Bart. in l. ult. C. de senten. & in d. l. j. §. ult. Verum dicit ibi Bart. friuolam tantum appellationem censerì remotam esse, prout etiam Ias. in l. 3. §. si is pro quo. ꝛ. quòd quisq; iu. uoluisse uidetur. Sed secundum hoc uideretur ista clausula esse frustratoria, cum aliàs etiam sine ea appellatio friuola remoueat à iure, per tex. in c. cum appellationibus. de appel. lib. 6.

## OBSERVATIO IIII.

*Rei plures diuersi fori, quando eundem iudicem sortiantur. Item imperio non immediate subiectus, propter consortem immediate imperio subditum in Camera in prima instantia conuenitur.*

**Q**Vamuis regulariter actor forũ rei teneatur sequi, iuribus uulgatis: tamen hoc non habet locum, quando sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eundem finem agitur. Nam tales rei omnes, qui sunt diuersis iurisdictionibus subiecti, diuersosq; iudices immediatos habent, bene possunt propter eandem & indiuisibilem causam coram uno eodemq; iudice, ipsorum omnium mediato superiore, conueniri. Aetiologia est, ne continentia causæ diuidatur. l. nulli C. de iud. c. 2. de caus. pos. & propr. & utrobique Dd. Atq; ita uidetur etiam uoluisse Bart. in l. omnes. C. arbi. tut. & l. j. ꝛ. de quib. reb. ad eund. iud. eat. & Bald. auth. hoc ita. uers. Sed pone quòd statuto. C. de duob. reis. Sic in Camera obseruatum fuit in causa Comitum de *Hanaw* contra incolas pagorum *Zdenheim*, *Langelheim*, & aliorum obtinentium bona in districtu pagi *Hangenbietenheim*, ubi erant plus quam sexaginti rei, & quidem diuersarum iurisdictionũ, horum autem omnium mediatus superior fuit Imperator: quia ergo erat eadem quò ad omnes ratio, & eadem causa, & ad idem agebatur, meritò omnes & singuli ad supremũ Imperij tribunal citati fuerunt, illorumq; declinatorijs exceptionibus non attentis litis contestatio iniuncta, ne scilicet continentia causæ diuidetur. Sic quoq; quando *Imperius* ex reis immediate subiectus est Imperio, cõsortes uerò uel illi uel alteri sunt subiecti, & ille denegauit iusticiã requisitus uigore ordinationis

nis (auff die außtreg) tunc medium fundandæ iurisdictionis est etiam, ne continentia causæ diuidatur. Ita in causa Holzheim contra Archiepiscopum Magdeburgensem & ciuitatem Hallensem in Saxonia factū fuit, sub hoc medio concludendi: *Sieweill dan dein andacht ihme die iusticien abgeschlagen / vns vnd dem Reich ohne mittel vnderworfen / vnd jhr andere als mit beclagte / deiner andacht mit anhengig / also samenlich keinen andern Richter dan vnser Kayß. Camergericht / zū ordentlichem außtrag haben / derhalben vns vmb ladung gegen euch zūerkennen angehalten / etc. So laden wir / etc.*

## OBSERVATIO V.

*Statutum, probationem ad certum modum restringens, valet.  
Item ius commune loco instrumenti quinq; testes admittit.*

**P**Robandi facultatē statuto uel consuetudine restringi posse ad certum probandi modum, nempe ut probatio uel tantum per testes, uel solum per instrumenta fiat, omnisq; alia probatio reiiciatur, receptum est: ut probāt Ray. in l. cum quædam. ꝛ. de iurisdic. Iaco. Butr. Bar. Rom. Soci. & alij recentiores in l. certi cōdictio §. quoniam. ꝛ. si cer. pet. Bald. in rep. l. 2. ad finē. ꝛ. de lega. 2. & consil. 133. Casus talis, quidā fuit ad med. lib. 5. Ang. §. j. in fi. Nouel. ut si prohi. mat. Sali. auth. Cassa. C. de sacri. Ecclie. & Specul. tit. de probat. §. uidentū. uers. sed pone. & ibi Io. And. in addit. & tit. de fructi. & inter. §. ult. col. pen. uers. dom. Iac. Butri. disputauit. Bald. in rep. l. 2. ad fi. ꝛ. de lega. 2. & consil. 133. casus talis quidam fuit, ad med. lib. 5. Item Panor. & communiter Dd. in c. 2. ubi latē Decius. ext. de probat. Et hāc esse cōmunem opinionē attestatur Tiraq. in trac. de Retrac. muni. §. 2. glo. j. nu. 17. Veruntamen huiusmodi statutum in quadā causa, in qua illud prætendebatur, domini Assessores Imperialis Camerae sic moderandum esse cōcluserunt, si per instrumentum probare obnoxius, probationē quinq; testibus facere uelit, hoc ei indulgendum esse, non obstante statuto, dictante probationē solum per instrumenta admittendam: idq; per tex. in l. testium. C. de testibus, cum similibus. Statutum enim ex iure communi interpretationē recipit, arg. c. cum dilectus. de consue. Ius autem commune loco scripturæ seu instrumenti quinq; testes admittit, ergo, &c. Accedit, quòd subueniendum sit probationibus, nec nimium coarctandæ, ne ueritati præiudicetur. l. curent. C. de hæred. cum similib.

## OBSERVATIO VI.

*Stante statuto, quòd sine cautione non appelletur, si ea non sit petita, appellatio nihilominus ualet. V usufructuarius non lucratur fructus sine cautione: fallit si proprietarius negligat petere.*

**E**Tiam si statutum dicat, non aliter ualere appellationē, nisi prius cautio præstetur de restituendis expensis ab appellante, si eum succumbere contingat, (ut est in reformatione Norica tit. 10. l. 1. 2. & in ordinatione cōsistorij Brunswicēsis, à me anno abhinc quinto cōscripta, tit. 66.) tamē nisi petat à parte, eius omissio nō uitiat appellationē. Atq; ita decisum aliquādo fuit per dños in Camera per tex. & Castr. in l. peto. §. fratre. in fin. de leg. 2. Nā & usufructuarius nō facit fructus suos, nisi cautionem præstiterit, se usurum arbitrio boni uiri: & tamē si sciente & patiente proprietario usus est nō præstita cautione, facit fructus suos, ut probat Bar. plenē in l. uxor. ꝛ. de usufruct. leg. idq; uelut singulare obseruandū esse, Paul. Castr. in d. §. fratre, monet.

## OBSERVATIO VII.

*Si pluries appellatum sit, cui appellationi sit adharendum.*

**Q**Vando pluries appellatur, puta primò uia uoce, postea etiā in scriptis, an prima uel secunda appellatio ualeat, magna est inter Dd. cōtentio: nonnullis existimantibus, in appellantis optione esse, quā uelit profici: per tex. in l. si quis libellos. C. de appel. ubi cōceditur appellanti, primæ appellationi renunciando ad alterā transire. Ad quod facit, qd actus ille appellandi, pendet ex uoluntate ipsius appellantis, per not. in c. interposita. §. deniq; de appel. Nam in actibus ex uoluntate facientis pendentibus semper inspiciendum est, quē uoluerit habere is, qui eosdem plures fecit:

fecit: Bart. & alij in l. si quis in principio testa. de leg. 3. & l. si mihi & tibi. §. in legatis, de leg. j. Alij uerò contrà censuerunt, si prima fuerit per se ualida, eidem adhærendū esse: & alterā ceu frustraneam uel temerariā reiiciendam: ut late per Lud. Rom. consil. 41. nu. 3. ubi ad suprā dicta argumenta satis respondet. Quòd si prima appellatio per se fuit inutilis, alterā postea factam iure ualere, eamq; appellatē prosequi posse. Quam opinionē Bart. etiā & cōmuniter Dd. tenent. in l. cum procurator. §. si dñs, de noui oper. nunc. & ibi Ioan. de Imo. Castr. cōsil. 7. uol. j. & cōsil. 270. & Deci. in c. tua nobis. de appel. ubi latissimē hanc quæstionē prosequit, locosq; petendos cōmemorat. Verūm in Camera prior sentētia iudicādo obseruata fuit, in causa appellationis Bartoli Langermans, cōtra Margaretā relicta B. Langermans, relata 28. Junij an. 1550. nēpē si quis pluries appellarit, stare in ipsius arbitrio, quā uelit prosequi: una tñ electa reliquæ cōcidēt. In quā sentētiā dñi de Rota quoq; inclinarūt decif. 500. in antiq.

## OBSERVATIO VIII.

*Si coniuges faciant testamentum, ut utriusq; proximi heredes dimidiam hereditatis accipiant, an uno ex cōiugibus mortuo, superstes reuocare possit.*

**D**VO coniuges habentes bona hæreditaria, acquisita, & cōmunia, reliquerunt mutuo cōsensu ac reciproca fide per uia testamenti, seu ultimæ uoluntatis suis utrinq; proximis hæredibus residuū bonorum acquiritorū, ita ut dimidia mariti, & altera dimidia portio uxoris hæredibus obueneret: deinde accidit, quòd mortua uxore maritus superstes ad secunda uota transiens, præactū suum elogium reuocarit, & id quod hæredibus suis reliquerat, ad secundā uxorē deuolui uoluerit: quæsitū fuit, an id iure subsisteret: Et dicebatur à plerisq; nō subsistere. Primū ideo q; dicti cōiuges cōsensu mutuo conciderunt eiusmodi testamentū: cū ergo consensus habeat uim contractus quò ad reuocationē, sequitur præfatum maritū suam uoluntatē ultimam propter consensum adhibītū reuocare nō potuisse, per l. sicut. §. uenditionis. ꝛ. qui. mo. pig. uel hyp. fol. iuncta l. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. iunctis not. Bart. in l. cum quis decedēs. §. codicillis de leg. 3. Deinde ideo, quòd in prædicto testamento ipsi coniuges referuarunt sibi facultatē reuocare testamentū suum de consensu alterius cōiugis: ergo à cōtrario sensu alter sine alterius uoluntate illud reuocare prohibetur, cū argumentū ductū à cōtrario sensu sit iure firmissimū, nedum in uerbis legis. l. cōuenticula. ibi Bal. & alij Dd. C. de epi. & cle. & in l. qui testamēto. §. mulier. de test. & in uerbis contrahentiū l. inter socerum. §. cū inter. ꝛ. de pac. dota. sed etiā in testamētis. l. aliquando. ꝛ. de cōd. & demon. & l. quod pure. ꝛ. quan. di. leg. ce. Sed prædictis argumentis nō obstantibus censuerunt Domini crebrioribus suffragijs, maritū superstitē huiusmodi reuocationē iure fecisse, idq; ex rationibus subsequenti bus. Primò, quia de iure duo censent esse testamenta, ex quo uir & uxor simul testati sunt: quia tot sunt testamēta, quot sunt personæ testamentū facientes, ut uult Oldra. cōsil. 174. & Io. And. in add. Specu. tit. de testa. §. j. per iura ibidē allegata: & sic perinde est, ac si unusquisq; eorum seorsim, & discretiue de semisse bonorū cōmunium ad eum spectante disposuisset: sic per consequēs superstes suam uoluntatē reuocare potuit. Item ex quo duo sunt testamenta, testatiq; sunt præfati coniuges de bonis cōmunibus per eos acquisitis, quilibet in dubio de sua, & nō alterius portione disposuisse censet. per tex. in l. serui electione. §. ult. ꝛ. de leg. j. Bal. in l. pen. C. de imp. & al. substi. & fa. not. per Io. de Imola in l. ult. §. filiū, de leg. 2. Nec aduersat, quòd suprā dictū est, de mutuo cōsensu habente uim contractus quò ad reuocationē, & c. quia fatendo argumentū, maritū non potuisse reuocare consensum uxori suæ præstitū in testamenti per eam conditi factione: ex hoc tamē non sequitur, quòd nec suū propriū testamentum reuocare potuerit, suæ uxoris cōsensu. rectū, qui est casus noster, nihil cōmune habens cum theorica Bart. & Dd. in d. §. codicillis. Etsi enim uxor non consensisset marito, potuisset nihilominus testari de medietate huiusmodi bonorū acquiritorū, pro indiuiso ad eum spectante: ergo licet cōsenserit, ut de sua medietate testaret, ille consensus nō aufert facultatē reuocandi: & cū datus fuerit ad augmentū, nō debet operari

operari deminutionem. l. legata inutiliter. de leg. j. cum similibus. Rursus non obstat argumentū supra à contrario sensu ductum: quia responderi potest, illud nō habere locum, quando in casu contrario est expressa cōtraria iuris dispositio, per glo. ord. in c. j. co. de eta. & qual. ord. lib. 6. & glo. in c. significasti. de fo. comp. Dd. cōmuniter in l. j. §. huius rei. ꝛ. de offi. eius cui mand. est iur. cū similib. Sed in præsentī themate iure cautum est, quamuis aliquis promississet, uel etiam iurasset, non reuocare testamentū sine consensu alterius, tamē reuocationi locum esse: iuxta not. Bar. & Dd. in l. si quis in principio testamenti. ꝛ. de leg. 3. Aetiologia est, quia testamenti factio non debet pendere ex alieno arbitrio. l. illa institutio. in prin. ꝛ. de hæ. insti. l. captatorias. C. de testa. mili. & l. captatorie. ꝛ. de leg. j. Ex quibus satis firmatur nostri thematis determinatio, maritum superstitem potuisse reuocare suum testamentum, quō ad medietatem ipsūm concernentem.

## OBSERVATIO IX.

*Citationis executio in procuratorem valet, si principalis non sit præsens.*

**Q**Vando citandus est appellatus, ut compareat coram iudice appellationis, & is non reperiatur præsens, sufficit executionē citationis fieri in procuratorē per c. dilectus. de procurat. & Spec. tit. de citat. §. sequit. uers. illud autē nota. Et ita fuit executio in procuratorē appellati facta pro legitima, habita meo tēpore in causa *Vffien* cōtra *Baffien* an. 1553. & proclama decretū in cōtumaciā nō cōparentis.

## OBSERVATIO X.

*Conuentio & reconuentio non semper simultaneè expediuntur.*

**N**atura reconuentionis est, quod eādē sententiā terminari debeat cum causa conuentionis, secundū Bart. in auth. & cōsequenter. col. 2. uers. item dictæ causæ. C. de sent. Hoc uerū est, si de utraq; causa pariter liqueat: si autem prius liqueat de una, quam de alia, uel reconuentor nō pergat in reconuentione, tunc potest iudex pronunciare solum de ea causa, de qua liquet, & supersedere in alia, nec per hoc facit litem suā, quia lege permittente hoc facit, prout tenet Abb. in c. j. col. 3. de mut. peti. & Specul. §. uidendū. uers. etsi iudex. tit. de reconuent. atq; ita seruat etiā Imp. Camera, ut in causa *Dogelsperger* cōtra comitē *Vuillhelmum de Furstenberg* relata an. 1543. Et potest eo casu reus, lata sententiā in causa conuentionis non obstante, nihilominus prosequi reconuentionē suam, etiam si appellatū esset à sententiā in causa cōuentionis lata, potestq; iudex procedere ad sententiā in causa reconuentionis, tali appellatione nō obstante: quia talis appellatio nō ligat manus iudicis in causa reconuentionis, cum quō ad hoc, censeant diuersæ causæ & nō una, iux. Bald. ibi. col. 3. in fi. & Spec. in dic. §. uidendū. circa finem. uers. sed pone. & Mar. Soc. in c. prudentiā. de mut. pet. & habetur per Dd. maximè Phil. in fi. col. in c. super eo. j. ext. de appel.

## OBSERVATIO XI.

*Ob aëtorum amissionem uel defectū solet in Camera decerni, causam de nouo agendam: puniturq; iudex negligens acta cōscribere.*

**Q**Vando appellatur ab inferiori iudice ad Camera, & acta prioris instantiæ nō possunt haberi integra (ut quia sint amissa, uel iudex inferior nō fecerit illa cōscribi) sicq; ob defectū aëtorum non possit appellās in causa procedere, tum causa solet pro conclus. ex officio acceptari, & decerni, ut si uelit aëtor originarius de nouo agere, id debeat in Camera facere. Ita sæpissimè seruatū, puta in causa *Volradi Proens* contra *Decanum, capitulum & Vicarios in Gustraw, & Malchin*: in causa *Smecker* contra *Decanum & capitulum Ecclesiæ S. Iacobi in Rostock* 27. Maij anno 1553. In causa *Gammen*, contra *Gammen & Belaw* 19. Iulij eodem anno. In causa *Henrici Smecker* contra *Petrum Künig*. 2. Aprilis, anno 1554. & in causa ciuitatis *Barhin*, contra *Nicolaum Mechaw* 15. Septemb. anno eodem. Et hoc ex doctrina Bart. in l. j. in fi. & ibi in *Apost. C.* unde ui, ubi tradit, quod si acta hab. non possint, debeat de

nouo agi. Et tali casu, si ex negligētia iudicis acta haberi nō possint, ut quia ea nō fecerit cōscribi, tūc is cōdemnandus est utrisq; partibus in expensas litis, prout cōdemnatus fuit in prefata causa *Gammen* contra *Gammen & Belaw* Dux Megapolitanus.

## OBSERVATIO XII.

*Pignorandi ius quomodo deducatur in Camera. Item pignorationis constitutionem non habere locum, si capti sint proprii homines.*

**Q**uando quis est citatus ad docendū, se paruissē mandato emissō, pro faciēda relaxatione rerum à se pignoratarū, & ad docendum ius suum pignorandi, si quod habet: tum debet articulare, se ius pignorandi habuisse, & de presentī habere in tali uel tali loco, & deducere actus pignoratitios à se exercitos, & ideo in quasi possessione pignorandi se esse tuendum, &c. Id si nō deducatur, reijciuntur articuli. Ita factum in causa *Marchionum Badensium*, cōtra Comitē de *Eberstein*, anno 1553. & plerisq; alijs causis. Illud quoq; memoratu dignum est, constitutionē pignorationis non habere locū, quando porrigitur supplicatio pro relaxandis captis seu pignoratīs proprijs hominibus, qui tamen, quō ad iurisdictionem ipsi capienti uel pignoranti sint subiecti. Ita denegati sunt processus domino *Philippo comiti Palatino Rheni* contra *Elz* 24. Julij, anno 1553. itidem factum supremo magistro ordinis *Ioannitarum* contra Comitē de *Bentheim*.

## OBSERVATIO XIII.

*Iuramentum huic deferendum esse, cui melius cognita est rei ueritas. Item iuramentum, quod defunctus se obtulit prestare, haberi pro prestito.*

**I**n iuramenti delatione inter cætera respiciendū est, ut illi deferatur, cui melius cognita sit rei gesta ueritas: ut per *Dd.* in *l. admonendi. n. de iureiur.* & *l. in bonæ fidei. C. eodem.* Hinc est, quōd non deferatur hæredi, & delatū defuncto nondū prestitum, in hæredem non transeat: cum præsumamus eum facti aliēni ignorantē esse. *l. generaliter. C. dic. tit.* Si tamen constat, eum, cui delata fuit iurandi conditio, paratū fuisse ad iurandum, ut quia sese obtulerit, uel mandatum speciale dederit procuratori, ut is iuraret, deinde priusquam iuret, moriatur, tunc etiam ipsius hæredibus iurare conceditur: imō perinde habetur ac si iurasset, fitq; adiudicatio eius hæredibus, &c. Ita decisum fuit in causa *Dionysij Proenen*, contra *Ioannem de Buchel* 21. Martij, anno 1549. idemq; habetur in reformatione *Norica*, tit. 6. cap. 16.

## OBSERVATIO XIII.

*Statutum ne appelletur, in Camera non attenditur: pactum tamen de non appellando ualet.*

**C**onsuetudo uel statutum, quo inductum cautumq; est, ut nō appelletur ad *Camera*, uel *Imperatorē*, in *Camera Imperiali* non attenditur, sed appellationes nihilominus recipiuntur: & hæc est communior *Dd.* opinio, in *l. omnes populi, ubi Bart. nu. 24.* & alijs de *iust. & n.* & in *c. uenientes. de iureiur.* Ita decisum post longā disputationem in causa *Annæ Seilerin*, contra creditores *Iacobi Seileri*, anno 1550. Quanquam autem statutum (ut diximus) prohibens à sententiā appellari, non ualet: pactum tamen de nō appellando uires habere receptum est. Diuersitatis rationem esse aiunt, quoniam statutum directō disponat aduersus ius superioris: pactum uerō directō non tangit ius superioris, sed paciscentes abq; sant à se, quod est in eorum facultate, iuxta *Panor.* in *c. cum dilectus. col. 8. de arbit. quod Euer.* in *Top.* loco à pacto ad legem, tradit mente tenendum.

## OBSERVATIO XV.

*Exceptio trium confirmium sententiarum, in Camera non attenditur.*

**E**xceptio trium confirmium sententiarum obiecta contra appellationē, in *Camera Imperiali* nō attenditur, sed appellatio nihilominus recipitur, cōtra *l. uni. C. ne*

C. ne l. ter. prono. Ita fuit iudicatum olim in causa Abeli, contra Molen, anno 1537. & meo tempore in causa Henrici de Alcan, cōtra Petrum Tenax. 16. Junij, anno 1550. Et hoc ideo sic obseruatur, quia possēt quisq; inferiorum Ducum & Principum in præiudiciū Imperij in suo Ducatu plures facere instantias, & ita iurisdictionem sui premi tribunalis eludere: quod ne statuto quidem fieri posse in præcedenti obseruatum, idemq; Bald. tradit in l. ult. C. de sent. tit. generali.

## OBSERVATIO XVI.

*Pactō de retrouendendo an præscribatur.*

**P**actō de retrouendendo præscribi triginta annis, censuerunt, Ang. consil. 54. Julianus & Franciscus uendiderūt. Fel. in rubr. de præscript. & c. si diligenti. eod. tit. l. si petēs. C. de pac. & l. si mater. C. de instit. & substit. & pleriq; alij, etiam si in pacto sit expressē dictū, quod emptor promisit retrouendere, quando cunq; uel quotiescunq; preciū redderetur, etiā cum iuramento: quia in tali promissione subintelligatur ista conditio, si retrouenditio petita fuerit intra triginta annos: & pariter in iuramento appposito, quod recipit conditionē & naturam eius cōtractus, cui apponit, ut ibi per eos. Contrariā uerō opinionē, nempe quod contra pactū de reluendo uel retrouendendo non attendatur ulla præscriptio, etiam si centum annorū esset, amplexa est olim Camera in causa Baronum de Gerolzeck cōtra Marchiones de Baden 29. Martij, anno 42. Item in causa Andreæ Wilspergk & consortū contra Episcopum Argentinen. & meo tempore in causa dominorū in Creitznach, cōtra Comitē Wirichium de Salckenstein, quæ erat instituta pro reuisione duorum pagorū Halberstheim & Storzheim: quæ sententia fuit lata 11. Septemb. anno 1549. Et hanc posteriorem opinionem tenuerūt antiqui Gloss. & Dd. Roge. Mart. Sim. Vincent. Jac. de Rauen. Pet. de Bel. Pert. & alij, quos refert & sequitur Cyn. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscript. 30. uel 40. ann. Idem tenet Alber. de Rosa. ead. l. §. eodem iure. Raph. Fulg. l. si rem. §. omnis. de pigno. actio. & Fabia. de Mon. tract. de empt. & uend. 7. quæst. prin. uers. 3. quæro, ubi impugnando priorem opinionem, hanc secundam ut ueriorē firmat, quæ Alciat. expressē sequitur, in d. rubr. de præscriptio. hancq; in practico seruandam esse probat. De materia uide etiā Ioan. Franc. Balbum in tracta. de præscript. in 4. parte, 5. partis princip. quæst. 3. & ibi loca ordi. multa. & Chassan. in cōsue. Burgun. tit. Des rentes. §. j. fol. (mihi) 203. nu. 9. & seq. & latifs. Henning. de Goden in eleg. suo cons. de præscript. pignor. per discurs. præcipue nu. 258.

## OBSERVATIO XVII.

*Promissio facta bey fürstlichen Ehren, equipollet iuramento.*

**Q**uando Princeps promittit sub fide & dignitate principali (Bei fürstlichen ehren vnd wurden) quod hæc uerba inducant iuramentū inter Principes, uel certē iuramento æquipolleant, grauiter disputatum & tandem conclusum est in causa curatorum iuniorum Marchionū de Baden, contra dominū Ernestum Marchionem de Baden, anno 1543. ubi cōpromissum firmatū sub fide & dignitate Principum, pro iurato fuit habitum. Aetiologia est, quia de iure uerba principis debēt esse firmissima etiam non iurata: c. ad Apostolicā. ibi Inno. de re iud. Mart. Laud. tract. de Princip. num. 258. Quinimō Ias. in l. ait Prætor. §. iurari. ꝛ. de iure iur. & Bal. c. in literis. de præsumpt. existimat iuramentū esse, assero per fidem meam, &c. & quod talis promissio eandē uim habeat cum iuramento uero, notissima Germaniæ cōsuetudine receptū est, & in prædicta causa decisum. Accedit prædictis, quod inter iuramentū & fidem præstitā nō est differentia. c. ad aures. & ibi Abb. quod met. caus. c. peruenit. 2. in fi. de fideius. Idē tenet Archid. 22. quæst. in summa. glo. in c. querelā. ne præla. ui. in c. 2. de sponsa. in c. ex literis de consti. in glo. j. & alibi sæpe. Idē quoq; uidentur tenuisse Io. And. & Ant. de But. in c. ex tēpore. de arbi. Ang. Alex. & Ias. in l. 3. §. iurari. ꝛ. de iure iur. & expressē Bal. in c. literas. in pe. col. de præsumpt. ubi dicit, speciē esse iuramenti, si quis dicat, assero per fidem meam, & in uerbo ueritatis: quanto magis id de uiris

principibus dicendum est? Quæ omnia prædictam Germaniæ nostræ consuetudinem confirmant. Nonnulla tamen in contrarium scribit Didacus Couarruias in prælud. c. quamuis. in j. par. §. 2. nu. 2. de pac. lib. 6. quæ ibi uideri possunt.

## OBSERVATIO XVIII.

*Commissarij in Camera etiam ante cœptam litem decernuntur, ad examinandos testes ad perpetuam rei memoriam.*

**Q**Vando reus ex Camerali ordinatione ad instantiã actoris iudices nominare habet, ut sunt Comites, Barones, nobiles inter se, uel cõtra Duces: aut quãdo Ciuitates in prima instantia priuilegiatæ sunt, tunc si actor ad futurã seu perpetuam rei memoriã testes examinari ante cœptam litem petit, in Camera decernuntur commissarij, per quos examinentur: licet aliãs iudex causę hoc regulariter facere non possit, nec debeat: per totum tit. ext. ut li. non contest. Ita fuit decretũ in Camera ad instantiam oppidi Sweinfurt cõtra comitem Vuilhelmum de Henneberg, 2. Iunii, anno 1537. & aliquot alijs uicibus. Quanquã autem partes (ut iam dictum est) quæ immediatè Imperio subiectæ, & tamẽ in prima instantia priuilegiatæ sunt, possint petere examinari testes ad futuram rei memoriã in iudicio Cameræ: attamen huiusmodi commissiones ita fiunt, ut cõmissarius ad tale examẽ destinatus, testium dicta clausa ad Cameram transmittat: & quando pars producens petit cõmissarium à iudicibus Cameræ ad edendum sibi Rotulum examinis, negatur ipsi: decernuntur tamen compulsoriales, ut Cameræ edat expensis producentis, retineturq; deinde in Camera, donec cõtrouertentes uel coram iudice priuilegiato uel aliãs publicari petant, ut in Camera publicatio fiat tanquam à iudice. Atq; ita quandoq; iudicatũ fuit ad supplicationem Regis Ferdinandi ex parte regiminis sui in Oeniponte, contra D. Ernestum Marchionem Badensem, die 5. Augusti, anno 1541.

## OBSERVATIO XIX.

*Actionem negatoriam intendens an necessario dominium fundi, in quo seruitus prætenditur, probare teneatur.*

**N**otum est, ad hoc, ut actio negatoria (per quam prædia nostra, si forte quis eã seruire prætendat, in libertatẽ asserimus) alicui cõcedatur, duo necessaria esse: Primum quod actor dominium prædij cuius libertatẽ asserit, uel ius aliquod in eo habeat: alterũ, quod reus seruitutẽ sibi in eo cõpetere prætendat, ut per Dd. in §. æquẽ. Inst. de actio. l. 2. ¶. si ser. uend. & l. si priusquã. ¶. de no. ope. nun. An autem dominium ab agente negatoria probandum sit, cõtrouersum fuisse memini, in causa Ioan. Iacobi Knobloch, cõtra Senatum & cõmunitatem Haganoensem: plerisq; id asserentibus. Nam cum dominium sit causa negatorię actionis, sicut & rei uendicationis, ideo ab agente probandũ uidetur, per l. doce ancillam. C. de rei uend. l. in rem. in prin. ¶. eo. Quam sententiã Spec. quoq; secutus est in tit. de cau. pos. & propri. §. in confessoria. uerf. & nota quod dominium. Idemq; uoluit Alex. conf. 136. nu. 8. uol. 2. Alij uerò domini frequentius distinguendum esse dicebant, an negatoriã intendens esset in possessione fundi, uel non. Nam priori casu uolebant sufficere, si possessio probaretur: sic enim & de dominio præsumendũ esse, cum solum incidenter de eo quæratur, iuxta not. in l. quidam in suo. ¶. de cond. insti. Altera uerò specie, si agens nõ sit in possessione, ei dominij, siue allegati iuris probationẽ incumbe, per iura supradicta. Et hanc sententiã, uelut æquiorẽ, in prædicta causa secuti sunt domini, quam etiam tenet Innoc. in c. Abbate sanẽ. de uerb. sig. Bar. in d. l. si priusquã. & in l. sicut. §. si quæratur. ¶. si ser. uend. & pulchrè Gui. Pap. d. c. 28. per totum, ubi plura allegat.

## OBSERVATIO XX.

*Super nullitate notoria pronunciatur, etiam parte non petente, nec lite contestata.*

Etiamsi



**E**Tiam si appellans non deducat nullitatē in causa appellationis, nec de ea ullam mentionē faciat in appellatione: si tamē iudex appellationis ex actis euidenter ac notoriē deprehendat, ex aliqua causa fuisse in priori instantia nulliter processum, aut iudicatum, debet nihilominus super nullitate pronunciare, lite etiā non contestata: secundum Innoc. & Anto. de Butr. Panor. & alios: in c. dilecti. de appel. & Hiero. Schurpf conf. 60. nu. 9. & 10. in j. Centu. ubi dicit hoc obtinere, siue ab interlocutoria, siue à diffinitiuā simpliciter appellatū fuerit, nulla scilicet mentione facta nullitatis: quia semper debet iudex appellationis super nullitate (si de ea constet ex actis) pronunciare. Atq; ita nō semel in consistorio Camerae fuit obseruatū, quando super deuolutione conclusum, & lis nondum contestata erat. Ita etiam tenet Mari. Soci. in c. quoniam frequenter. uers. 8. ut li. non contest.

## OBSERVATIO XXI.

*Appellatus acta pro dimidia redimere tenetur.*

**I**N quadam causa fuit sententia lata, continens plura capitula, à qua utraq; pars incertis duntaxat capitulis appellauit: altera tantum pars in Camera prosequendo appellationem produxit libellum appellatorium pro se, suam quoq; appellationem prosequendo: is qui acta protulerat, de super litem contestari recusauit, nisi aduersarius sibi prius refunderet expensas pro redimendis actis factas: alter contradicebat, allegādo se nihil opus habere actis, sufficere producta esse: de super submissio facta. Decisum fuit per dominos, quod si is, qui nulla acta produxerat, uoluerit etiā suam appellationem prosequi, teneatur dimidiam pro redemptione actorum parti aduersaræ refundere. Actum 28. Julij, anno 1553. in causa Stobel, contra Matthiam Keller.

## OBSERVATIO XXII.

*Clericus coram iudice Laico conueniri potest actione reali. Item clericus uenditor tenetur emptorem Laicum coram iudice Laico defendere.*

**Q**Uod Clericus possit à Laico trahi ad iudicem secularē, quando aduersus eum experitur actione reali, est decisum in Camera, in causa Prioris & cōuentus Vallis sancti Matthiae, cōtra Theodorici de Miledung, relata 4. Junij, anno 1550. utcumq; Dd. cōmuniori opinione contrariū uideantur tradidisse, uidelicet laicum nō posse esse iudicē clerici etiā in realibus, nec corā eo conueniri, in Auth. statuimus. & Auth. Si clericus. C. de epif. & cler. Petr. Iaco. tit. de rei uendi. cir. fin. Idē in tit. u. bon. rap. & Ant. de Tremo. in add. ad Bona. in rub. qui. mo. suo. nu. 39. in uerbo, sub iudicib. secularibus, ubi hanc cōmunem dicit. Sed tamē pro priori opinione facit l. j. §. si alter fundus. ꝛ. fin. reg. ibi: quoniā magis fundo, quam personis adiudicari partes intelliguntur: & l. qui aliena. §. ult. ꝛ. neg. gest. ibi sententiæ prædio dantur. & 11. quæst. 3. §. cum ergo. Vide etiā de hoc Io. Fab. §. si uerò reus. Inst. de satisfd. & Specu. tit. de actore. Sic etiā iudex Laicus potest cognoscere de re feudali cōtra clericū, si is sit uasallus, quia tunc subest domino Laico, coramq; ipso conueniri potest de feudo, iuxta Fel. in c. Caterum. nu. 3. de iud. Guid. Pap. decis. 139. & Archidia. in c. j. de coniug. lib. 6. ubi fatetur hanc sententiā inter Laicos seruari de cōsuetudine. Et prædicta sententiā (quā Fel. ibidem cōmunem fatetur) ampliatur procedere nō solum, si uertitur quæstio super proprietate, sed etiā super possessione, iuxta Aret. in d. c. Caterum. nu. 24. & Panor. ibidē. Hoc tamē Aret. ibi recipit, quando agitur per interdicta possessoria: secus si intentetur emenda iniuriæ, uel damni passi, uel agatur criminaliter de possessione ad pœnam, quasi tunc iudex ordinarius, & non dominus cognitionē habeat, ut per Imo. & Mod. in d. c. caterum. Sic etiam clericus uenditor, cui per emptorē Laicum denunciatur lis mota super re uendita, coram iudice Laico, tenetur emptorē coram eōdem defendere: prout Panor. uoluit in c. fin. de emp. & uendi. Eiusmodi fuit etiam Baldi opinio in l. j. C. ubi in rem actio, approbata olim in Camera 5. Junij, anno 1537. in causa Laurentij Moringe, contra Margaretam Statichen.

## OBSERVATIO XXIII.

*Expensæ retardati processus non reseruantur ad finem litis in Camera.*

**I**N Camera generaliter decisum est, anno 1549. quòd succumbens in exceptione uel replicatione aliqua, statim condemnari debeat in expensas illius capituli seu puncti, non autem reseruari ad finem litis. Et ratio est: quia qui talem exceptionem uel replicationē obijcit, processum causæ retardat: & ideo debet condemnari in expensas ratione retardati processus: habetq; tale capitulum iam suum finē l. pen. C. de fruct. & lit. expen. & ibi Bart. si tamen iudex omisisset talem condemnationē, potest usq; ad diffinitiuam eam supplere, secundum Inno. in c. saepe. de appel. Et uide Bald. ad Specul. de senten. §. ult. uers. sed an succumbēs. Adde, quòd hoc postea in noua ordinatione Camerae, quæ scilicet in Augustanis Comitibus an. 1555. reuisa atq; emendata fuit, expressè sancitū est, lib. 3. tit. 50. de taxa. expensarū, uers. Wir wollen auch alle, &c.

## OBSERVATIO XXIII.

*Exceptio merita causæ respiciēs ad probandū non admittitur, nisi lite cōtestata.*

**Q**uando exceptio aliqua opponitur ante litis contestationem, quæ tamen merita causæ respicit, an debeat ante litis contestationem examinari saltem summarie? Doctores uariāt: ut per Innoc. in c. super literis, de rescript. & ibi alios, &c. Sed in Camera decisum, quòd talis exceptio respiciens merita causæ principalis nunquam sit examinanda ante litis contestationē, sed post: idq; per tex. in c. j. de litis cōtest. lib. 6. Ideoq; opposita tali exceptione, solet ea nō obstante, litis cōtestatio partibus imponi in Camera, semper tamen salua tali exceptione, & quibuscunq; alijs defensionibus post acceptum iudiciū proponendis.

## OBSERVATIO XXV.

*Actio iniuriarum, & legis Aquiliæ possunt cumulari.*

**C**umulatio actionis iniuriarū & legis Aquiliæ in Camera admittitur, ut in causa Ioannis Bern contra Ludouicum de Bernhausen: item in causa Jägerin, contra Welwarten, relata anno 1550. per tex. l. qui seruum. de actio. & oblig. Dd. plenè in l. dominum. C. de iniur.

## OBSERVATIO XXVI.

*Causa attentatorum ante omnia expedienda, & in ea ex stylo Camerae requiritur libellus & litis contestatio.*

**C**AUSA attentatorū ante omnia expedienda debet ad instantiā appellantis, uel eius, in cuius præiudiciū attentatum est: nec compellitur appellans, seu attentata passus inuitus in causa principali procedere. per c. non solū, & ibi Archidi. de appel. lib. 6. Atq; ita decisum fuit per iudices Camerales in causa Messenheim contra Guldemann: ubi etiam, nisi solutis attentatorum expensis appellans procedere ad sententiā non fuit compulsus. Idem est obseruatū in Camera in causa Bernhardi Warmsdorff contra Philippum Wischen, relata 15 Junij anno 1544. Et quamuis de iure non sit necessarius libellus in propositione attentatorum, nec litis contestatio, secundum Deci. in c. bonæ memoriæ. col. 5. uers. j. de appel. tamen de stylo Camerae solet libellari, atq; etiam lis contestari. Et de multis priuilegijs attentatorum uide plenè per Phil. Franc. in d. c. bonæ memoriæ, col. 4. & 5. & per Murantam Specu. iud. par. 6. tit. de appella. in 7. prin. quæst. nu. 289. cum seq. usq; ad num. 396. inclusiue, ubi uide.

## OBSERVATIO XXVII.

*Sententia nulla numq; possit reformari: Item nullitas processus in Camera non attenditur, si de meritis causa constet.*

**T**RADUNT interpreti iuris, quòd sententia, quæ est ipso iure nulla, non possit reformari per iudiciū in appellationis, sed debeat tantum pronunciarī nulla. Bart. in l. si

in l. si ut proponis. C. & quom. & quan. iud. & in l. si expressim. col. pen. de appell. Abbas in c. cum Ioannes, in fin. de fid. instrum. & c. dilecto. de appell. cum similibus: per tex. in c. cum dilecti. & ibi Abb. in 3. & 4. notab. de empt. & uend. quem tex. ad hoc extollit Bald. in l. 2. quaestio. 14. C. de rescin. uend. & Alex. consil. 79. perspectis uerbis. uol. 2. & Deci. consil. 483. in 4. parte. Verum in Camera si possit constare de meritis causae principalis, & de ueritate cognosci, ut quia partium iura sint clara, non attenditur nullitas commissa in processu, sed de meritis causae diffinitur nihilominus: idque expressim habet ordinatio Camerae, ad quod facit etiam c. dilecti. & quae ibi not. ext. de iud. idque saepius factum memini.

## OBSERVATIO XXVIII.

*Immissio in bona per iudicem.*

**F**aciens se immitti in bona iudiciali decreto, acquirit pignus praetorium, & ius hypothecae: unde potest bona persequi: ut per Castr. col. 336. in quaestione quae uertitur, per l. non est mirum. .x. de pigno. actio. & C. de Prato. pigno. per tot. Hoc tamen uerum intelligitur, si uere & realiter apprehendisset, ac immissus esset in bona, alias secus, per d. l. non est mirum, de pig. actio.

## OBSERVATIO XXIX.

*Statutum, quod uxor pro marito obligetur, ualet. Item mercatorum filij ex statuto tenentur ad debita patris.*

**I**n causis ex Colonia Agrippina ad Cameram deuolutis, non attenditur ius commune, Ne uxor pro marito, nec etiam priuilegium dotis, sed iudicatur, quod uxor simul teneatur soluere debita cum marito, etiam si per se sola non contradixerit. Ita factum est in causa Agnetis in Hoff contra Hermannum Reinhardus. Valet enim statutum (quale praetenditur Coloniae esse) quod uxor teneatur pro marito. Chassa. in consue. Burg. rubr. 4. §. 10. uerb. Contre la femme, per tex. in l. hac diffinitione. C. de om. ag. deser. lib. 10. l. ult. C. de primipil. lib. 12. & l. satis. C. in qui. cau. pig. ta. contr. Idem expresse tenet Bart. in tract. Repressal. in 3. quaestio. j. part. princip. Sic quoque scribit Bald. in l. dotis. C. de iur. do. ualere statutum quod filij mercatorum teneantur ad debita patris, etsi non probentur haeredes, uel etiam si repudiarint hereditatem: quod uidetur satis durum esse. Et hanc sententiam quoque amplexus est Petr. de Anchar. in rep. c. Canonum statuta. col. 18. uers. sed quare, ulterius scriptum est in lege diuina.

## OBSER. XXX.

*Præscriptio immemorialis uim priuilegij & concessionis habet, nec in ea requiritur tituli allegatio: Et quae in probatione tanti temporis sint necessariae.*

**S**i quis fundet intentionem suam ex temporis cursu, cuius initij memoria non extat in contrarium, tunc hoc sufficit: quia tali tempore probato, censetur etiam probatum esse dominium, ut per Ias. in §. omnium. col. .i. Inst. de actio. & habet tale tempus uim priuilegij & concessionis, etiam in his quae sunt Principi reseruata, c. super quibusdam. §. propterea de uerb. sig. Ias. in l. de quib. col. 10. .x. de legi. Alex. consil. 35. uol. 2. Imò non est necessaria tituli allegatio in hoc tempore, ut per Alex. consil. 6. uol. j. & consil. 125. & seq. uol. 2. nec etiam requiritur in praescriptione tanti temporis scientia eius contra quem praescribitur, idem Ias. in l. imperium. col. 8. de iurisd. om. iud. & probata praescriptione tanti temporis, non admittitur probatio in contrarium. Feli. in c. cum nobis. col. 3. de praescrip. Barba. consil. 41. col. 11. lib. j. Haec materia pulchre disputata fuit in causa Bnobis contra Bagenaw. an. 1550. tumque supra dicta axiomata a saniori parte dominorum approbata fuisse. Quomodo autem probanda sit temporis immemorialis praescriptio, determinat glo. in c. j. de praescript. lib. 6. in uerbo memoria, traduntque communiter Dd. ad probandum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, requiri sequentia: Primò, quod testes sint ad

sint ad minus 54. annorum, & de 40. annis testificentur. Deinde, quòd testes necessariò dicant, communem opinionem esse, quòd de contrario usu nò existat memoria. Tertio, quòd testes ita semper uiderint, & audiuerint à suis maioribus. Quarto, quòd nunquam fuerit obseruatum contrarium. Et de his requisitis uide Alex. consil. 136. col. 6. uol. 6. Guid. Pap. decif. 357. eundē decif. 573. Matth. de Affli. in consti. reg. Sici. incip. Aquadragenalem. in pen. glo. lib. 3. Cepol. de serui. urba. cap. 19. nu. 6. Franc. de Arc. consil. 166. & Panor. in d. c. cum nobis. & ibi Feli. in 5. colu. ubi ponit multos modos. Et dicit Chassa. in consue. Burgun. tit. de Iustices. §. 2. uerbo la prunne. num. 8. quòd prædicta sint necessariò articulanda per aduocatos, aliàs reperiet se deceptos in probatione. Vide eundem Chass. tit. de Forestz. §. 2. & Hemming. consil. j. num. 12. lib. 7. ubi ponit modum articulandi hanc immemorialis temporis præscriptionem.

## OBSERVATIO XXXI.

*De termino prosequendi appellationem, & reproductione processuum.*

**S**ex menses ex ordinatione Camerali ad prosecutionem appellationis præfixi & concessi incipiunt currere à die interpositæ appellationis, per tex. in cl. sicut ap. pel. de appel. ubi determinata est diuersitas Doctorū & glo. in l. fi. §. illud. C. de temp. appell. nec sufficit, si appellās citationē intra præscriptum semestre tempus à iudice impetret, aduersario insinuet, & in eodem tempore reproducat, si terminus comparitionis non sit intra sex menses, nec reus post lapsum illorum ad comparendum arctatur. Nam reproductio processuū cum effectu fieri debet, scilicet in termino, quo reus comparere obnoxius est: & per actū ualidum fieri debet prosecutio, seu reproductio, & litis pendentia: sicut & aliàs per actum ualidum præscriptionē interrumpi oportet, iuxta Gul. de Cun. in l. sicut. C. de præscri. 30. uel 40. anno. Alex. in rub. ꝑ. de in ius uo. & Bal. in l. j. ibidem, itemq; Bal. & Alex. in l. ult. in prin. ꝑ. de eo per quē fac. & c. Et ita iudicatum quandoq; fuit in Camera, & appellatione nò recepta in causa Henrici Maier, contra Margaretam relictam Georgij Dieltz, eiusq; hæredes relata 27. die Octobris, anno 1542.

## OBSERVATIO XXXII.

*Interrogatoriorum omisio non uitiat examen, sed repetuntur testes: quemadmodum & super articulo omisso possunt repeti.*

**S**i pars producit interrogatoria, & iudex omittit interrogare testes super illa, per hoc non inuadatur examen, sed remanet facultas parti, ut postulet repeti testes ad interrogatoria, etiam post publicationem examinis. ita aliquoties seruatum in Camera memini, præsertim in causa Hermannii Burgers, contra Barbaram & c. in. 32. Ianuarij, anno 1551. per ea quæ scribit Inno. in c. per tuas. & c. cum causam j. & ibi Feli. de testib. idem tenet Alex. consil. 41. lib. 4. & consil. 174. lib. 2. ubi allegat iura & Dd. quæ hinc breuitatis gratia prætermitto. Vide etiam quæ scripsi lib. j. respon. consil. 5. Sic etiam super articulo omisso denuò possunt examinari testes post publicationē: ut notat Specul. tit. de teste. §. nunc uidendum. in fin. Idq; passim in iudicijs etiam inferioribus per Germaniam seruatur.

## OBSERVATIO XXXIII.

*Restitutio, ultra dimidiam iusti precij compromissæ, uel transactione læsis, competit.*

**C**ompromittens si sit læsus ultra dimidiam iusti precij, potest intentare remedium. l. 2. C. de rescind. uendit. etiam si arbitramentū siue laudum emologasset, & approbasset, ut per Decium consil. 60. col. 3. ubi arguit de compromisso ad transactionem: Remedia, inquit, quæ competūt aduersus transactionem, habent etiam locum contra laudum approbatum: sed aduersus ueram transactionem conceditur remedium d. l. 2. considerato dubio euentu litis & quæstionis, super qua transactio facta

facta est, ut declarat Bart. in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. uers. quæro quid si in contractu transac. ubi etiã Imo. Castrẽ. & Roma. Idem Bart. in d. l. 2. col. 3. uers. quæro utrum lex, & Ant. de Butr. & Imo. in c. quinta uallis, de iureiur. Ergo idem in laudo dicendũ per suprã dicta. Alex. tamen consil. 42. lib. j. putat, l. 2. C. de rescin. uend. non habere locum in transactione: sed contrariam sententiam, quod scilicet habeat locum, magis communem dicit Fabia. in trac. de emp. & uend. quæst. 48. principi. idẽq; fatetur Dec. conf. 203. num. 4. tradens ibi concordiam assignatam à Corneo conf. 27. lib. 4. ut si excessus ultra dimidiam sit modicus, procedat prima: sin sit maximus, secunda opinio locũ habeat: & cum hac distinctione transit etiam Molinã. in add. ad Alex. d. consil. 42. in uerbo communem, num. 11. Adde etiam prædictis, quæ scribit Maran. in suo Specu. part. 4. distin. 14. num. 8. ubi dicit hoc notandum esse, quia quilibet prima facie contrariũ responderet: & remittit se ad ea, quæ in ult. parte, in tract. de appell. in 4. quæst. princ. uers. octauo limita. & in j. quæst. uers. reductio, sit dicturus, ubi lector amplius uidere potest.

## OBSER. XXXIII.

*Positiones producenda intra terminum concessum ad probandum: nec quis tenetur postea productis respondere. ad hoc tamen post terminum produci possunt, ut positio obscura declaretur, uel per confessionẽ aduersarij quis probet.*

**V**ulgò traditur, positiones debere fieri & præsentari intra terminum datum ad probandum, quo elapso ulterius produci non possunt, ut per Specul. tit. de dilationib. §. ult. uers. item quid si datus. & Bald. in l. in cõtractibus. C. de non num. pecu. Nec tenetur illis post terminum productis pars respondere, iuxta Bald. in addit. ad Specul. d. tit. de dilatio. uers. lapso termino. j. prædictum tamen dogma intelligitur uerum, nisi positio esset obscura, quia potest declarari etiã effluxo termino probandi, usq; ad conclusionem in causa: secundum Bald. in l. tres denũciationes in fin. C. quo. & quan. iud. possunt etiam positiones exhiberi post lapsum terminum probandi, ad hoc, ut per confessionem aduersarij quis tendat ad probationem, iuxta Felin. in c. licet causam. nu. 18. uers. limita. 8. de probat. quod nota dignum est, quoniam sæpe usuuenire potest.

## OBSER. XXXV.

*Spurius nullius rei paternæ capax est: nec legitimatio spurij præiudicat filijs legitimè natis in successione: fallit tamen, ut hic. Item beneficium iuris prothomiseos spurio non conceditur.*

**S**purius regulariter nullius rei paternæ capax est: sed nec filius nominandus, nec salendus de iure Ciuili, ut in Nouel. qui. mo. na. effi. sui. ad fi. & auth. ex complexu. C. de incest. nup. unde etiam si legitimetur spurius ex soluto matrimonio natus, per hoc in successione non fit præiudicium filijs legitimè natis. Zas. in l. stipulatio hoc modo. num. 46. de uerb. oblig. ubi allegat Alex. c. 2. lib. j. fac. etiam l. 2. §. si quis à principe. 7. ne quid in loc. pub. ubi indulta principis intelliguntur sine præiudicio tertij: nisi Imperator hoc exprimeret, & motu proprio, & ex certa scientia hoc prouideret: ut per Zas. ibidem. Si tamẽ spurius institueretur impubi filio testatoris, posset accipere bona fratris morientis intra tempora legitima, sed non bona patris, ut per Zas. in l. si is qui. per illum tex. nu. 11. 7. de uulg. & pub. ubi allegat Dd. præsertim Bart. ibi, & in l. qui conditionis. 7. de dona. cau. mor. & Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Tradit Zas. ibidem & aliam cautelam: quia pater instituendo Titium aliquem, qui & adit hæreditatem, si is postea faciat testamentum, & instituat spurium præfati testatoris, iam bona Titij & bona paterna iuste spurius recipiet. Quod tamẽ procedit, nisi fraus aliqua intercurrat, ut quia Titius mox post aditam hæreditatem testatoris patris spurij fecisset testamentum, quia tunc præsumitur tacitam fidem testatoris accommodasse, contra l. nõ intelligitur. 7. de iur. i. uel testator instituendo

b Titium

Titū grauasset eum fideicomisso expresso, ut bona restitueret spurio: uel deniq; Titius institutus permisisset, bona paterna possidere, disponere, administrare, in suos usus cōuētere spurium, ut per Castr. post Bart. & Alex. ibidē. Hoc tamen receptū est, & eo iure utimur, quod si testator relinquat bona executori, grauādo eū, ut bona sua distribuatur inter pauperes, possit executor etiā dare spurijis testatoris: ita eleg. Bar. in l. fina. C. de his qui. ut indig. & Zas. in d. l. si is qui. num. 12. Ex supra dicto dogmate etiam sequitur, beneficium retrahendi rem, siue iuris Prothomiseos, quod à statuto agnatis uel consanguineis conceditur, non competere legitimatis, ut concludit & in eam rem multa allegat Decius consil. 275. in causa quæ Lucæ. in 3. dubio: de quo uide etiam, quæ scribit Tiraq. de retrac. §. j. in glo. 8. & Affli. in trac. prothomi. uers. item quæro an consanguineis bastardis: & Bened. in rep. c. Raynucius. uer. & uxo. no. Ad. del. num. 187. uers. præterea non succedit. extra de testa. ubi latè hanc quæstionem prosequuntur. Item Chassa. in consue. Burg. tit. de retract. §. j. glof. le plus prochain uers. Additio quando. & in catal. glo. Mun. par. 11. confid. 15. uers. nec etiam spurij.

*Fis retrahens, q. b. in  
competat.*

## OBSER. XXXVI.

*Renunciatio successionis paternæ non prohibet legitimam eiusue supplementum petere, etiam iuramento firmata.*

**R**enunciatio generaliter successioni paternæ, non intelligitur renunciaſſe legitimæ, uel iuri petendi supplementū eiusdē, nisi specialem de ea mentionē fecerit. Ita singulariter decidit Guli. de Cun. in l. de his. ꝛ. de transac. per tex. singul. in l. si quādo. §. & generaliter. C. de inoffi. test. Ex quo infert ibi in specie, quod si frater assignet sorori fundum pro sua parte, & soror dicat se contentam, nec amplius quicquam petituram, quod tamen possit petere supplementum legitimæ, nisi speciatim renunciarit actioni ad supplementum legitimæ. Hoc idem sequuntur Albe. de Rosa. & Bald. in d. l. de his. in j. lectu. uers. Quæro utrum hæc lex. & in 2. lectu. in fi. Vide etiam de hoc Hiero. Schurpff pulchrè consil. 96. num. j. Cent. j. fol. 517. ubi multa in hanc rem congerit. Et prædicta intelliguntur uera esse, etiam si renunciatio esset facta cum iuramento, ut latè probat Boer. decif. 3. num. 7. & 9. prima parte, & Affli. decif. 118. num. 3. fol. 93. ubi uidendum latius.

## OBSER. XXXVII.

*Quæ remedia dentur contra uendentem prædium pro libero, quod sit grauiatum uel obligatum.*

**V**endens prædium pensione, seruitute, uel aliâs obligatum, tanquā liberum, qua actione conueniri possit, quæritur: Et uidetur eum conueniri posse euictione de indemnitate ex empto ad interesse: & sic oportet rem sententiâ iudicis euictam esse, & ut denunciatio eo nomine uenditori fiat, quo emptor melius defendatur. Ita Panor. in c. ult. de emp. & uend. l. qui rem. & l. emptor. ꝛ. de euict. Secundò actione ex empto ad interesse, per l. si minor. C. de act. emp. l. Iulianus. ꝛ. eo. Tertiò stipulatione de indemnitate interposita in contractu emptionis. glo. 2. l. ad tibi liberum. C. de euict. Diewel ein zins uff dem hauss stehet, agit emptor ex stipulatione, quod ob rem liberandam soluerit, quæ sibi ut libera uendita est: & sic fuit iudicatum in Camera in causa N. de Hutten contra Liechtenawerin. Potest enim emptor securè soluere, non expectata sententiâ. l. si quæstio. ꝛ. de euict. Quod procedit, existente debito liquido & notorio: quia diuersum obtinet, si sit dubiū: Soci. fall. ꝛ. 7. l. 2. C. de euict. Venditor enim tenet emptori de euict. l. nō dubitat. C. de euict. l. parētes. C. eo. tit. Et hoc procedit etiā in hæredibus & fideiussoribus nō obstāte longi tēporis præscriptione.

## OBSER. XXXVIII.

*Litis contestatio partibus presentibus quando non sit necessaria.*

**E**t si nonnulli existint, litis contestationem non esse necessariam, quando partes sunt presentes, sic tamē secundū Bellameram, decif. 697. & Guid. decif. 58. uerum

uerum est in secunda siue appellationis instantia, non etiam in prima. Atq; ita obseruatum fuisse memini in causa Ioannis Liblar contra Tilman, relata ultima die Augusti, anno 1549. Ad quod facit gl. uer. illud. in l. ult. §. illud. C. de tēp. appel. & Inn. in c. Rainaldus de testa. in glo. uerbi contestata, & quod de causa appellationis dictum est, hoc idem in causa nullitatis obtinet, quando incidenter & coniunctim cum appellatione mouetur, quia incidentia sapiunt eandem naturam cum principali: se-cus autem quando seorsim causa nullitatis moueretur. Bald. in d. §. illud. uide etiam Specul. tit. de lit. contest. §. quando. uerf. quid de causa, ubi uidetur sentire, litis contestationem non fieri in causa nullitatis: cuius tamen contrarium Camera obseruat.

OBSER. XXXIX.

*Appellatio à præstatione iuramenti, in Camera recipitur.*

**Q**uando à iudice defertur iuramentum alterutri litigatorum, licet non statim appelletur ab eo, contra quem iurandum est, à tali delatione iuramenti, & deinde elapso decendio pars aduersa parata sit iurare, & alter appellet à præstatione iuramenti, tunc appellatio in Camera recipitur, non attēto, quod à delatione intra decem dies non fuerat appellatum. Ita factum in causa Georgij Burckarten, contra Maberhausen 19. Martij, anno 1550. Est materia l. generaliter. C. de reb. cred. & iure iur. & l. non erit. §. dato. ff. de iure iur. ubi uide Dd.

OBSER. XL.

*Probatio qualitatis facti an & quando necessaria.*

**E**legans est dogma, quòd si qualitas facti institutæ actionis uel accusationis nõ probetur, etiam si factum in se doceatur uerum, tamen debeat subsequi absolutoria: ita Gandinus tenet in sua materia criminali, & ad idē facit, quod notat Dyn. in l. denunciaffe. §. j. ꝑ. ad l. Jul. de adult. & l. j. §. ait prætor. ꝑ. de ui & ui ar. & l. j. §. item quæritur. ꝑ. de aq. plu. ar. Verùm hæc doctrina sic moderanda est, ut procedat, quando qualitas adiecta crimini, alteraret crimen & pœnam: tum enim tam in ciuili, quam criminali iudicio ius qualitatis propositum debet probari cum ista qualitate. Sed si qualitas non alteret delictum, nec pœnam, tunc siue loquamur in ciuili siue criminali, defectus probationis illius qualitatis nihil operatur: ut l. in delictis. §. ult. ꝑ. de noxal. nam ex quo resultat idem effectus, nihil interest: ut l. Gallus. §. si eius. ꝑ. de liber. & posth. Ita eleganter distinguit Signor. de Homod. consil. 140. & hoc obseruarunt etiam Domini Assessores in causa fractæ pacis Nobiliū de Sabsburg contra Dom. Christophorum Comitem de Vellenburg, & communitatem in Empfingen, relata 26. Septemb. anno 1554. ubi utcunq; uiolentiã in articulis deducta probata fuerat, tamen ob non probatam qualitatem facti, quæ inferret uiolationem pacis publicæ, rei fuerunt absoluti. Vide de hoc etiã, quæ infra in eãdem sententiam annotata sunt cent. 3. obser. 98. & cēt. 4. obser. 80. ubi multa memoratu nõ indigna cõperies.

OBSER. XLI.

*Productio testium post publicata dicta an sit licita? Item si quid sit iure ciuili dubium, decisioni Canonis standum esse.*

**M**agna est inter Legistas & Canonistas altercatio, an sicut in eadem instantia, post publicationem testimoniorum, non admittuntur testes super iisdem articulis uel directo contrarijs: ita idem habeat locum in causa appellationis: de qua latissimè Dd. in l. per hanc. C. de tempo. appellatio. Can. in c. fraternitatis, & c. intimauit. de testib. & Cle. 2. de testi. Nonnullis existimantibus dic. Cle. 2. tam in foro ciuili, quam Ecclesiastico obseruandam esse, per uulgatam theoricam, quoties lege ciuili res aliqua existit dubia, iure autem Canonum clarè definita, standum esse Canonibus in utroq; foro. c. j. & 2. de noui oper. nunc. Contrarium tamen, quod dic. Cle. 2. in foro ciuili non habeat locū, late firmat Bald. in d. l. per hanc. Et eam opinionem secuti sunt Assessores in Camera aliquot uicibus. Dudaũ caufarū ego memini,

b 2 in quibus

in quibus admissa sunt grauamina eadem cum articulis primæ instantiæ ad probandum, uidelicet in causa *Sensheim* contra *Gich*, & *Capel*. item in causa *Kirchmeir* contra *Ioannem Bassner*, relata anno 1554. die 13. Maij.

OBSER. XLII.

*Instantiam non ipso iure, sed per restitutionem in integrum reparari.*

**S**Instantia aliquo calu fortuito defluxa sit, non reparatur ipso iure, sed opus est restitutione in integrum ex clausula generali, quæ debet fieri parte audita, & probatis legitimis impedimētis per testes, uel alia adminicula. Et ita uidi sapius obseruari in Camera, præsertim in causa *Iodoci de Bechel* contra dominum *Ioannē Heimzen Parrochum* in *Bunagen*: relata 15. Nouemb. anno 1549. per ea, quæ habet tex. & gl. in auth. *ei qui*. C. de temp. appell. & de hac re uide *Boer. decis. 247*. in 2. parte, & *Guid. de cif. 185*. Scribit tamen *Inn. in c. ex literis. in fin. de rest. in integ.* quod non solum princeps, sed etiam præfectus prætorio (cuius uicem Imperialis Camera obtinet) posset admittere desertam appellationem. Verum hoc in Camera meo tempore nunquam obseruatum fuit, sed semper uia ordinaria restituit partem per uiam restitutionis in integrum, ut supra dixi.

OBSER. XLIII.

*Substitutus procurator si litem sit contestatus, alium substituere potest.*

**A**N procurator substitutus possit alium substituere, dubitatum memini in quadam causa: & tum decidebatur, procuratorem substitutum, qui litem sit contestatus, posse alium substituere, non quidem uigore mandati, sed quia dominus sit factus litis, arg. c. j. & c. is qui. de procura. lib. 6. & ibi *Archid.* & *Ioan. Andr.* quod etiã *Dom. de Rota decis. 122. et 146.* in nouis uoluerunt. Sed quid de eo, qui non est litem contestatus, sed postea interuenit, & ad aliquem actum processit, an alium substituere poterit: uide *Cy. in l. nihil. de procura. ubi tenet, quod possit: licet Archid. in d. c. j.* contra sentiat, si hoc non habeat in mandatis. Sed prior opinio obtinuit, quia efficitur dominus litis, cum in eum feratur sententia: quod fieri non posset, si nõ esset dominus litis, ut *l. j. C. de sent. & inter. secundum Bald. in d. l. nihil.*

OBSER. XLIIII.

*Procuratoris falsi gesta an & quamdiu ratificari possint.*

**Q**uod gesta per falsum procuratorem ante prolationem sententiæ à domino ratificari possint, extra pugnam est. Sed quid si procuratore sine mandato agente sententia proferatur, poterit ne is, cuius nomine actum est, post latam sententiam omnia habere rata? Et quidem uidetur posse, cum tantum operetur ratihabitio sequens, quantum mandatum præcedens. *l. ult. C. ad Macedo. & c. ratihabitio de reg. iur. in 6. ubi Dd. nam dominus suo nomine in iudicio acta ratificare potest. In contrarium uidetur, quia ratihabitio tum demum operatur, si debito tempore interueniat. l. bonorum. ꝑ. rem rat. haberi. Hic autem non interuenit tempore congruo, sed post latam sententiam, & sic instantia premissa, sicq; uidetur ratihabitio locum nõ esse, secundum *Ferrat. in for. respons. rei in gl. uerb. Simoni Spelta. Gesta uerò per falsum procuratorem, tametsi regulariter possint per dominum ratificari, siue in commodum siue in præiudicium suum: secundum Bald. in l. licet. C. de procurat. & alios Dd. ut in addit. ad decis. cap. Tholos. 221. tamen in auditorio principis facta per falsum procuratorem, ratificatione non conualescunt. Iuxta Bald. l. ni falsus procurator. uers. secundo præmitte. C. de fur. & fer. cor.**

OBSER. XLV.

*Expensæ referuari possunt in interlocutoria, secus in diffinitiuâ.*

**E**T si iudex ex communis Doctorum assertionem, possit sibi referuare condemnationem, uel absolutionem expensarum in sententiâ interlocutoria, cum per eam non desinat esse iudex: secus tamen est in sententiâ diffinitiuâ, quia non potest iudicationem de expensis sibi referuare in futurum, sed tantum taxationem. atq; ita post *Cynum* communiter tenent *Dd. in l. terminato. C. de fructi. & li. expens. item Bal. in auth.*



auth. generaliter. C. de epi. & cler. & Fel. in c. significauerunt. col. 7. de except. Bart. tamen in d. l. terminato, contrarium sensit: sed eius opinio in Camera nō est recepta.

## OBSER. XLVI.

*Mandatū procuratoriū in Camera non recipitur, nisi sit ad totā causam factū.*

**S**ciens ad totam causam, sed fortē solūm ad declinandum iudiciū, uel aliam exceptionem proponendam, tunc illud reiicitur, & citatus habetur pro contumace: atque ita iudicatum fuit etiam ante mea tempora in Camera, 8. Junij anno 1537. in causa supremi magistri Teuto. contra Georgium Ducem Saxo. Hodie ordinatio Camere expressē prohibet, ne recipiantur ulla mandata, nisi facta sint ad totam causam. Ita factum in causa supremi magistri ordinis Ioannitarum contra Comitem in Ostfrieslandt 10. decemb. anno 1549. Quod ideo est, quia in iudicio Camerae ex dispositione ordinationis citantur partes ad totam causam, iuxta l. fin. & ibi Panor. de dilat.

## OBSER. XLVII.

*Quando ex procuratoribus pluribus quilibet in solidum constitutus censetur?*

**T**amet si pluribus procuratoribus simpliciter constitutis, unusquisque eorum non censetur in solidum constitutus: iuxta glo. l. in pluribus. ibi Bart. & Bald. ꝛ. de procur. secus tamen est, si quis plures procuratores constituat, & utrumque eorum: quia licet non dicatur in solidum, tamen illa uerba ( utrumque ipsorum ) eam obtinent interpretationem, ut quilibet ipsorum intelligatur in solidum constitutus: secundum Ang. Inst. de his per quos agere poss. Atque ita multoties in Camerae iudicio obseruatum memini.

## OBSER. XLVIII.

*Restitutio in integrum petita an impediatur executionē? & quid de supplicatione?*

**P**ostulata in integrum restitutione regulariter omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur, sicque sententiæ executio differenda est. l. unica. C. in integr. restit. postu. ne quid noui fiat. Attamen si præsumptiones sint, malo animo, & causa impediendi effectus sententiæ restitutionem peti, ante omnia sententia executioni mādabitur, recepta tamen à uictore idonea cautione, se uniuerfa, quæ occasione sententiæ medio tempore perceperit, restitutum, si aduersarius in causa præualuerit: c. suscitata. de integ. restit. & ibi Panor. qui dicit hoc obseruandum, ubicunque iudicem tales mouerint præsumptiones. Si tamen per cautionē nō posset prouideri iuri illius, contra quem fit executio, ea interim non suspenditur: quia cum prouisio d. c. suscitata, obuiet dispositioni legali in d. l. unic. strictē debet interpretari Panor. loco supra citato. supplicatio autem executionem non impedit. ut in auth. quæ supplicatio. & ibi Bald. in 2. not. C. de preci. Imp. offe. Specul. tit. de suppli. §. differt.

## OBSER. XLIX.

*In causa restitutionis contra sententiam ordinarius processus seruandus est, & restitutio plenè probanda.*

**C**um petitur restitutio principaliter aduersus sententiam diffinitiuam, seruandus est ordo iuris, hoc est, dandus est libellus, & lis contestanda, si utraqque pars sit præsens. Panor. c. tum ex literis. de in integr. restit. Bart. l. fin. ex quibus causis maio. Sed si pars altera per contumaciā sit absens, Bart. ibidē putat, procedi posse lite non cōtestata: sed Panor. id negat, & rectē, cum regula iuris sit in contrariū, & omnis causa sit plenaria, ex qua infertur graue præiudiciū, secundū glo. in l. iudices. C. de iudic. Igitur & restitutionis causa censenda est plenaria, cū per eam retractet sententiā, nō absque magno partis uictoris præiudicio. Ideo absente parte altera, iudex de restitutionis causa aduersus sententiā latam non cognoscet. Et hinc etiā est, quod petens restitutionem in integrum siue iure minorum, siue iure maiorum, causam, super qua fundatur restitutio, plenè probare debeat, per tex. in c. j. in uerbo manifestè apparet. de in integr. restit. & c. ex literis, eod. tit. Panor. d. c. tum ex literis. ꝛ. tit.

b 3 OBSER-



## OBSERVAT. L.

*Proximior agnatus consentiens alienationi feudi præiudicat filijs.*

**Q**uando proximior agnatus consentit uasallo alienanti feudum paternum seu antiquum in extraneum cum consensu domini, specialiter se obligando, quod huic alienationi contrauenire, aut eam reuocare nolit: tunc præiudicat filijs, adeò quòd alienatore etiam mortuo filij reuocare feudum non possint, prout distinguit Iaco. de Belui. & post eum Bald. in c. j. §. hoc quoq; de success. feu. & ita iudicatum quandoq; fuit in causa appellationis Pauli de Barnaw contra Iacobum & Ioan-nem de Weichen.

## OBSER. LI.

*Tempus petendæ restitutionis est quadriennium continuum: actiones temporales per lit. contest. perpetuantur: item instantia restitutionis, & aliarum causarum in Camera non attenditur.*

**R**estitutio in integrum petenda est, liscq; finienda intra quadriennium continuũ. Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus: ita & in restitutionibus maiorum tempus, quo Reip. causa abfuerint, uel alijs legitimis causis fuerint occupati, excipitur l. fin. C. de temp. in integ. rest. Sunt autem infiniti casus, quibus quis abesse dicatur Reip. causa, quos habes in l. abesse, cum 8. legib. sequentib. ꝛ. ex quib. caus. maio. Et per cõtestationem litis non cõtinuatur istud quadriennij tempus, secundum glo. in uerb. proponitur. circa fin. in c. 2. de offi. iud. l. Pap. de minor. Quanquam contrarium obtineat in alijs actionibus temporalibus, quæ perpetuantur per litis contestationem. l. fin. C. de præscript. 30. uel 40. ann. Si tamen per iudicem steterit, quò minus intra quadriennium causa fuerit terminata, hoc parti non fuerit fraudi. glo. in d. c. tum ex literis, uerb. sententia. l. petendæ. C. de tempor. in integ. rest. Supradictum tamen dogma in Camera Imperiali non obseruatur. Sæpius enim uidi, restitutionis agitatae litem etiam longo post quadriennium interuallo decisam. Nec solet in causa simili insisti à iudicib. Camerae, dispositioni l. properadũ. C. de iudi. qua introductum est, litis instantiam triennio claudendam, ut alibi dixi.

## OBSERVAT. LII.

*Restitutio secundaria sine nouis defensionibus non conceditur.*

**I**n una eademq; causa iteratò in integrum restitutionis auxilium peti non potest, nisi nouæ defensionibus aliquæ prætendantur. l. ult. C. si sæpius in integ. rest. postu. glof. in l. etsi sine. §. restitutus. ꝛ. de minor. Item si restitutio fuit semel denegata, iterum non conceditur, nisi nouæ defensionibus prætexentur. l. j. C. si sæpius in integ. rest. & c. ult. de in integ. restit. Atq; hoc habet etiam expressè ordinatio Camerae in 3. parte, tit. 52. Quæ autè dicantur nouæ defensionibus, uide in prædictis iurib. gl. Pan. & Dd.

## OBSERVAT. LIII.

*Vt possessio libera præstetur, agitur primæua actione, uel ad interesse.*

**V**enditor tenetur possessionem liberam & uacuam tradere seu relinquere emptori. l. cum uenderes. ꝛ. de contrah. empt. & præstare, ut emptor sit potior in possessione. l. emptorem. §. idem Neratius. de actio. emp. id si nõ faciat, & aliquid desit ad possessionem liberam, tunc agitur primæua actione, quasi re non tradita. ita Bald. l. j. de peric. & con. rei uend. num. 11. & sic cum aliquid deest contractui, uel impletioni eius, rectè agitur primæua actione, licet pro maiori parte impletus sit. Zas. l. Iulianus. §. qui fundum. de uerb. obligat. & in l. possessio. §. si iusserim. de acquir. poss. & tali casu potest alternatiua petitio fieri, uel ad rem tradendam, uel ad soluendum interesse. per tex. gl. & Salic. l. j. de act. empt. & dicunt Dd. trib. uñs actionem institui posse, uel alternatiuè, uel cumulatiuè, uel ut alterutrum solum petatur. Sed etsi uenditor non uelit, aut non possit præcisè tradere rem, & tamen res præcisè sit petita, tunc emptor tempore sententiæ poterit implorare officium iudicis ad consequendum interesse: quia quod poterat consecutiue peti tempore litis contestationis, poterit

terit etiam tempore sententiæ. Nam per litis contestationem non fit deterior conditio agentis. Et ita interesse peti potest, uel repeti precium, non ut precium, nempe ut per hoc resoluator contractus, sed ut interesse, iuxta Bald. in l. si traditio. C. de actio. empt. & hoc secuti sunt domini in causa appellationis Georgij Harder cōtra Theodoricum de Gemmingen, relata mense Decembri anno 1549.

## OBSER. LIIII.

*Euiçta re, quæ actio competat cōtra uenditorem: ad facti molestationem euiçtionem promittens non tenetur.*

**S**res uendita, uel eius accessio fuerit legitime euiçta, intentari potest actio ex empto, & formari petitio, ut restituatur precium cum omnibus damnis. l. non dubitatur. l. si cum quæstio. C. de euiçtio. l. tenetur. §. si tibi iter. & §. ult. de actio. empt. De illegitima tamen & uiolenta euiçtione non aduersus uenditorem, sed aduersus iniuriatorem agitur. l. ult. C. de actio. empt. l. si ea res. ꝛ. eodem. Sed etsi uenditor promiserit de euiçtione, & legitima defensione, tam aduersus iuris, quam facti molestationem: non tamē tenetur ad aliud, quam ut in iudicio prosequatur & defendat. l. emp. l. cum successores. ꝛ. de euiçtio. quia hæc uerba (facti molestationem) intelligi debent secundum naturam contractus ex iure. l. si stipulatus. de usuris. l. damni. infecti quidam. §. cum arietem. de damno infect. Bart. in l. stipulatio ista. in princip. de uerbo. obligat.

## OBSER. LV.

*Res litigiosa alienari prohibetur, excipiuntur tamen aliqui casus: item de pœna tam alienantis quam accipientis rem litigiosam.*

**R**es litigiosa, id est, quæ in litem deducta est, & de cuius dominio, uel quasi, mouetur quæstio, alienari prohibetur, l. 2. & l. fin. auth. litigiosa. & auth. si hæres. C. de litig. glo. in c. sape. de resti. spoli. Sed etsi per confessoriam pro usufructu petatur res aliqua, efficitur litigiosa, cum usufructus habeat instar proprietatis: secus si hypothecaria agatur pro aliqua re, nam tunc non fit litigiosa. §. ad hæc, in Nouel. de litig. Ideoq; tam alienanti, quam accipienti rem litigiosam pœna imponitur. Et quidem in uenditore rei litigiosæ non distinguitur, sciuerit ne rem litigiosam esse, uel non, quia semper presumitur scire. l. quisquis. C. de rescin. uend. ideoq; tenetur ad interesse emptoris, scilicet nedum ad precium, sed ad omnia damna emptori refarcienda, &c. In emptore uerò sic distinguitur: nam si quis uendat, uel alio titulo alicui det rem litigiosam, siquidem sciebat rem litigiosam esse, rem omnino uenditori restituere debet, ac precium suum perdit, quod uenditor non lucratur, sed illud, & tantundem fisco soluere cogitur. Si autem ignorabat emptor rem esse litigiosam (quod in dubio presumitur. l. uerius. de probat.) rem adhuc uenditori reddere obligatur, restituereq; illi uenditor precium, & tantundem de suo accipiet, duas partes fisco dabit, & tertiam emptori, quia eum decipere uoluit: debebat enim dicere rem in lite esse. Vide de hoc Fabia. de monte in tract. emp. & uend. 6. quæst. prin. num. 56. & Petr. de Vnzola in prac. ar. Not. tit. de re litig. num. 5. & seq. ubi latius hoc prosequuntur, locosq; petendos commemorant. Sunt tamen pleriq; casus, in quibus res litigiosa alienari non ueratur, puta ex causa dotis, uel donationis propter nuptias, uel transactionis, ut quia transigam cum eo, inter quem & me res facta est litigiosa. Item ex causa diuisionis, ut puta, cum duo hæredes diuidere hereditatem uolunt, quia licet de omnibus sit lis, poterit tamen cedi ab uno in aliud: & isti casus probantur in l. ult. C. de litig. Idem iuris est, si ex causa legati rei litigiosæ alienatio fiat, qua in re triplex ius esse constat. Nam ante Iustiniani tempora, si testator rem litigiosam negabat, hæres quidem peragebat litem, sed legatarius consequebatur litis contestationem. Per legem autem Iustiniani legatarius peragebat litem. d. l. fin. C. de litig. Hodie uerò iure Nouellarum hæres legantis perficit litem, & siquidem obtinuerit rem ipsam, cuius dominus esse apparet, legatario præstat: sin succubuerit, nihil habebit legatarius, cum

litis euentus ei uideatur relictus, ergo & liti adesse poterit, ne colludatur: ut in No- uel. de litig. §. j. Sed et si quis alienet, priusquam res uel actio sit facta litigiosa, ualet alienatio: sed si dolo malo alienauit, futuri iudicij mutandi causa, primo quantum ad se, & suscipiendi ab alio, cui alienauit, possum agere actione in factum ad interesse meum. l. j. & 2. & tot. tit. ꝛ. de alie. iud. mu. cau. fa. & l. j. C. eod.

## OBSER. LVI.

*Actio de euictione prius non competit, quàm res sit ablata, nisi dolus inter- uenerit. Item uenditor qualitatem rei, propter quam minus ualet, reticens, tenetur ad omne interesse: si autē ignoret, tenetur saltem quanti minoris est.*

**E**Viecta re empta, potest conueniri uenditor, ut precium restituat. l. emptorem. §. ibidem, de actio. empt. Si pro parte tantum euincatur res, potest emptor de euic- tione partis agere. Bald. l. j. C. de euictio. Bart. l. j. ꝛ. eod. & l. naue. eod. tit. non tamen agit, antequam sibi euincatur, l. si seruum, in prin. ibi Bar. de contrah. emp. sed actio- ne ex empto propter dolum, etiam antequam euincatur. l. seruum. §. si sciens. ibi Bart. & Alex. de act. empt. nec tunc tenetur denunciare uenditori litem motam: Bart. l. at- qui. §. cum me absente. in fin. ꝛ. nego. gestor. Bald. l. j. §. oppos. de peric. & commod. rei uend. Alexand. d. §. si sciens. euictio tamen non debetur, nisi fiat in iudicio. l. non tamen. & l. si dictum. §. j. ꝛ. de euict. l. utiq. ꝛ. de rei uend. & l. sin autē. ꝛ. nego. gesto. uide etiam Dd. in l. si domus. §. de euictione. ꝛ. de leg. j. Item quando facto emptoris res euicta esset, pariter non posset agere de euictione. l. tenetur. §. si tibi. & ibi Bart. ꝛ. de act. empt. Cæterum multi sunt casus, in quib. tenet uenditor de euictione, cōueni- riq. potest, etiam si nō sit ei facta denūciatio, quos habes in apostill. ad decisio. Tho- lo. 407. Illud quoq. non omittendum, ubicunq. uenditor sciens non certiore fecit emptorem de qualitate rei, propter quam res minoris ualet, quod teneatur emptor ignorantī ad omne interesse. l. j. §. j. & l. Iulianus post princip. & l. quæro. ꝛ. de act. empt. si autem uenditor ignorauit, tenetur quanti minoris emptor fuisset empturus, si sciuisset. l. quot de serui. ꝛ. de ædil. edict. & d. l. Iulianus in prin. & l. Labeo. de con- trah. emp. cum ibi nota. Quare pro cautela serua, quod uenditor nolens de prædi- ctis teneri, specialiter moneat, & certiorē faciat emptorē de qualitate prædicta: d. l. quæro. & declarat Cyn. in l. j. C. de ædil. edic. uide pulchrē Alex. cōsil. 63. nu. 6. uol. 6.

## OBSER. LVII.

*Sors cum usuris eodem libello peti potest.*

**C**ontrouertunt Dd. an in eodem iudicio siue libello sors cum usuris peti ac cu- mulari possit: Et Bart. in l. edita. C. de eden. & l. 2. C. de petit. hæred. censuit nō posse: quia quando duæ actiones sic se habent, quod sententia absolutoria lata in u- na pariat exceptionem rei iudicatae in alia, cumulatio impermissa est. Dy. c. nullus pluribus. de reg. iur. in 6. Bar. d. l. edita. Ang. §. sin minus. Inst. de actio. Constat autē ab- solutoriam latā super sorte, parere exceptionē rei iudicatae in usuris, cum hæ sic se ha- bent ad sortem, ut nō possint deberi, nisi sors debeatur: ergo petitio sortis & usurarū non erit admittenda. Deinde certum quoq. est, præiudiciales actiones non posse u- nā intentari: sunt enim huius naturæ, quod una, scilicet magis præiudicialis, faciat filere minus præiudicialem. l. j. C. quan. ciui. ac l. prætor. §. hoc edicto, ubi late Bart. ꝛ. ui bo. rap. Sed actio personalis ad sortem, & actio personalis ad usuras sunt præiudi- ciales, cum sententia lata super sorte, faciat præiudicium in usuris. l. fundi quem. & i- bi Castr. de excep. Ergo cum supra dictæ actiōnes sint præiudiciales, simul intentari & cumulari nequeunt. Alij tēdō cōtra censent, sortem cum usuris eōdem libello pe- ti posse, idq. per tex. in l. j. C. de iudi. secundum primum intellectum glo. quem Bart. Castr. & alij Doctores approbant. Huic intellectui applaudit etiam alia glof. in d. l. fundi quē. in uerbo, huiusmodi. de excep. quæ dicit fundū cum fructibus peti posse. Ego in causa N. Pastoris cōtra ciuitatē Iuliacensem eādē quæstionē tractatā memini.

Eō incli-

Eò inclinabat tamen potior dominorum pars, ut affirmatiuè censerent concludendum, nempe quod simul in eòdem iudicio peti possint, & etiam una sententia terminari debeant: si tamen in eòdē libello unum principaliter, alterum accessoriè petatur, per ea quæ latè congeffit post Dd. Chassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 23. num. 12. & aliquot sequentib. fol. 198. Vbi etiam num. 16. argumentis suprà recensitis in contrarium abundè respondet: ibi uide latius.

## OBSER. LVIII.

*Cumulatio actionis personalis & hypothecariæ est recepta in Camera.*

**C**um Philippus de Grawenrodt contra Fridericum de Schoneberg, instituisset actionem personalem pro consequenda solutione quarundā residuarum pensionum, eidemq; accumulasset quasi Seruianam, siue hypothecariam ad consequenda bona hypothecata, donec ipsi solueretur debitum: dubitatū fuit, an hæ actiones eòdem libello cumulari possent: Et concludebatur posse, cum ambæ ad eundem finem consequendi debiti pertineant, ut scilicet petatur pronunciari, reum conuentū mihi ad decem ex causa huius uel alterius contractus teneri, fundumq; eius ob tale debitum loco pignoris obligatum esse, ideoq; condemnari eum ad soluenda mihi decem, & interim ad tradendam pignorati fundi possessionem: ut rectè probat Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. per tex. §. sed neq;. Nouel. de fideiuf. quod sequitur Ferr. in for. actio. hypoth. Et quamuis satisfactione debiti liberetur pignus: tamen non est absurdum ea simul peti, quæ ad consequendam solutionem perducuntur compendioso litis. Idem probat Guid. Pap. decis. 108. & Neguzan. in tract. de pig. & hyp. in j. mem. 8. par. princip. num. 9. & 2. memb. num. 6. ubi amplius dicit hoc procedere, etiamsi libellus esset productus in personali actione tantum: nam opposita exceptione præscriptionis triginta annorum, potest creditor cumulare hypothecariam, quia ex ista cumulatione non læditur ius debitoris: ut ibi per eum. Et quamuis Chassa. in consue. Burgun. rubr. 4. §. 23. num. 17. fol. (mihi) 199. hanc cumulationem non admittat, nisi cum certis limitationibus, puta, quando illud, quod uenit ratione actionis personalis, debetur officio iudicis, iuxta Bald. c. cum dilectus. col. ult. de caus. poss. & propr. Item quando actio realis siue hypothecaria instituitur principaliter, & personalis accessoriè, secus si utraq; principaliter, quoniam esset contra tex. in l. fundi & l. fundum. ꝑ. de excep. eò quia absolutoria in una, parit exceptionem rei iudicatæ in alia. l. si diferente. ꝑ. quib. mod. pig. uel hypo. fol. & dicit Bald. l. edita col. 21. C. de eden. & Ias. ibid. col. 9. quod ita consuetudine obseruatur: tamen prior sententia, quæ indifferenter huiusmodi cumulationem actionis personalis & hypothecariæ admittit, maximè alternatiuè, frequentius à dominis in præfata causa (quæ relata est die 13. Januarij, anno 1550.) comprobata fuit, ut quæ notissima etiam Germaniæ consuetudine firmetur.

## OBSER. LIX.

*Prioritas temporis habet locum tam in sorte, quam usuris.*

**R**egula, qui prior est tempore in hypotheca, sit etiam potior iure, nõ solum proccedit in sorte principali, sed & in usuris saltem licitis, quia in illis pariter præfertur prior in tempore, nisi aliud obstat, iuxta glo. & Bart. in l. Lucius, per illum tex. ꝑ. qui potiores in pig. idem quoq; obtinet non tantum in expressa hypotheca, sed etiam in tacita: nam & prior in illa posteriori præfertur, l. hac edictali. §. ut illud. ibi Bart. C. de secun. nup. Item tam in hypotheca conditionali, quam pura, etiamsi nouata sit sua obligatio cum repetitione pignorum, pro hoc latè prosequitur Ant. Neguzan. in eleg. suo tract. de pig. & hypo. in 2. memb. 5. partis num. 9. & 13. Vbi tamen uiginti casus refert, in quibus e contra posterior creditor præfertur priori: num. 15. cum multis seq. Et de prioritate & posterioritate creditorum uide etiam Dd. in l. potior. & l. creditor. C. qui potior. in pig. Dyn. in reg. qui prior. in 6. & Vitalè in tract. claus. in claus. & specialiter obligauit ipsam rem, &c.

OBSER-

## OBSERVAT. LX.

*Mutuans ad refectionem ædificij, quæ habeat priuilegia.*

**I**ure nostro mutuans pecuniam ad refectionem domus uel ædificij, duplex priuilegium habet: Primum, quod illa domus resecta censetur ei tacite, & autoritate legis obligata. l. interdum. ꝛ. qui potior. in pig. glo. in auth. quo iure. C. qui pot. in pig. quam simpliciter refert & sequitur Alex. in l. si cum dotem. §. ult. ad fin. ꝛ. sol. matr. Alterum, quod creditor mutuans præfertur in hypotheca illius domus alijs creditoribus, etiam anterioribus tempore: glo. & Bart. in d. l. interdum. tex. & glo. in l. creditor. si cer. peta. Vt tamen istud priuilegium locum habeat, duo coniunctim requiruntur: Alterum, quod pecunia expressim ac nominatim fuerit mutuata ad refectionem ædium: alterum, quod res actualiter fuerit ex illa ipsa pecunia resecta. Nam si quis simpliciter mutuasset pecuniã, licet debitor eandem impendisset ad reparandam rem, tamen non haberet prælationem mutuans. iuxta las. post alios in d. l. creditor. per tex. l. procuratoris. §. si duas. uers. planè de tribut. Et hoc obseruatum in Camera in causa Episcopi Patauiensis, cõtra Georgium Ortner & consortes, relata 19. Ianuar. anno 1551. uide etiam ad prædicta Bald. in l. quamuis ex ea. C. de pigno. l. licet. C. qui pot. in pig. & Sali. in d. auth. quo iure. & d. l. interdum. item Neguz. latè in trac. de pig. & hypoth. in 2. mem. §. par. princip. post num. 3.

## OBSER. LXI.

*Priuilegium prælationis, quod uxor contra creditores habet, in dote confessata cessat.*

**P**riuilegium prælationis, quod uxor habet contra creditores, non habet locum in dote cauta & non numerata (quam Dd. dotem confessatam uocant. id est, de qua non aliter constat, quàm per confessionem: eam fortè Latinius confessam appellarent, quando confessam rem dixerit Cicero in v. in Verrem actione. & Plin. lib. 10. cap. 49. & lib. 20. cap. 11. & confessam signa Columella lib. 2. cap. 2.) glo. in l. assiduis post med. uerb. dote. C. qui potio. in pig. quam Bald. dicit esse auream: & est communiter recepta à Dd. Oportet enim docere mulierem realem dotis numerationem, id est, dotem à se reipsa datam esse, si cæteris creditoribus præferri uelit: iuxta l. j. C. de dot. caut. non num. Sed hoc ita demum procedit, si creditores eorum credita per iustam numerationem probent, pecuniam scilicet cum effectu & realiter marito numeratam esse. Alioqui si nihil habeant, nisi literariam cautionem super eorum creditis confessatis, sicut etiam mulier habet: hoc casu, cum mulier & alij creditores sint in pari conditione, mulier adhuc præferenda est creditoribus etiam in dote confessata, tãquam fauorabilior, propter causam dotis. Vnde pro cautela traditur, quod si creditores uelint mulieri præferri, debeant de actuali numeratione crediti probare. Ita eleganter Lud. Roma. in Rubr. ꝛ. soluto matr. & Dd. in l. j. eod. tit. las. & Zas. in §. fuerat. Institu. de actionibus.

## OBSER. LXII.

*Vasallus potest feudum alij infeudare sine consensu domini: Agnatis tamen non præiudicat talis subfeudatio.*

**V**asallus obtinens feudum, licet illud etiã sine consensu domini possit alij infeudare, modo bona fide, syncerè, & sine ulla fraude hoc fiat: per tex. §. rursus. de inuestit. feud. cõtr. & §. beneficiũ, si de feudo defunc. cõtr. si inter dom. & agna. uas. & §. similiter de leg. Cor. neq; aliqua sublit callida machinatio, qua sub colore inuestituræ & infeudationis prætextu, accepto precio in alios feudum trãserat ac uendat. c. callidis. j. de prohi. feud. alie. per. Fed. nec etiã in alium subinfeudatio fiat, q̄ qui æqualis sit conditionis, d. §. similiter. Vt deniq; eãdem forma, eõdem statu, n̄sdẽq; conditionibus, quib. obtinebat uasallus, alteri hoc feudum per infeudationẽ concedat: de quo in d. §. similiter. & d. §. beneficiũ. Hæc tamẽ infeudatio agnatis successuris præiudicio non erit, utpote quæ uitã n̄ concedentis non egrediat in præiudiciũ superstitũ agnatorum, secundum Aluar. in locis supra allegatis. & Egui. Baro. in d. §. similiter.

## OBSER.

## OBSER. LXIII.

*Si alimenta à pluribus debeantur, iudex unum statuere potest, qui solus soluat, ceteris contribuentibus: & qua actione petantur.*

**Q**Vando sunt plures, qui alimenta præstare tenentur, iudex ex his unum statuere debet, per quem ea præstentur, cæteris conferentibus partes suas, iuxta l. 3. §. j. de aliment. & cib. legat. Specul. tit. qui fil. sint legit. uers. Cæterum, num. 46. atq; ita factum in Camera, in causa Barbaræ *Tarin* contra N. *Hoffwarren*. Petuntur autem alimenta & præstantur officio iudicis, ut *π. de alen. lib. à par. per tot. & l. Imp. Adrianus. π. ad Trebel.* quandoq; tamen petuntur actione ex testamento, quando scilicet in testamento relicta sunt, ut *π. de ali. & cib. leg. per to.* quandoq; actione ex stipulatu, si stipulatio intercessit: uel præscriptis uerbis, ut Specul. in dicit. tit. declarat, uers. Et nota quod. num. 9.

## OBSER. LXIII.

*Uxori debentur alimenta ex bonis mariti, etsi habeat, unde uiuat.*

**Q**Vòd uxor non habeat bona mariti obligata pro alimentis, tenent Roma. cõsil. 454. in re præsentate circa fin. Panor. consil. 43. lib. 2. Castr. consil. 8. lib. 2. Guido tamen Pap. in contrarium disputat consil. 127. allegans Bart. in l. si cum dotem. §. sin autem. *π. solu. matr.* ubi dicit hoc esse de mente Iac. de Aret. per l. Lucius. *π.* qui potio. in pig. hab. ubi tamen Bart. uidetur sentire oppositum. Vide etiam ad hoc Specul. tit. de donat. int. uir. & uxor. §. ult. uers. sed nūquid. & Matth. de Affli. decis. 10. ubi expressè tenet, quòd sicut uxor obligata sunt bona mariti pro dote, ita etiam tacite pro alimentis: addens intatum hoc esse uerum, quòd etiam si uxor aliunde possit uiuere, possit tamen à marito alimenta petere: iuxta Bald. in l. de alimentis. C. de transac. & hanc sententiam, ut æquiores & saniores amplexi sunt Domini Assessor es in causa Annæ relicte uiduæ quondam Iacobi *Sailers* contra creditores eiusdē, relata mēse Iunio, anno 1549. Debet tamen hoc dogma, quòd scilicet maritus teneatur uxorem alere, sic intelligi, si dotem sibi promissam receperit: nam si dos sit promissa & non soluta, non cogitur, per glo. in Nouel. de non eli. sec. nub. §. illud, uers. onera. Castr. & Bald. in d. l. si cum dotem. §. sin autem. Et ideo tali casu nec pro alimentis censebuntur uxor tacite obligata esse bona mariti: quod obserua, uelut singulare.

## OBSER. LXV.

*Si fiat mentio von guten gulden, intelligitur de usualibus.*

**D**Vbitatum fuit, si censuales literæ contineant, quòd florenus annui redditus sit uenditus pro 20. florenis cū pacto redimendi, seu reemendi eūdem pro uiginti bonis florenis: *Sas ein gulden gelts vmb zwanzig gulden verkaufft worden / vnnnd das derselb zins mit zwanzig guter gulden mog wider faufft / vnnnd abgeloset werden:* an per hæc uerba (*guter gulden*) intelligatur aurum uel moneta, & si an reluitio siue redemptio debeat fieri in auro uel in moneta? Et post multa decisum fuit, quòd si solum literæ meminerint, *guter gulden*, & nō faciant mentionem auri, quòd debeantur solum floreni usuales in moneta, nempe quindecim batzj siue sexaginta cruciferi pro floreno. Ita decisum in causa Ioannis de *Stozingen* contra Kunigūdam de *Stozingen*: & in causa Volphgangi Theodorici de *Bndringen*, commendatoris ordinis Theutonorum, *An der Ofs, &c.*

## OBSER. LXVI.

*Appellatio ab interlocutoria uiua uoce facta, an & quando ualeat.*

**Q**Vando appellat ab interlocutoria habete uim diffinitiuę, tunc si in cõtinēti appellet, sufficit appellationē fieri uiua uoce, ex interuallo aut in scriptis appellatō est. ita habet Ord. Camerę in 2. parte, tit. 29. §. 3. Ad qd' uide etiā Gui. Pap. decis. 12. num. 3.

num. 3. & 4. Attamē si quis uiua uoce ad Cameram appellat, & pro iustificatione seu ualiditate illius appellationis alleget cōsuetudinem loci uel fori, in quo lata est sententia, esse, quòd ab interlocutorijs uiua uoce appelletur (qualem aiunt esse, in Bauaria) admittitur allegans ad probandum talem consuetudinem tanquam ualidam, licet Bald. in l. programma. C. comminationes, epistolæ, & c. teneat, non ualere talem consuetudinem uel statutum: sed contrarium sentire uidetur Lud. Rom. conf. 41. Et ita iudicatum olim fuit in Camera, admissa q̄ probatio talis consuetudinis in causa oppidi Aichstadiensis, contra Vuilboldum Fursich, 18. Martij, anno 1527. Quinimò meo tempore admissæ sunt appellationes multæ, uiua uoce ab interlocutorijs factæ ex Bauaria.

## OBSER. LXVII.

*Appellatio regulariter gradatim facienda: quandoq; tamen ualet, omisso medio iudice.*

**L**icet appellationes gradatim fieri debeant iure ciuili, l. Imp. .̄. de appellat. adeò ut factæ omisso medio iudice non habeant uires, ut per Dd. in c. dilecti. de appell. Io. Andr. in c. Roma. §. j. de appell. lib. 6. & Archid. c. anteriorū. 2. quæst. 6. sed & idem quoq; in ordinatione Cameræ prouisum sit in 2. par. tit. 29. in prin. hoc tamē nō procedit quādo medius iudex palām & euidenter denegasset iusticiam, aut esset inhabilis, uel ratione suspiciōnis, uel excōmunicatiōnis, uel alterius inhabilitatis: quia tunc eo omisso potest appellari ad ipsius mediij iudicis superiorem, secūdum Abbat. & alios in d. c. dilecti. col. pen. uers. nouus casus. Quod etiam probat Ordin. Cameræ in 2. par. tit. 29. in prin. Atq; ita recepta est causa Ioan. Loitz cōtra Iac. Gruben: qui Loitz immediatē à Colonia ad Spræam appellauerat ad Cameram, non ad electorē Brandenburgē. quia scilicet suspectus asserbatur, & causæ cōiunctus. mense Ianuario, anno 1551. idem factum in causa Walstrum contra Penelē, ubi appellatum erat à senatu oppidi Bam (quod subest Ducī Cluensi) ad Cameram, non ad Ducem: & licet Dux pro interesse opposuerit exceptionem omissi mediij in appellando, tamen ob suspiciōnem Ducis, quòd suspiciō erat eum plus fauere appellatæ, causa in Camera est recepta, 27. Maij, anno 1554. Procedit etiam tum appellatio omisso medio, si nihil opponatur, quia sic uidentur partes consentire, & iurisdictionem prorogare, iuxta Phil. Franc. in d. c. dilecti, & ibi etiā Panor. Rota. decif. 387. in nouis. incip. si tres. Idem est, si consuetudo extaret appellandi omisso medio, quia ualet appellatio autoritate consuetudinis, per text. in c. Roma. §. j. de appell. lib. 6. gl. d. c. dilecti, & ibi Dd. ubi uide plures casus quos etiam congeffit Socin. in suis Fallent. reg. 23. & Maran. in spec. iudi. par. 6. tit. de appell. num. 357. cum multis sequen.

## OBSERVAT. LXVIII.

*Iuramentum suppletorium ut deferri possit, quæ requirantur.*

**R**egulare est, quando semiplenè tantum probatum est, posse iuramentum deferri in defectum plenæ probationis: quod Dd. uulgò appellant suppletium. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. & iureiur. l. admonendi. ff. de iureiur. c. fin. ex. eod. Ad hoc autem, ut deferri possit iuramentum suppletorium, sex coniunctim desiderantur, adeò ut uno ex his deficiente, delationi non sit locus. Primum est, quòd semiplenè probatum sit per unum testem omni exceptione maiorem: Alex. conf. 32. uol. j. & conf. 19. uol. 4. item Corne. consil. 194. uol. 2. & quòd talis semiplena probatio uerè uel necessariò concludit: nam si concluderet præsumptiue, secus esset, iuxta glo. in l. 3. §. j. ad fin. in uerb. leuior. & in l. non est uerisimile. .̄. de minor. & Hippol. de Marfil. singul. 83. uers. tene etiam mei. i. Deinde quòd ille, cui deferitur, sciat uerisimiliter ueritatem per sensum corporeum: gl. in d. l. admonendi. uer. exacto. & ibi Bart. & ideo non deferitur hæredi, cum uerisimiliter ignoret ueritatem negocij. Tertiò, ut is, cui deferitur, sit honesta persona, & integræ uitæ, quia uili aut suspecto de periurio, nō deferret. Abb. d. c. fin. §. sanè. Bald. l. qui accusare. C. de eden. Quartò, quòd causa nō sit ardua, uel crimi-



uel criminalis, sed modica & ciuilis. Dd. communiter in d.l. admonendi. post glo. in uerbo exacto. Dicitur autem magna causa, uel parua iuxta conditionem personarum. Bar. auth. nisi breuiores. C. de sen. ex per. reci. Corne. consil. 58. uol. 3. Alex. consil. 39. uol. 5. Quintò, quòd talis semiplena probatio aliqua præsumptione dilui aut eleuari non possit, ut eleganter not. glo. & ibi Bald. in l. j. C. qui & aduers. quos, & c. fac. l. si duo patroni, ad princ. & quòd ibi nota. ꝛ. de iureiur. Ita pulchrè Lud. Roma. consil. 91. num. 10. uisis ac percunctatis. Atq; ita denegatum est hoc iuramentum in causa Antonij de Nobili, contra Petrum Semler, anno 1549. Postremò quòd tale iuramentum fuerit petitum, antequam conclusum sit in causa, quia tunc poterit deferri post conclusionem ad instantiam partis, aliàs secus: ut per Alex. consil. 53. lib. 5. & uide Maran. in suo Specul. in 6. par. tit. de iur. & eius disse. & usu. à princ. usq; ad num. 11.

## OBSERVATIO LXIX.

*Consuetudo admittens coniugem ad successionem mobilium, extantibus liberis, ualeat: & annui redditus perpetui, uel longo tempore duraturi, inter immobilia censentur.*

**C**onsuetudo admittens coniugem superstitem extantibus liberis ad successionem bonorum mobilium, quando secundas nuptias contrahit, admissa & approbata est in Camera, quando supersunt immobilia, ex quibus liberi possint habere legitimam illis iure nature debitam. Nec tamen superstes coniux uigore talis consuetudinis ad successionem annuorum reddituum, & censuum perpetuorum, uel ad tempus longum durantiũ, etiam si comparati fuerunt cum pacto retrouentionis, admittitur: nisi superstes coniux probet eam consuetudinem esse, & c. cum ad immobilia computentur tales redditus: cle. exiui. §. cumq; annui redditus. de uerb. sig. l. iubemus nulli, in prin. ibi Bar. Bal. Paul. Castr. & alij. C. de sacro. Eccle. & est bo. tex. iuncta gl. in uerbo redditus. in §. si uerò habet redditus. Nouel. ut hi qui obli. perhi. rest. mi. & uide Cy. l. hac edictali. §. his illud. Ibi Cy. & Bal. C. de secun. nup. ubi dicit, eum qui habet redditum annuum, tanquam possessorẽ immobilium, releuari à cautione iudicio fitti: ut in Nouel. de non alie. circa prin. & §. quoniam autem, uers. si uerò habet redditus, iuncta gl. in uerbo redditus. in Nouel. ut hi qui obli. se hab. perhi. & c. j. ibi Bald. in uerbo annua. tit. de contro. inue. inter uas. & epif. & c. j. §. sciendum. & ibi etiã Bal. post princ. de feud. cogni. Et ita olim iudicando obseruarunt domini Camerales in causa appellationis heredum Vuilhelmi de Bayer contra Ioannem Bar. 22. Maij, anno 1542. Hinc est, quòd Cy. Bar. Bal. Alber. & alij in l. sciendum. ꝛ. qui satisfd. cog. tradiderint, annuos redditus excusare à satisfdatione, non secus, atq; possessionem immobilium. Et Bal. in d.l. iubemus nulli. post prin. minorem non posse cum autoritate curatoris alienare hos redditus sine decreto iudicis docuit. Sicuti nec hos redditus annuos ciuitatum uendi posse sine solennitate, quæ in uenditione rerum immobilium requiritur, probat tex. in l. ult. ibi Bart. & Ioan. de pla. C. de uend. reb. ciui. lib. 11. nec annuos quoq; redditus Ecclesiæ, d.l. iubemus nulli. & ibi omnes. Anch. & Imo. in c. nulli. de re. Eccle. non alie. Hinc etiam tradit idem Bal. in l. etiam. col. 3. C. de excep. rei iud. executionem sententiæ æquè fieri posse in debitorem annuæ pensionis, ut in debitorem rei immobilis, quòd uelut singulare cõmendant & sequuntur Alex. & Iaf. in l. à D. Pio. §. sic quòd ꝛ. de re iudi. Sed & feudum in his constitui posse, uoluerunt Bal. & Card. Alex. in proe. feud. & Mart. Land. §. j. uers. quæro an in iuribus, qui feu. da. pos. Curt. de feu. in j. par. quæst. 6. uers. circa uerò quartum: cum aliàs feuda non nisi in immobilibus constituentur. Et publicatis bonis immobilibus & ij redditus publicati censentur, Ang. Roma. & Alexan. in l. si constante. §. ult. ꝛ. sol. matri. eodemq; tempore usucapiuntur eiusmodi redditus, ut cætera bona immobilia. Bal. in c. de quarta, uers. item isti redditus. de præscrip. Prædicta tamen omnia de perpetuis redditibus, uel ad longum tempus duraturis intelligenda sunt, ut supra diximus,

mus, secus si ad modicum, iuxta Bal. in d. l. hac edictali. §. his illud. & in c. cum M. Ferrara. ubi etiam Barba. de consti. Nec tamen intelligas, annuos redditus, ob id quod redimi possunt, non censendos esse perpetuos, per ea quæ scribit Tiraq. in trac. de retrac. muni. uerbo Rentes. glo. 6. & glo. 14. ou æquipollent à uente. ad fi. nu. 119. secundò intellige & trib. seq.

## OBSERVATIO LXX.

*Ad quartam dilationem impetrandam an generale mandatum sufficiat.*

**A**D impetrandam quartam dilationem non requiritur speciale mandatum, sed generale sufficit, quia nō enumeratur inter casus, qui speciale mandatum exigunt, in c. qui ad agendum, de procurat. in 6. Specul. eodem tit. §. j. num. 14. & ibidem Ioan. Andr. in addit. Atq; ita iudicatum est in Camera in causa Virmundt contra Ball, anno 1543. Item in causa Vademont contra Vademont, 22. Decemb. anno 1550. Quandoq; tamen cōtrarium obseruatum fuisse animaduerti, nempe in causa Below cōtra Stralsunde, 10. Martij, anno 1551. ubi iniunctum fuit procuratori, ut mandatum speciale produceret ad iurandum pro quarta dilatio ne obtinenda. Et hanc posterior opinionem, uelut æquiuorem meo tempore semper postea secuti sunt domini in iudicando.

## OBSERVATIO LXXI.

*Dilationis tempus propter impedimentum iudicis debet suppleri. Item dilatio omnis regulariter peremptoria est, nec amplius quam semel danda est: fallit tamen, ut hic.*

**Q**Vando impedimentum est in iudice, uel cōmissario, quò minus testium examinatio fiat, aut ad finem perducatur, tunc debet tempus dilationis suppleri, & non dicitur noua dilatio, sed suppletio prioris: ita Bald. tradit in Auth. qui semel, in fin. C. de probat. Et scias, quòd regulariter omnis dilatio est peremptoria, & nō datur nisi semel in causa civili, nec potest prorogari. Sed in causa criminali potest pluries dari: Alex. in l. ult. in j. not. per illum textum. C. de feri. & ibi communiter Dd. Bart. l. cessant. C. quo. & quan. tu. & Abb. c. licet. 4. not. de proba. & pro hoc est text. ibi Bar. & Dd. in l. j. C. de dila. Quandoq; tamen etiam in causis civilibus plures possunt dilationes cōcedi, ut quia iustum impedimentum extabat in prima. l. oratione. ꝛ. de fer. uel nouæ superuenerint litiganti probationes, idq; iuramento asserat. c. pastoralis. de excep. uel causa examinetur in Consistorio principis. l. in offerendis, ibi Bar. in fi. C. de appel. aut litigans impeditus sit facto aduersarij. l. si eum. §. qui iniuriarum. ꝛ. si quis caut. quippiam uel addiderit libello actor: Ang. l. j. §. si quis stipulanti. ꝛ. de uerb. oblig. aut nouam actionē cumulauerit: glo. & Bar. in l. edita. C. de eden. glo. c. literę. de dilat. Idem erit, si in iudicio emergat noua exceptio, uel aliud incidēs, quia noua dabitur dilatio ad probandum id, quod consistit in facto super illo emergenti: c. pastoralis. de excep. Deniq; si iudex concedat aliam dilationē præsentē aduersario, nec contradicente, quæ non erat concedenda, ualeat, & de utriusq; uoluntate concessa censetur, iuxta Bald. in d. l. fin. ꝛ. defer. Et prædicta diligenter obserues, uelut memoratu digna.

## OBSERVATIO LXXII.

*Prorogatio quartæ dilationis eandem, quam ipsa dilatio, requirit solennitatem.*

**P**Rorogatio quartæ dilationis conceditur in Camera, quando causæ releuantes allegantur, & quòd petens prorogationem iuret, talem causam ueram esse, adiecta tamen eadem solennitate legali, qua quarta dilatio fuit concessa, iuxta Castren. Fulgos. Alexa. & alios in l. ult. & l. oratione. ꝛ. de ferijs. Et quamuis Angel. ibidem  
contra

contrā sentiat: prior tamen sententia obtinuit in Camera, in causa Medinger contra Habspurg, relata 8. April. anno 1541. Item in causa episcopi Patauiensis contra hæredes N. de Wagmanßdorff, 31. Martij, anno 1542. Cæterum ultra quartam dilationem nulla amplius danda est: ita Lopus allegat. 72.

## OBSERVATIO LXXIII.

*Post quartam dilationem an hæredi ulterior dilatio præstanda? Et an iuramentum dilationis ab hærede etiam præstandum sit?*

**O**btinuit quidam in Camera quartam dilationem cum solennitate legali, iuxta c. ultra tertiam. de testibus, præstitoq; iuramento fuit mortuus. Post lapso fere anni spacio, eiusdem filia tanquam hæres causam prosequi uolens, petijt sibi denuò concedi quartam dilationem, uel si de iure nō competat, ad eandem sese restitui, aut quintam dilationem dari. Post multam disputationem conclusum fuit à dominis, hoc casu non opus esse restitutione: quia hæredi uel successori de iure communi datur noua dilatio, ut per Dd. in l. oratione. ꝛ. de ferijs, non tamen exprimendum est, quòd sit quarta dilatio, sed simpliciter successori noua dilatio concedenda. uide Specul. tit. de teste. §. qualiter autem. uers. sed pone quod antecessori. Et quia defunctus ante mortem iurauerat, sicq; satis purgauerat sese, censebant domini, non esse opus, quòd denuò iuraretur per filiam, eo quòd in successore cesset præsumptio protelationis, & ipse nouas qualitates habeat: aliàs uerò uideretur denuò iurandū esse, quia hoc iuramentum uidetur esse de forma & solennitate iuris, ad hunc actum: & in hæredem transeunt contractus & iudicium defuncti, etiam quòd ad præsumptū dolum protelationis & negligentiae eiusdē: unde meritò eundē purgare debet. Facit, quòd prorogatio eadem solennitate fieri debeat, qua ipsa dilatio, ut supra paulo antè dixi, Singul. 72.

## OBSERVATIO LXXIII.

*Fiscalis an iuret de calumnia.*

**Q**uamuis uideatur iure defendi posse, quòd etiā iurari debeat de calumnia uitanda, in causis fiscalibus: per ea quæ habet Lucas de pen. in l. iustas. C. de iure fisci, lib. 10. ubi reprehendit contrariam opinionem: tamen hoc de more iudiciorum nō seruari tradit Andr. de Yfernia. §. in quibus, de cōsuet. re. feud. Imò quòd de iure nō teneatur procurator fisci iurare de calumnia, eleganter docet Francisc. Luca. in trac. de fisc. & eius priuileg. casu 79. allegat. glo. in c. sacramentum. d. tit. de consue. re. feu. Et ita iudicatum est per dominos in causa fiscalis Imperij cōtra die Plefferi.

## OBSERVATIO LXXV.

*Procurator aëtoris siue caueat de rato, siue non, si dominus ratum non habeat, tenetur ad interesse: & quid in procuratore rei*

**P**rocurator aëtoris de rato cauens, si dominus non habet ratum, tenetur ex cautione ad interesse: l. si sine. ꝛ. rem rat. hab. Imò etiam si non cauit, tenetur tamē ad interesse eo ipso, quòd ad instantiam rei non docet, de mandato. l. j. C. cred. euiçto. pig. non deb. Bart. in l. licet. C. de procurat. Processus autem & sententia cōtra talem falsum procuratorem non tenet, quia nō habet executionem. Secus est in falso procuratore rei, quia ualet in suum præiudicium, & contra eum fit executio sententiæ. l. Plautius, de procur. & hoc si sciebat se non esse procuratorem, secus si per errorem, ut d. l. Plautius, secundum Bart. in l. de pupillo. §. ut. de noui. oper. nunc.

Ioan. Andr. ad Specul. de executio. senten. §. sequitur, uers.

sed pone. Bologn. in addit. ad consil.

Ananiæ 96.

## OBSERVATIO LXXVI.

*Mandatum communitatis procuratorium quæ requirat.*

**Q**Vando ad alicuius instantiam citatur aliqua ciuitas, seu communitas, ad comparandum in iudicio, non sufficit consulem & senatum constituere procuratorem pro se, & communitate sua, sed requiritur, ut etiã ipsi tribuni plebis secundum cuiusq; loci consuetudinem, simul constituent. ita decisum in causa episcopi Mindensis contra senatum & communitatem oppidi Minden. & in causa Ducis Brunsvuicensis contra Protestantes, 23. Octob. anno 1549. Et hoc maxime obtinet in criminalibus, puta in causis fractæ pacis. Cæterum quomodo uniuersitas constituere debeat, uide late Oldrad. conf. 100. ubi dicit, quando capitulum, communitas, uel collegium constituit procuratorem, nõ esse necesse, quod exprimantur nomina Canonicorum, uel ciuium, &c. quando constitutio sonat in nomen collectiuũ, puta quia dicatur, capitulum talis Ecclesiæ uel communitatem talis municipij, &c. constituisse procuratorem: secus si per nomina singularia, puta Canonici, ciues, &c. quia talis sermo posset uerificari de duobus tantum. l. inter illam. §. ult. de uerb. sig. Et probatur hæc distinctio per l. quoties. & l. grege. ꝛ. de leg. 2. & c. ult. ibiq; Inno. de procur.

## OBSERVATIO LXXVII.

*Executio citationis per alium, quàm nuncium facta, non ualet. Item citatio qualibet tria extrema requirit.*

**Q**Vando nuncius, qui debet processus exequi, tradat illos alteri cui dã non nuncio exequendos, uel relinquat illos apud præfectum loci, aut priorẽ iudicem, ut is exequatur partib. & pars deinde non compareat: talis executio non habetur pro legitima in Camera, nec hoc casu proclama contra nõ comparentem discernitur. Nam in omni citatione, cuiuscunq; sit generis, tria extrema desiderantur: unum ex parte iudicis, qualis est commissio de citando: & duo ex parte nuncij, nempe ipsa citatio, seu executio commissionis, & relatio citationis factæ: & si ex his tribus unum deficiat, citatio non ualet: ut no. Bald. in l. fi. C. de fer. Fel. in c. gratum. de offi. dele. & de hoc multa cumulat Maran. in suo Spec. in 6. par. tit. de cit. nu. 51. & aliquot seq. ubi latius uide.

## OBSERVATIO LXXVIII.

*Executio citationis notarij non immatriculati non ualet. Item, sententia lata contra contumacem ante nuncij relationem, est nulla.*

**I**N ordinatione Camerae cauetur in prima part. tit. 39. quod notariorum executiones non debeant haberi pro legitimis, nisi docuerint de legalitate, & sint inscripti matriculæ iudicij. Pone modò, quod aliquis notarius fecerit executionem processum, cum necdũ esset inscriptus matriculæ iudicij, & postea cum executione simul transmittat documentũ de sua legalitate, seq; inscribi petat, an executio recipiatur? & conclusum est à dominis, tam, tanquam illegitimam non esse recipiendam, quia legalitas tanquam qualificatio debet præcedere actum executionis. Atq; sic multas executiones uidi cassari in Camerali iudicio. Vnde etiã est, quod si iudex ante receptam relationem nuncij pronunciet aduersus citatum, ipsum contumacem esse, talis sententia existat iure nulla, etiamsi postea relationẽ nuncij recipiat: cum prius de relatione nuncij, uelut actu substantiali, cõstare debeat: atq; ita tenet Bar. in l. multũ. in fi. ꝛ. de cõd. & demon. & Alex. in l. sed si de sua. ꝛ. de acq. here. Idemq; meritò tenendũ tradit Maran. in Spe. iud. par. 6. tit. de cita. ꝛ. 56. & hoc, uelut singulare, tene mente.

## OBSERVATIO LXXIX.

*Executio quomodo debeat esse qualificata.*

**S**implici scripturæ notarij exequentis non creditur, sed opus est, quod authenticum instrumentum executionis factæ exhibeatur cum insertione omnium qualitarum,

litatum, quas ordinatio præscribit in j. parte, tit. 39. §. ult. & ita sine tali instrumento nec citans nec citatus probat executionē factam: ut puta si citatus solus compareat, & petat se à citatione absolui, opus est ei authentico instrumētō, nec sufficit copiā citationis exhibere. Ita obseruatū in causa Hamanni Adolphi cōtra Conradū Wdlslin.

## OBSERVATIO LXXX.

*Notariorum instrumenta in pergameno scripta esse debent.*

**Q**uod instrumenta notariorū exequentium processus in pergameno, & non in papyro confici debeāt, expressē uult Spec. de instrum. edit. §. instrumentū ergo publicum. uers. item quod est scriptum in papyro. & §. restat. uers. 40. nu. 38. in forma iuramenti notarij hoc ponit. Idem probat Panor. in c. cū dilecti. de confir. util. uel inutil. Contrā, quod de iure non requiratur charta pecorina, uel pergamenum, sed sufficiat papyrus, tenet Bart. in l. j. C. de bon. poss. secundum tab. Priorem tamen opinionem approbat ordinatio antiqua notariorum, edita ab Imp. Maximiliano piæ memoriæ, anno 1512. in uers. Item die Notarien sollen, etc. Sicq; seruatum olim est in causa N. Partleben, contra Henricum Mulner.

## OBSERVATIO LXXXI.

*Iuramentum paupertatis si fiat coram iudice competente, in Camera non reiteratur.*

**S**i iuramentum paupertatis coram competenti iudice secundum formam ordinationis fiat, & desuper producat documentum in Camera, nō opus est, ut in Camera reiteretur. Quod tamen intelligitur uerum, si in eadem causa eo uti uelit, cuius intuitu præstitum est, secus si in alia causa: quia tunc non auditur, nisi hoc rursus subeat in Camera. Ita decisum in consilio, 14. Decemb. anno 1549. & practicatū in causa Core. Conradis contra uxorem Martini Bogen.

## OBSERVATIO LXXXII.

*Saluus conductus intelligitur solum de uolentia, quæ de facto contra ius infertur.*

**Q**uando datur alicui securitas uel saluus conductus (quam Dd. barbaro uocabulo saluam guardiam uocant) tunc intelligitur solum de uolentia, quæ de facto contra ius infertur: ut latè per Andr. Barba. in c. in præsentia. nu. 3. de probatio. Et ideo meo tempore cuidam, qui habebat saluum conductum, capto propter delictū uel maleficiū, & supplicanti in Camera pro mandato de relaxando, & citatione ad uidendum, & c. petiti processus à dominis Assessoribus sunt denegati. Porro de materia securitatis, siue salui conductus, uide plura apud Bart. Cy. & Dd. in l. denuncia- mus. C. de ijs qui ad Eccle. confu. Zaf. consi. 15. lib. j. & Gul. de Cun. in tract. de secur. in l. quæ bona. §. quoniam. 7. de dam. infec. & Guid. Pap. decis. 418. & plenè per Ioan. And. in no. c. j. de reg. iu. lib. 6.

## OBSERVATIO LXXXIII.

*Appellatio uerbo saltem introduci potest, quando à notario non statim possit haberi instrumentum.*

**D**ubitatum fuit, an in Camera Imperij sufficeret uerbo introducere appellatio- nem, si à notario nō possit statim haberi instrumentum appellationis? Et deci- sum sufficere, dummodò id fiat intra tempus introducēdi appellationes præstitū- tum (aliàs appellatio censeretur deserta) & postea in termino præfigendo per ipsam Curiam, realiter producat instrumentum: iuxta ea quæ habet  
Guid. Pap. decis. 30. atq; ita multoties ob-  
seruatum est.

## OBSERVATIO LXXXIII.

*Actio iniuriarum descendens ex l. Cornelia, an sit perpetua.*

**Q**uod actio ciuiliſ ex lege Cornelia descendēs ſit perpetua, iuxta §. ſed & lex, Inſt. de iniu. & anno non tollatur, quemadmodum glo. in l. lex Cornelia. ꝛ. de iniu. tenet, quam etiam Odofre. Bald. & alij ibi ſequuntur: iudicando obſeruatum fuit in Camera Imp. & opinio Azonis cōtrarium ſentientis improbata in duabus cauſis iniuriarum, nempe in cauſa Comitum de *Banaw* contra ſenatum ciuitatis Argentorati, & in cauſa Gobelij *Emerich* cōtra ſenatum Coloniae Agrip. quae ſententiae 23. Martij, anno 1537. fuerunt publicatae. Et tum ſimul fuit approbata opinio glo. praedictae, in eo ſcilicet, quod pars iurare non debebat, ſed iudex pro arbitrio taxare poſſit iniuriam, contra opinionem Cyni, in l. ſi non conuicij. C. de iniu. ita quod prior ſententia iudicis à quo ob non praestitum iuramentum non fuit infirmata: at tamen de ſtylo permittitur iuramentum poſt taxationem condemnatoriam: & ita fuit iudicatum in dicta cauſa Gobelij contra ſenatum Coloniaeſem, & antea in cauſa *Vögel* contra ſenatum Monacenſem & contra Comitem de *fürſtenberg*.

## OBSERVATIO LXXXV.

*De ſententia pro mortuo lata: & quod inſtantia litis non finita transfertur in haredem.*

**B**art. & reliqui interpretes communiori calculo tradunt, ſententiam latam pro mortuo, non ualere, pariter nec decretum in eius fauorem interpoſitum. in l. in ſumma. §. ult. ꝛ. de re iud. Et dicit ibi Paul. hoc mente tenendum eſſe, per tex. in l. de qua re. §. cum abſentem. ꝛ. de iudi. ubi dicitur, adeo ſententiam non ualere, quod nec contra defenſorem, nec contra haredem defuncti operabitur. Amplius ſcribit Paul. inſtantiam litis non finitae in haredem transferri, ita quod hares ſuccedere in lite poſſit & debeat. l. ſi eum hominē. ꝛ. de fideiuſ. ubi inſtantia dicitur in haredem transferri. Debet autem hares de nouo citari, & ita procedi, ut uno uerbo omnia acta & actitata praehabiti iudicij repetantur, ita quod non inſtituatur nouus proceſſus cum haredem. Eſt practica Bartoli in l. Lucius, ad Trebellia. Accurſ. tamen in d. l. in ſumma. §. ult. putat decretum in demortui fauorem interpoſitum uires habere. In Camera uero ex communi ſtylo ſententia pro mortuo lata, non eſt nulla, ſed pro firma habetur: & ſi deinde poſt latam ſententiam de morte eius, pro quo lata eſt, conſtet, transfertur in ipſius haredes, ſicq; ſuſtinetur contra d. §. ult. & hoc meo tempore pluries practicum fuit.

## OBSERVATIO LXXXVI.

*Reſponſiones quomodo fieri debeant, & an relatiuae ſufficientes ſint.*

**I**uris eſt & etiã ordinationis, quod poſitionibus reſponderi debeat ſingulatim per uerbum credit, uel non credit. Pone quod in poſitione deducatur aliquod inſtrumentum, ſeu documentum, & reus reſpondendo dicat, reſpondeo & dico, prout in inſtrumento ſuper hoc conſecto continetur, uel prout inſtrumentum cōtinet: quaeretur an haec eſſet ſufficiens reſponſio: Et dicebatur, ſufficientem eſſe, quia perinde habet, ac ſi nominatim expreſſiſſet id, quod in inſtrumento cōtinetur: per tex. in l. ſin. C. de falſ. cau. ad leg. cum ſint paria, exprimere aliquid nominatim uel per relationem ad aliud, modo de eo conſtet, & apparet. d. l. ſin. in ſi. & l. 2. & 3. C. de ſen. que ſi cer. quan. pro. & l. ſi ita reſcripſero. ꝛ. de cond. & demon. Pro quo facit etiam l. ait praetor. §. ult. ꝛ. de re iudi. & quae ſcribit Felii. in c. inter caeteras, in j. conſul. de re iud. & Guid. Pap. decif. 334. & decif. 459. & ita ſaepe admiſſae ſunt tales reſponſiones in Camera.

## OBSERVATIO LXXXVII.

*Curator ad litem à quo iudice detur. Conciliatio l. ult. §. j. C. de admitt. tut. & c. ult. de iud. lib. 6.*

**Q**uis det curatorem ad litem, an iudex domicilij, uel originis, uel litis seu causæ, mirifice cõflictantur Doctores. Verùm in consilio dominorum Assessorum, cum hæc quæstio incidisset, conclusum memini, quòd si ad unam causam tantum dandus sit curator, iudex litis, siue causæ, coram quo lis uertitur, id facere debeat: si tamen talis sit, cui hoc de iure competat: idq; ex doctrina Baldi in l. fin. post prin. C. de admitt. tut. Et hinc est, quòd iudex Ecclesiasticus dat curatorem ad litem minori laico litiganti coram se. c. fin. de iud. lib. 6. & e contra iudex laicus minori clerico coram eo litiganti, ut est in decis. Rotæ 207. in antiq. quam allegat Maran. in suo Spec. iud. in 4. par. 11. dist. nu. 13. & 39. Quòd si curator detur simpliciter ad lites, cum uideatur ad omnes dari. l. qui habet. §. ult. ꝑ. de tute. dandus est à iudice domicilij, uel originis: & tunc poterit non solum lites, quæ sunt intra prouinciã constituentis seu dantis, sed etiã quæ sunt extra illã tractare, per gl. in l. propter litẽ. §. licet. ꝑ. de excus. tuto. Sicq; facile conciliari possunt, l. ult. §. j. C. de admitt. tut. & c. fin. de iud. lib. 6. qui textus aliàs pugnare uidentur. Hanc sententiam firmat etiam Oldrad. consil. 59. ubi uide.

## OBSERVATIO LXXXVIII.

*Propter renunciationem priuilegij fori iurisdictione Camera fundatur.*

**Q**uemadmodum ob denegatam uel dilatam iusticiam potest causa, quæ in prima instantia non pertinet ad Camera, ibidem recipi, ut habetur in ordi. Camera, parte 2. tit. 26. ita etiam ibidem recipitur, si quis renunciauit priuilegio fori, iuxta l. pen. C. de pact. sic sunt processus decreti D. Adamo à Themar cõtra Ioanem Henricum Schertlin, anno 1554. Tamen decisum memini, ad hoc non sufficere generalem renunciationem, puta quòd possit quis alium coram quibuscunq; iudicibus cõuenire, & c. quia hæc clausula de competentibus tantum intelligi debet. Ita obtentum in causa nobilis de Bndringen contra David Juden. Nota tamen, quòd si quis priuata missiua extra iudicium promississet, quòd in Camera immediatè conueniri deberet, potest postea pœnitere, & ad competentem iudicem prouocare. Ita uidi decerni & obseruari in Camera aliquoties.

## OBSERVATIO LXXXIX.

*Rubr. 5. in 2. par. ordinationis explicatur: & quando nobilis à nobili in prima instantia in Camera conueniatur.*

**D**isputatum fuit in pleno consilio, & dubitatum circa quintum tit. siue rubricam *Wie vnd vor welchem Richter die Prelaten/Grauen, etc.* quomodo ea sit intelligenda de nobili, qui non subest immediatè Imperio, sed alicui principi, & uult conuenire alium nobilem immediatè subiectum Imperio, an possit in prima instantia eum in Camera conuenire, uel conueniendus habeat etiam priuilegium primæ instantiæ uigore dicti tituli: Et post multa tandem ea sententia obtinuit, quòd in Camera possit conueniri, nec gaudeat priuilegio primæ instantiæ, scilicet, *der außstreyge*, quia secundum præfatam Rubricam, uterq; & actor & reus immediatè subiecti esse debent Imperio, ad hoc, ut priuilegium primæ instantiæ locum habeat, *das die außstreyg statt haben*: nec concessum est hoc priuilegium nobilitati in uniuersum, sed illi tantum nobilitati, quæ immediatè subest Imperio. Et licet nigrum dubiè ibi loquatur: tamen dicebatur illud interpretandum esse secundum Rubricam, e qua declarationem recipit, & in dubio concordandum esse rubrum cum nigro, ne fiat contrarietas: per ea, quæ scribit Iason in rub. Inst. de actio. num. 28. Ioan. de Imo. in rub. de uerb. oblig. Albertus & Salic. in l. j. si cer. pet. Item Euerar. in loco, de rubro ad nigrum, ubi pulchra congestit. Atq; ita crebriori sententiã conclusum fuit die 17. Martij, an. 1551. decre-

tiq̄ processus in causa relicta uidua N. Borns cōtra Conradū Comitē de Teckelburg.

## OBSERVATIO XC.

*Banniti uel priuati regalijs amittūt beneficiū primæ instantiæ der außstreg.  
Iudices tamen ordinarij propter suorum Principum bannum non inhabi-  
litantur.*

**Q**Vando Princeps, Comes, uel alius, qui priuilegiū primæ instātiæ (der außstreg) habet, uel bannitur, uel priuatur suis regalijs (prout solent Ecclesiastici) tunc, ut cætera iura, ita etiam hoc priuilegium amittit, nec potest dare seu ordinare iudices iuxta ordinationem Camerae, & per consequens tali casu ipsius causa immediate in Camera recipitur. Atq̄ ita factum est in causa Comitē de Boyen contra ciuitatem Bremensem. Secus tamen est, si aliās causa pertineret ad ordinarios & perpetuos magistratus, siue iudices illius Principis: hi enim non inhabilitantur, per declarationem contra Principem factam.

## OBSERVATIO XCI.

*Requisitio unica sufficit in den außstregen.*

**D**Vbitatum fuit circa quintū tit. ordinationis Camerae, parte 2. Si Princeps uel Comes requisitus fuerit, ut iuxta priuilegium primæ instantiæ (Vermug der außstreg) ipse denominet tres Principes, ex quibus actor eligere habeat iudicem, & talis requisitus tantum unum designarit, quem non acceptet actor, si deinde sit lapsum tempus menstruum, an eidem supplicanti in Camera sint decernendi processus? Et crebrius placuit dominis, huiusmodi requirentem non teneri ad ulteriorem requisitionem effluxo mense, satisq̄ esse, quod semel requisierit: idq̄ rationem habet. Cum enim prædicta constitutio certam præscribat formam in sua ordinatione, ea præcisè seruanda est pro parte cuiusq̄, sicut ipsa iniungit, per l. constitutionis. in fi. ꝛ. ad municip. & l. cum hi. §. prætor. ꝛ. de transact.

## OBSERVATIO XCII.

*Positioni sine tempore respondere recusans, an pro confesso haberi debeat.*

**E**Tiam si quis positioni sine tempore respondere detrectet, non tamē habendus est pro confesso: ut si fecisti positionem, quod mihi mutuaſti decem, ego nolui respondere, nō debeo haberi pro confesso, quia posuisti sine tempore, & si sine tempore probares, non obtineres: istud est singulare dictum Baldi in l. j. ad fi. C. si plures una sententia. quod refert, & sequitur Francisc. Cremon. notab. 109. statuto cauetur: idemq̄ in Camera meo tempore approbatum fuit.

## OBSERVATIO XCIII.

*Probatio semiplena plenæ probationi nihil detrahit: quæ sint partes iudicis circa testes contraria deponentes.*

**P**robatio semiplena cōtra plenam, nihil detrahit plenæ, & perfectæ probationi: unde unus testis non diminuit fidem duorum contrarium deponentium, ut no. Anto. de Butr. in c. in nostra, de testib. ubi eleganter Dd. examinant, quæ sint partes iudicis, quando testes contraria ac planè pugnantiā dixerint testimonia. ubi & ego pariter dixi, asserendo obseruandos ea specie à iudice treg. uelut gradus, ne cōfundatur animi motus, cæcutiatq̄ in dijudicanda ueritate: Primò autoritatē personarum, ut l. 2. & 3. de test. l. ult. de fi. instr. l. semper de iure immu. & §. sancimus. Nouel. de testi. cum simi. deinde qualitatē testimoniorum, qualia scilicet sint ea, hoc est, quàm uerisimilia, quàm naturæ negotij, quo de agitur, conuenientia. l. ob carmen. §. si testes. ꝛ. de testi. Bal. l. ob testium. C. eo. tit. Deniq̄ numerum testium: quia si testes & personarum, & testimoniorum fide sint pares, necessariò ad numerum ac multitudinem testium recurrendum est, & secundum illam lites definiendæ. d. l. 3. §. eiusdem quoq̄. ꝛ. de testi. & d. c. in nostra, uers. mandamus: ubi uide de hoc latius.



## OBSERVATIO XCIII.

*Probatio per confessionem potest fieri post omnes dilationes.*

**P**robatio per confessionem aduersarij potest fieri post lapsas omnes dilationes datas ad probandum, ita sing. Innoc. in c. ultra tertiam, de testibus, & ibi Bald. dicens, quod in quacuncq; parte iudicij etiam post sententiam possint fieri confessiones, & alleg. gl. in l. Iulianus, de condic. indebi. Felin. in d. c. ultra tertiam, ad fi. ubi dicit Card. sic consuluiffe in facto, quod publicatis attestacionibus possint fieri attestaciones etiam super articulis, ad quorum probationem testes produci amplius non possint. per c. j. de confes. lib. 6. quod, tanquam singulare, obserua.

## OBSERVATIO XCV.

*Constitutio de denegata uel dilata iusticia etiam locum habet contra commissarios.*

**D**ato uel implorato commissario apud Cæsarem uigore ordinationis Camerae (Vermug der austreg) si is à principio nolit, uel differat in causa procedere, contra eundem peti possunt promotoriales in Camera, uel etiam mandatum cum clausula, ut teneatur procedere. Quia contra hosce iudices aut commissarios, qui uigore ordinationis pro prima instantia dantur, etiam habet locum constitutio, de denegata uel dilata iusticia: ut in 2. par. ordinatio. tit. 8. §. 13. incip. *Gleicher weiß*, etc. Tamen si forte secus sit in commissarijs, qui per meram delegationem ab Imperatore dati essent: quia contra eosdem Camera non facile emitteret processus promotorialium, aut mandata, &c. sed ad committentem remitteret. Aliqui tamen domini putauerunt, etiam in commissarijs iuxta ordinationem non esse decernendas promotoriales, sed si qui requisiti nollent procedere, iurisdictionem statim ad Cameram deuolui, iuxta constitutio. denegatae uel dilatae iusticiae. Tamen huiusmodi promotoriales decretae sunt ad Ducem Iuliacensem in causa senatus Coloniensis contra archiepiscopum Coloniensem.

## OBSERVATIO XCVI.

*Testamentum in peste factum coram duobus testibus ualet.*

**Q**vando tempore pestis siue epidimiae correptus eo morbo condat testamentum, coram duobus uel tribus testibus, & sic minori numero, alias à iure requisito, & moriatur ex tali morbo: etiam si legitimi haeredes, siue succedentes ab intestato illud uelut iure infirmum oppugnent, tamen sustinendum esse tale testamentum domini censuerunt, proque eo pronuncianum, ob id certe, quod plurium testium copia tali tempore difficulter haberi potest. Solent enim propter pestilitatem homines ut plurimum uel aufugere ex loco infecto, uel alias conspectum & conuersationem tacti morbo epidimiae uitare, iuxta not. per Bar. in l. de aetate. §. ad S. C. Trebel. & Panor. in c. dilecti de do. & contu. Quo casu posset etiam de loco uel ciuitate expelli ne suo morbo alios inficiat, ut expresse uoluit Guil. de Cun. & Bart. in l. nullus. C. de sum. tri. & fi. Cath. quos sequitur Alex. in l. casus in fi. C. eo. atque ita iudicatum fuit in Camera in causa Ioannis Gühls agentis contra Philippum Erlebach & consortes, die j. Iulij, anno 1540. Nam & antea in simili causa, anno 1532. pariter pro tali testamento obtenta fuit sententia. Et hanc opinionem uelut aequitati consonam sequitur etiam Raph. in l. conficiuntur. §. codicilli. §. de lu. codi. & Ang. l. repetitio. l. si uacantia. C. de bo. uacan. ubi per illam l. & tex. in l. abs. §. de tut. & cur. da. & c. uoluit, etiam si statutum dicat non ualere testamentum, nisi descriptum sit à tabellione immatriculato: tamen pestilitatis tempore testamentum à quocuncq; notario exceptum ualere, si copia alterius desit. Quae decisio rationem habet. Nam & milites in expeditione degentes quomodocuncq; uolunt, testari possunt, etiam coram imperfecto numero testium. l. j. §. de bo. pos. quae ex test. sed tempus belli & pestilitatis aequi-parantur, ut no. Bart. in l. naturaliter. §. de usucap. ex Pan. c. ex transmissa, de praescrip. quasi tempore pestis dicatur esse praedium inter Deum & homines, ut dicit Bart. in l. j. ergo, &c. Et quam.

Et quamuis Bened. in rep. c. Raynucius, uerbo testamentum, j. nu. 15. multa in contrarium alleget, prior tamen opinio (ut supra dixi) iudicando obtinuit in Camera.

## OBSERVATIO XCVII.

*Continentia causæ non diuidenda.*

**I**ncidit quæstio ex facto, an si spoliatus contra pacem publicam egerit in Camera Imperiali contra spoliatorem criminaliter ad pœnam banni, & super restitutione damnorum sibi illatorum agat contra eundem ciuilitè coram iudice ipsius spoliatoris ordinario, obstet sibi exceptio, ne cõtinèntia causæ diuidatur: Iuxta l. interdum de publ. iudic. & decisum fuit, quòd sic, propter continentiam causæ, & quia coram ordinario non potest utroq; iudicio simul experiri: in consilio pleno. 25. Ianuarij, anno 1537. in causa Beulwitz contra Brandenburg.

## OBSERVATIO XCVIII.

*Accusatio fractæ pacis an & quomodo in heredem transeat.*

**A**ccusatio fractæ pacis publicæ, transit in hæredes, si coniuncta sit ciuilibi actio super restitutione damnorum, & interesse: uel si duntaxat & separatim sit actum super restitutione: secus si actio tantum ad pœnam fractæ pacis fuit instituta, nempe ad bannum (qui casus in noua ordinatione est omissus, & remanet in dispositione iuris communis.) Nam tunc pœnalis illa actio non transit ad hæredes, siue ante, siue post litem cõtestatam, quia ex publico delicto, per tex. §. non autem omnes, ibi glo. & Dd. Inst. de perpet. & temp. actio. Ideo tunc pronunciat: quòd per mortem ipsius spoliantis instantia perempta sit, &c. Et hoc fit, etiamsi per hæredes non sit propositum, sed simpliciter conclusum, quod est notandum. ita decisum in causa der Zengerischen erben cõtra Leuchtenberg, 7. Iulij, anno 39. & ideo in tali casu nõ solent decerni citationes ad instantiam partis aduersæ ad reassumendam causam.

## OBSERVATIO XCIX.

*Iudex competens in feudalibus quandoq; ordinarius est, quandoq; pares.*

**S**i controuersia sit inter dominum & uasallum ratione feudi, tunc pares sunt iudices, nõ ordinarius. Bald. §. penult. de prohib. feud. alien. & in §. si qua controuersia, de pat. constan. Aluar. ibidè, Ioan. Blanc. in sum. feud. 4. parte. de cont. feud. Sed hæc conclusio uera esse limitatur, si controuersia uertitur inter dominum & uasallum, qui uerè sit uasallus, super feudo, uel ratione feudi. Item si agatur ex lege uel conditione feudorum, non aliàs, & ubi huiusmodi qualitates deficiunt, deficit etiam iurisdictione parium, & res reuertitur ad suam naturam, id est, ad ordinariam iurisdictionem. Vnde si contentio sit, inter dominum & tertium, uel inter dominum & assertum uasallum, qui nullum aliud feudum habeat, nisi controuersum, eo casu ad ordinarium iudicem recurrendum est. ita communiter tenent Dd. post Beluif. & Bald. in tit. de inuest. in ma. fac. & de lege & orradi. §. si autem, & §. si duo, de pace tenenda. Item in c. ceterum, ubi Innoc. Bald. Imo. & Dec. communi consensu hoc firmant, de foro competent. Pari ratione si agatur alia uia, quàm ex lege uel conditione feudorum, uel ad alium effectum, quàm ad naturam feudi, id est, quàm ad constitutionem uel priuationem, secundum leges & constitutiones feudales: tunc etiam cognitio nõ pertinet ad curiam uel pares, sed ad ordinarium: Bald. in c. j. de inuesti. in ma. fac. Dd. communiter in d. c. ceterum. Oldrad. consil. 272. Alexand. consil. 79. lib. j. Zas. consil. 13. lib. j. & consil. 8. lib. 2. ubi dicunt, quòd ad confirmandam iurisdictionem debet attendi qualitas petitionis & naturæ actoris, non qualitas defensionis merita causæ tangenti. atq; ita factum in causa Endorfer contra episcopum Augustanum, anno 1533. & anno 1534. item in causa Abbatis de Limpurg contra Ioan-

nem de Walborn, 18. Martij, an-

no 1550.

## OBSERVATIO C.

*Incidens quæstio spiritualis, à seculari ad iudicem spiritualem remittitur.*

*Idem in alia præiudiciali.*

**S**i incidat quæstio spiritualis in causa ciuili, tunc illius decisio remitti solet ad iudicem Ecclesiasticum, & interim suspenditur ac cessat ciuile iudiciū. Ita aliquoties obseruatum memini in Camera & iudicatū, ut in causa domini Michaelis Gillis præpositi in Newhausen, & Comitum de Leiningen, 21. Aprilis, anno 1542. item in causa Martini Zsicken contra Comitem de Boenloe. sic in causa decimali ratione Parrochie in Micheluelde, fuit iudicatū ex officio, quòd ille punctus (scilicet an Comitum subditi in assignatis pagis seu uillis tenerentur actori soluere decimas) ad ordinariū iudicem Ecclesiasticū remittenda sit, quo discussio denuò fieri deberet, quod esset iuris, Das differ punct für den ordentlichen geistlichen Richter zuremittiren vnd weisen sey, etc. Vnd als dan nach beschehener erörterung ferner ergehen soll/was recht. Sed an hoc etiam in prophanis causis locum habet, nempe quòd præiudicialis quæstio etiam in prophanis, quæ non solum pœnam, sed etiam causam & impetitionem omnino perimeret, suo loco prius discutienda, & termināda sit: Et hoc fieri debere determinat Zas. in l. fundum, & l. fundi. ꝑ. de exceptio. & in rubr. eodem tit. ubi narrat casum. Attamen idem Zas. in §. sin minus, Instit. de actio. ad fin. dicit, quòd tali exceptione nil potuerit obtinere in Camera, sed decretum fuerit, ea non obstante, reum conuentum debere ad actionem propositam respondere. Verùm ego in Camera ita seruari uidi, quòd non obstante tali exceptione præiudiciali imponatur reo litis contestatio, saluis tamen ipsi suis exceptionibus & defensionibus quibuscunq; post litem cōtestatam proponendis. Vnde si post litem cōtestatam per uiam reconuentionis, uel alio modo reus obijciat quæstionem præiudicialem, quæ de sui natura coram alio iudice terminanda sit, eaq; uera existente, perimatur quæstio principalis, tunc illa præiudicialis quæstio debet remitti ad ordinariū iudicem, & interim donec ea terminetur, principalis causa suspendi ac quiescere. Prout cōclusum est in causa Abbatis de Limpurg contra Ioannem de Wailborn, 19. Martij, anno 1550.

## PRIMAE CENTURIAE FINIS.

## SINGVLARIVM OBSERVATIO

NVM IVDICII IMPERIALIS CAMERÆ  
Centuria secunda.

## OBSERVATIO I.

*Tertius interueniens in possessorio recuperandæ, & petitorium intentans, admittitur, illiq; respondendum est.*



**S**i duo litigant super possessorio recuperandæ, potest tertius se obijcere pro suo interesse, & agere petitorio, dummodò ipse non sit: & tenetur agens possessorio, non attenda exceptione litis pendentia, illi respondere ante restitutionem, ex quo respectu ipsius tertij cessat odium spoliantis. Ita conclusum est per assessores, cum hæc quæstio in quadam causa incidisset, per ea, quæ tradunt Dd. in c. olim. 2. & ibi præcipue Panor in pen. col. uers. ego puto de resti. spoli. Idemq; tenet Hier. Schurpf consil. 13. Cent. 2. Et in hanc sententiam domini de Rota quoq; iuerūt, decis. 149. si inter in Nouis, per c. fin. de ord. cog. c. cum ad sedē, de resti. spoli. & cle. j. de caus. pos. & prop. & quia pœna debet sequi suos autores, c. 2. de constitu. & c. quæsiuit. de rjs quæ fin. à ma. par. capi. Abb. c. in literis in fin. de rest. spolia. & d. c. fin. 2. notab. & Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir. poss. in 16. fall. & Feli. c. cum super. col. pen. uers. scias

scias etiam, de re iudic. ubi hoc memorabile dogma latius prosequuntur.

## OBSERVATIO II.

*Decendium ad appellandum à quo tempore incipiat currere.*

**D**ecem dies, qui dantur ad appellandum, currunt regulariter à tempore prolate sententiæ, ita ut dies ille, quo lata est sententiæ, pariter computetur. c. biduum. 2. quæst. 6. ubi de hoc, & in c. quod ad consultationem. de re iudic. glo. in uerbo, proponitur. in c. j. de restit. spol. in 6. Hoc tamen ita temperandum est, ut obtineat, si modò sit facultas adeundi iudicem, qui sententiæ tulit, uel ad quem prouocatur: sufficit enim alterutrius adeundi fuisse copiam. Tunc autem uidetur copia seu facultas adeundi esse, cum iudex in publico se ostendit, per tex. elegan. in l. j. §. dies. 7. quando appel. sit. Consulit tamen Bart. ut pars appellare uolens protestetur, & appellet coram notario: id quod usus obseruat, pro quo uidetur tex. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. & c. ult. de appellatio. Deinde currunt decem dies, si modò præsentem principalem, uel eius procuratorem sententiæ proferatur: nam si eo absente id fiat, tunc à die scientiæ incipiunt currere, ne fraudi sit cui, ignorare sententiæ, auth. hodie, & ibi Dd. C. de appellat. can. anteriorum. 2. q. 6. Est ergo illud tempus decendij ad appellandum indultum ab initio utile, quia non currit, nisi à tempore scientiæ, & quò ad progressum continuum, id quod in Camera obseruatur. Vide etiam de hoc Specul. tit. de appel. §. restat. num. j. & seq.

## OBSERVATIO III.

*Si testis deponat sub iuramento, quod prius suo domino præstitit, an probet.*

**I**nter cætera requiritur in teste ad hoc, ut probet, quòd ante testificationem iuramentum præstet de ueritate pro utraq; parte dicenda, aliàs non ualeat eius testificatio: l. iurisiurandi. C. de testi. & l. si quando. eo. tit. c. quoties, & c. licet uniuersis. de testi. glo. & Bart. auth. sed iudex. C. de epi. & cle. & debet iurare in iudicio, non extra: l. 3. §. Sabino. cum glo. 7. de testi. Pone modò, quòd iudex à teste producto ad testificandum non exigat de nouo iuramentum, sed solum permittat ei dicere testimonium sub iuramento, quod prius suo domino fecerit ( *Bydem aydt darmit er seinem herren zûgethon ist* ) an testimonium eius, tanquam iurati testis, ualeat? Et conclusum fuit, nõ ualere: cum iurisiurandi præstatio sit de substantiâ, qua omiſsa, testimonium nullas uires habet, per iura supra allegata: nisi partes expressim iurandi testibus remisissent, quo casu ualeat testimonium etiam non iuratum, ut per Io. Andr. & Pan. in c. tuis quæstionib. de iureiu. de quo tamen uide, quæ scribit Luc. de pen. in l. si quæ. C. de uend. reb. ciuit. lib. 11. & Dd. in c. pen. de iureiu. ubi uide latius.

## OBSERVATIO IIII.

*Si iudex deferat appellationi friuolæ, tunc causa principalis apud superiorem retineri potest.*

**C**um iudex inferior deferat appellationi friuolæ, tunc potest causa principalis retineri apud iudicem superiorem: & ita multoties obseruatum memini in Camerali iudicio. qua de re grauiter disputatum fuit, in causa Christianæ Heuptin contra hæredes & testamentarios Catharinæ Steinfosen relata 22. Augusti, anno 1549. tamen si ea causa non sit acceptata in Camera ex eo capite, quòd scilicet appellatio ista non fuerat gradatim facta, sed omisso medio, scilicet Duce Cleuensi, quod iure ciuili est prohibitum. l. Imp. 7. de appella. & dixi supra Centu. pri. obser. 67. Licet de iure Canonico possit ad Papam appellari omisso medio, tex. est in c. ad Romanam. 2. quæst. 6. & c. si duobus, & c. si sollicitudinem. de appel. Phil. Fran. c. dilecti. 3. eo tit. quod Ferrar. rectè scribit emanasse ex quadam auaritia clericorum insatiabili: in for. appel. glo. sed ad quem. si tamen appellatus petat se remitti ad iudicem immediatum, remittendus est, ut per Guid. Pap. decif.

436. num. 48.

OBSER.

## OBSERVATIO V.

*Fideiussores coram quò iudice conueniendi sint: & in contractibus locum esse remissioni.*

**A**N fideiussores conueniendi sint coram ipsorū cōpetenti iudice, uel potius coram iudice principalis debitoris, queritur? Et Bald. in l. cū Archimedorā. C. ut in poss. leg. respondet, quòd sint in ipsorum foro cōueniendi, nisi renunciārint priuilegio fori, quo casu in loco contractus conueniuntur, per c. Romana. §. contractus. de foro compet. lib. 6. eoq; remitti debent, ut se sistant, per glo. sing. in l. j. §. si quis in ius uocat. non ier. ut renunciatio priuilegij fori aliquid operetur, quòd Bald. ibidem mente tenendum ait. Pleriq; tamen existimārun, quòd etiam sine renunciatione fori quis inuitus possit ad locum cōtractus trahi: sed hoc Baldus tum demum uerum putat, si se ibi sistere promiserit: quia est in delicto, quod non potest purgare, nisi se ibi sistat. Vnde colligitur, in cōtractibus locum esse remissioni, ubicunq; quis promisit, se certo loco sistere, si modò ibi solutio faciēda sit. Nam si uno loco cōtractum sit, & alio faciēda solutio, non sit remissio ad locum contractus, nec inuitus quis cogetur ibi iudicium suscipere, nisi spontè ibi inueniatur, & nō raptus ui, ut nō. in l. hæres absens. §. ult. §. de iudi. Bal. loco suprā citato num. 5. 6. & 7.

## OBSERVATIO VI.

*Instrumenti non liquidi an possit fieri executio.*

**Q**Vando producitur instrumentū, in quo continetur debitum, quod tamen nō sit liquidum, an poterit peti ipsius executio? Et Bar. in l. j. §. de edend. l. j. §. de leg. 2. & l. defensionis. C. de iur. fis. lib. 10. censuit posse, cū liquidari ualeat in executione. Contrarium extat apud eundem Bart. in l. proinde. §. notandum. §. ad leg. Aquil. & hanc posteriorem sententiam expressè sequitur Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iud. asserens statutum dans executionem instrumentis, intelligendum esse de liquidis, & nō de illiquidis, aut incertum quid continentibus: quia tunc non petenda sit executio, nisi prius iuris incerti instrumento contenti fiat declaratio. Hanc pugnantiam sic conciliārun domini, quòd prior assertio uera sit in instrumento illiquido continente ius incertum uniuersale, quo casu loquuntur d. l. j. & l. defensionis. Posterior uerò sit intelligenda in iure incerto singulari aut particulari, per d. §. notandum. & hanc conciliationem antea quoq; Ludo. Roma. consil. 211. ad finem eleganter tradidit.

## OBSERVATIO VII.

*Filia nuptura promittens renunciare, potest ad relictum per patrem in testamento supplementum legitimæ petere. Item iuramentum renunciationis per institutionem patris tacite reuocatur.*

**F**ilia in contractu matrimonij promisit renunciare omnibus bonis paternis & maternis consummato matrimonio, nec tamen renunciauit: deinde pater in testamento certam eidem summā reliquerat iure institutionis: quærebatur an ea mortuis parentibus posset agere ad supplementum legitimæ? Et conclusum fuit, posse, per ea quæ latè scribit Boer. decif. 3. in j. parte, & quæ plenissimè habentur apud Tiraquellum in tracta. de Contractu municipali, circa fin. operis. Quibus adde, quod eleganter Bald. scribit in l. ult. col. 3. C. de pact. Si pater (inquiens) instituit hæredem filiam quæ dum tradebatur nuptui, iurauerat se non habituram regressum ad bona paterna, poterit, non obstante iuramenti religione, hæreditatem ex testamento petere, quia tacite remissum illi censetur à patre iuramentum, quod & Ponta. firmat in l. stipulatio hōc modo concepta. §. de uerb. oblig. & ego secutus sum in enarratione cap. j. uerbo. cogatis, de iureiu. estq; pulchra limitatio ad c. 2. de pact. lib. 6. Et ad prædicta faciunt duo textus, qui hoc clarissimè uidentur probare in c. 2. & ibi Ant. de

d Butr.

Butr. & Imo. de renūci. ubi habetur quòd si quis renūciauit non accipere beneficium ab aliqua Ecclesia, possit licitè accipere, si sibi conferatur. de quo uide Lud. Bo log. in l. si. ad muni. Alius tex. est in l. si patronus. ꝛ. de bonis liber. ubi dicitur, quòd si patronus non aluerit libertum, priuetur, secundum legem Aeliam Sentiam successionem bonorum liberti: nisi libertus in testamento suo eundem patronum hæredem instituerit. Et istud tenet Bart. in l. stipulatio hoc modo, uers. facio aliam quæstionē. in fi. ibi Alex. & Iaf. ꝛ. de uer. oblig. & tenet glo. & Bal. c. ad nostrā. 2. de iure iu. & Oldra. conf. 232. Quia hæc renūciatio non trahitur (secundū ipsos) ad ius perueniens, cum iuramentum habeat causam præsentem, & non de futuro. Et idem tenet Fran. Are. cōf. 92. & Feli. c. si diligenti. col. pen. uers. decimò fallit, de fo. comp. ubi amplius dicit, quòd etiam si renūciauerit iuri, quod habet, uel habere sperat: quia intelligitur ex causa nunc subsistente: & institutio est causa, de qua tunc nō sperabatur, secundū eum. Quibus adde Bal. in l. quicumq;. col. 3. uers. sed pone statuto. C. de ser. fugi. eundem conf. 253. in pr. lib. j. ubi adducit septem rationes. Et prædictam sententiā tenet quoq; Geor. Natta in rep. c. quamuis. col. 3. uers. limita hanc decretalem, de pac. lib. 6. & Petr. Jac. de condi. ex l. omnimodo. col. 5. uers. sed an ille filius. quæ uelut memoratu digna non contemne.

## OBSERVATIO VIII.

*Executio sub pœna banni transfertur quidem in hæredes, mutato tamen banno in pœnam pecuniariam.*

**Q**uando executoriales sub pœna banni emanârunt contra aliquē, isq; postea moriatur ante factam executionem, & pars in cuius fauorem emissæ sunt, petat easdem executoriales contra defuncti hæredes decerni: tunc decernuntur quidem executoriales, sed sub pœna pecuniaria, & non banni. & ita decretum est, & processum contra dominum Franciscum Ducem Saxonie in causa Warndorf; ubi etiam decretæ erant executoriales sub pœna banni, & declaratus Dux in bannum: sed tamen mortuo bannito, contra filium ipsius nouæ executoriales decernebantur, nō sub pœna banni, sed pecuniaria. Idem obseruatū est in causa Reginae Redwiz in contra Diezen Redwiz. Cum enim cōtra ipsum emanassent executoriales sub pœna banni, isq; deinde moreret, aduersus ipsius filiū Vuolfgangū Christophorū de Redwiz nouæ executoriales decretæ sunt sub pœna pecuniaria, 15. Decembris, anno 1549.

## OBSERVATIO IX.

*Explicatur quæstio, an sufficiat allegare qualitatem tribuentē iurisdictionem ad obtinendos processus à iudice, uel ea sit probanda.*

**M**agna est controuersia inter iuriconsultos, an sufficiat narrare qualitatem tribuentem iurisdictionem, ad obtinendos processus à iudice, uel necessaria sit cognitio super illa allegata qualitate, priusquam litis contestatio parti aduersæ iniungatur: Nam pleriq; existimant, de ista qualitate, quæ fundet iurisdictionē, cum primis cōstare debere iudici, saltem summarie, ita Bart. & Bald. in l. præscriptione. C. si con. ius uel uti. publ. Inno. in c. super literis de rescri. domi. c. Romana. §. contrahentes. de fo. comp. lib. 6. Idem Bald. in l. si quis ex aliena. ꝛ. de iudi. Ant. de Butri. Io. And. Panor. Feli. & Soci. in c. si clericus, de fo. cōpe. & ibi And. Barb. in apost. ad Pano. Calder. c. de illis. quæst. 4. de rapt. Imo. l. quidā consulebant. ꝛ. de re iudi. col. ult. Anchar. c. postulasti, quæst. j. de fo. compe. Math. de Affli. decis. 297. Curt. Juni. conf. 124. nu. 6. ubi dicit post Feli. in d. c. si clericus, hanc communem esse opinionē. Et faciunt multa argumenta pro ista opinione, quæ ad narsæam à Dd. in præcitatīs locis referuntur: maxime, quia ubi dubitatur de iurisdictionē uel competentia, primò cognoscere iudex debet, an sua sit iurisdictione, l. 2. §. sed si dubitetur: & l. si quis ex aliena. ꝛ. de iudi. Dd. communiter in l. 2. ꝛ. si quis in ius uo. non ie. Item quia requiritur, ut iudex sciat se esse iudicem, arg. l. quæro. ꝛ. de eo, qui pro tut. Bar. l. multū. ꝛ. de cond. & demon. Et constare iudici debet qualitas, quæ sibi iurisdictionem tribuit, l. hoc aut. uers. cum stare

stare lique. ꝛ. ex qui. cau. in pos. ea. Altera uerò opinio est, quòd in tali casu, quando ex certa qualitate fundatur iurisdicção alicuius, satis sit huiusmodi qualitatem allegare & narrare, etiamsi negetur per aduersarium, dummodo de falsitate non euidenter constet. Sufficit enim, quantum ad fundandam iudicis iurisdicçãoẽ narrare qualitatem: quæ si uera esset, non excluderetur iurisdicção, per tex. eleg. in l. cum quædam. §. quoties. ꝛ. de iurisdic. ubi quòd ad iurisdicçãois fundamentum attenditur summa quæ petitur, non quæ debetur. Et in hanc sententiam inclinant Bart. in d. l. 2. ꝛ. si quis in ius uo. non ie. in lect. nu. 9. & in rep. nu. 7. Gui. de Suza. in auth. qua in prouincia, C. ubi de cri. agi oport. ut eum refert Tancre. in marg. sua, tit. de quæst. cir. iurisdic. quæst. 12. & Io. Andr. ad Spec. tit. de comp. iud. ad. in add. incip. Gui. de Suza. Idem tenent Pe. de bella Pert. Cy. & Fulgo. in d. præscriptione, & Fulgo. ibidem. Castr. in d. §. quoties. cap. Tholos. decif. 210. in add. ubi refertur hanc esse communẽ opinionem. Eandem probare uidetur Alex. d. l. 2. & Inno. c. cum sit de fo. comp. ubi dicit quòd clericus agens cõtra laicum coram iudice Ecclesiastico ratione oppressionis, uel fraudis, uel illiciti contractus (in quibus casibus fundatur iurisdicção iudicis Ecclesiastici, ut ibi notatur) debet in petitione mentionem facere de oppressionem, fraude, aut illicito contractu, & super hac qualitate fundare intentionem suam: quod si pars neget, nihilominus procedendum sit in causa principali, & si non probauerit fraudem, oppressionem, uel illicitum contractum, absolui debeat reus ex ista causa, &c. Sic etiã docet Bart. in d. l. 2. Castr. d. §. quoties. & ibi Zas. quòd cum forensis uel extraneus petit hinc à Titio sibi responderi de contractu, quem hinc celebrârunt, & reus neget se hinc contraxisse, sed Argentina: hoc loco iudex non debeat attendere negationẽ rei, sed procedere iuxta petitionẽ actoris, & postea in processu si ex probationibus constet, contractum alibi fuisse celebratum, tunc iudex sequetur ueritatem, remittetq; partes ad locum contractus: dicitq; ibi Zas. hoc dogma notandũ esse, uelut singulare. Quibus adde quæ scribit Lopus alleg. 59. nu. 11. & seq. Et hanc posteriorem sententiam obseruat etiam Camera Imperialis: quia sufficit ad obtinendos processus, & fundandam iurisdicçãoem, quòd quis narret qualitatem, quæ iurisdicçãoem Cameralibus iudicibus tribuat, licet illa ab aduersario negetur, dummodo de hoc non constet: atq; ita iudicatum est in causa senatus oppidi Bibracensis, cõtra D. Ioannem Schad. 7. Maij, anno 1543. & plerisq; alijs. Nec aduersatur, quod supra dictum est, ad iudicem pertinere, ut discutiatur ueritatem, & cognoscat de eo. quod uerum est, non quod peratur: quia hoc procedit, quòd ad definitionem causæ, in qua non est dubium requiri examinationem ueritatis: secus autẽ est, quòd ad fundandam iurisdicçãoem in procedendo, ad hoc ut iudex procedere possit, quia sufficit respicere petitionem agentis: quoniam iuxta id, quod petitur, iurisdicçãoẽ metimur. Castr. & Zas. d. §. quoties. Sic etiam inspicitur narratio libelli, non ueritas, quòd ad ordinẽ procedendi, uel ordinariẽ, uel summariẽ: ut puta, narro in libello aliquid, quod si esset uerum, deberet procedi summariẽ, sin minus, ordinariẽ processus exigeretur: non debet primò discuti, an id sit uerum, uel nõ, etiamsi reus id postulet, sed procedendũ est summariẽ, inspecto eo, quod in libello deductũ & assertũ est, iuxta Castr. loco supra citato: alleg. ad hoc gl. ord. in c. dispendiosam, uerbo usuris. de iudi.

## OBSERVATIO X.

*Exceptio subiectionis in causis pignorationis, an et quando prius imponenda, quàm pareatur mandato? Et de intellectu tit. de pignorat. in 2. par. ord. tit. 22.*

**E**X supra dicta decisione hæc olim cõstio à dominis uentilata fuit: pone, quòd in supplicatione narretur qualitas subiectionis, quæ fundet iurisdicçãoẽ Camera in casu pignorationis, nempe suos subditos esse pignoratos, & decernatur uigore constitutionis de pignorationibus mandatũ sine clausula de relaxandis captiuis, citeturq; reus ad docendam paritionem intra præstitum tempus factam: is autẽ com-

parens neget qualitatem subiectionis, captiuos suos subditos asserens, an nihilominus ad partitionē mandati cogendus sit, uel illi indulgendum, ut doceat de falsitate allegatæ qualitatis: Et cum hæc quæstio, anno 1550. in pleno senatu tractaretur, grauius & uariantibus sententijs responsum fuit, propter præiudicia, quæ in utrâq; partem allegabantur: nonnullis existimantibus ante partitionē admittendum esse reum ad probandam hanc subiectionis exceptionem, uidelicet captiuos nō supplicantis seu impetrantis, sed suos esse subditos: prout factum allegabatur in causa Comitum de Waldeck contra Büren, & in causa N. Fronhof contra ducem Bauariæ. Alijs contra censentibus, prius partitionem imponendam reo, reseruato tamen ei postea suo iure: sicut antea decisum fuisset in causa Weidenburg contra Comitē de Teckelburg. Sed tandem cōmuniori calculo obtinuit, hanc subiectionis exceptionē ad probandum admittendā esse, priusquā pareatur mandato: quasi in præfata de pignorationibus constitutione nō tantum casus maleficij (qui expressim excipitur) sed etiam subiectionis, quando scilicet quis suum proprium cœpit subditū, esset exceptus, saltē incidenter: cum tali casu, quando captus non est subditus supplicantis seu impetrantis mandatum, non habeat locum constitutio, nec Camera sit iudex competens. Ego tamen cum quibusdam alijs dominis arbitrabar, etiā eo casu ante omnia parendū esse mandato: idq; ex causis sequentibus. Primū enim, si uerba ipsa cōstitutionis respiciamus (ex quibus utiq; mens statuentiū colligenda est) satis apparet, requiri partitionē mandati: inserta namq; est hæc clausula, *Ohne verzug/auch einiche einredt*, id est, in cōtinenti & semota omni exceptione. Iam si exceptionem subiectionis ante partitionē mandati in uim declinandi iudicij admittamus, præfata clausula erit penitus ociosa, & sine omni effectu. Nec obstat, si dicatur, per hanc clausulam (nulla exceptione obstante) si in genere ponatur, friuolas tamen exceptiones uideri repulsas, non etiā rationabiles, per glo. in c. ex parte. 2. & per Io. And. & alios Dd. ibi. de offi. dele. Quia hoc uerū est, si in rescripto poneretur hæc clausula: secus est in statutis, aut constitutionibus. Sublatis enim exceptionibus à statuto, intelligitur non modò de friuolis, sed etiā de legitimis: & sic nulla opponi potest, maximè si statutū sit factum ab habentibus merum & mixtum imperium, & statuentes sint tales, qui possint tollere ius alterius: ita Dd. cōmuniter in d. c. ex parte. 2. ubi nu. 6. hoc pro regula tradit. Sed Imperatorē & status imperij tales esse, qui ius alterius tollere possint, extra pugnā est: ergo per talem clausulam in cōstitutione de pignorationibus positā censentur præcisæ omnes exceptiones. Non etiā refragatur, quod Fel. in d. c. ex parte. 2. nu. 16. uerf. 18. fallit, scribat, hanc regulam cessare in exceptione incompetentiæ iudicis, cum hæc nunquam sublata censeatur, per gl. cle. j. uer. nullatenus de seq. pos. & fru. Bart. l. exceptionē ad fi. C. de excep. plenè Ang. Imo. & Rom. l. de pupillo. §. qui opus. 7. de no. ope. nunc. Quia dato, quod ita sit (quod tamen gl. in cle. j. uer. pendere. de re iudi. negat) tamē istud est accipiendum de uera exceptione incompetentiæ, quæ scilicet principale in se non includeret: secus est in exceptione subiectionis. quia quando negatur, captū esse subditū ipsius actoris, talis negata qualitas principali negotio ita adhæret, ut ab ea separari non possit, nec illa cognosci, nisi simul merita causæ principalis discutiantur, & cognoscantur. Talis enim exceptio subiectionis licet in uim dilatoriæ opponatur, tamen reuera habet peremptoriæ naturā, nec sine discussione meritorū causæ tractari potest: ergo, &c. Secundò ex uerbis sæpeditæ constitutionis deprehenditur, in eadem certum ordinē præscriptum esse, quomodo in causis pignorationū procedi debeat: nempe, ut citatus ante omnia doceat, se mandato paruisse: quo factum demū ius suum capturæ uel pignorationis, si quod prætendat, deducere possit: quòd si tum probet se iuste pignorasse, ut quia suos subditos pignorârît, uel cœperit, iam actor, qui eum temere in ius traxit, fundet ipsi omnes expensas, & damna, restituenturq; illi personæ seu res pignoratæ, quas uigore mandati relaxârat. Iam hic ordo penitus subuerteretur, si exceptiones ullæ ante partitionem admittendæ essent, maximè respicientes merita negocij principalis. Tertiò sequeretur, quòd hanc subiectionis exceptionē pluries tractari oporteret, quæ ita meritis causæ adhæret ut diuelli



uelli, aut unum sine altero tractari non ualeat: itaq; & ante & post litis contestationem de eodem negocio cognoscendū esset, quod non est admittendum, ut Fulg. dicit in d.l. præscriptione. ad fi. Quando exceptio (inquiens) aliqua uenit examinanda post litem contestatā, nunquam examinari debet ante, quia ita decisum est per tex. in c.j. de lit. con. lib. 6. Nec obstat, quod is tex. non includat dilatorias exceptiones, qualis est exceptio incompetentiæ, ut dicit ibi Gemi. quia responderi potest, quod licet subiectionis exceptio uideatur dilatoria, ut quæ ad finē declinandi fori sit obiecta: tamen (ut supra dictum est) reuera uim peremptoriæ habet, & concernit merita causæ principalis, perimitq; si uera existat, totam causam principalem. Quartò ex prædictis sequitur, mentem statuentium fuisse, quod sufficeret, qualitatem subiectionis narrari ab actore ad fundandam iurisdictionē, aliās talem ordinem in ea constitutione non præscripsissent. Itaq; non requiritur uera existentia huius qualitatis, sed illam allegari satis est, si de contrario non constet: sufficit dubium esse probabiliter, & hæc dubietas postea in discussione causæ principalis examinabitur. Idq; satis deprehenditur ex constitutione ipsa, si totum eius contextum respiciamus, & principium cum fine coniungamus. Neq; etiam impedit (ut aliqui dominorum prætendebant) quod hæc uerba ponant in constitutione (Oder die seine.) itē (seine vnderthonen) quia non ita strictè accipi debent, quasi mox constare debeat, suos reuera esse subditos, sed satis est ex dogmate supra in præcedenti obser. tradito, ita actorem prætere, nec contrarium apparere, aliās tora dispositio cōcideret. Quintò sumus hīc in iudicio penitus possessorio recuperandæ, in quo regula, Dolo facis petendo, quod statim restitutus es, non habet locum, ut dicit Dy. in c. dolo facis. de reg. iur. lib. 6. & Luc. de pen. in l. si coloni. C. de agri. & cens. lib. 11. Sextò, si hūc intellectū tribuamus constitutioni de pignorationibus, quod admittendæ sint exceptiones ante partitionem mandati: parum operabitur mandatū sine clausula, quia perinde erit, ac si clausula iustificatoria fuisset annexa, quæ non fuit mens statuentium. Nam in subsequenti titulo ordi. Von mandaten vnd in was sellen dieselben, etc. expressim statuitur, quod in illis casibus, in quibus à præcepto incipi potest, debeant mandata decerni sine clausula, & eadem mox executioni mandari, sine ulla exceptione: ita tamen ut reis post partitionem liberum sit, suum ius, si quod habent, deducere. Accedit prædictis, restricti uè loqui constitutionem (Allein malefiz sachen) quæ restrictiua aliās omnes exceptiones secludit: cle. exiui. de uerb. signi. Postremò notum est uulgatum dogma, quod si diuersæ sint opinionēs inter Dd. humanior & æquior præferri debeat, per tex. in c. si uir. ibi Hosti. de cogna. spir. Ant. Corse. in singul. suis. uerbo, opinio. Hening. cōf. ult. nu. 315. lib. ult. Sed illa opinio, quod capti statim relaxentur, nec interim detineantur in squalore carceris, donec subiectionis exceptio discutatur, multo humanior est: ergo, &c. facit l. colonos. C. de agri. & cens. lib. 11. ubi præcipitur, quod coloni glebis inhærere debeant, ita ut nec puncto quidem temporis sint amouendi. Ex quibus omnibus censerem etiamnum (sicut olim) in supradicto themate, non obstante subiectionis exceptione, parendum esse mandato emissō de relaxando captiuo, reseruato tamen, & saluo per omnia ipsi reo, post partitionem, iure suo, &c.

## OBSERVATIO XI.

*Sequestrum tollitur per iuratoriā cautionem: & ut licitè possit fieri sequestratio, quæ requirantur.*

**Q**uod sequestrum tollatur per iuratoriā cautionem, est glo. singularis in l. f. C. de affer. toll. & tex. in c. penul. de dona. int. ui. & uxo. & ibi glo. Idē tradit glo. in c. ex parte. 2. de uerb. sig. quam Panor. multum cōmendat, dicens, quod extendat auth. generaliter. C. de epis. & cler. ad omnes causas, in quibus quis tenetur fideiubere. Verum prædictam glossam existimauerunt domini tum demum recipiendam esse, si persona, aduersus quam est factum sequestrum, sit honesta, & non suspecta, aliās secus, ut in simili distinguit Bartolus in l. usufructu. C. de usufructu. Ceterū quibus casibus licita sit & permissa sequestratio, uide apud Ferra. in for. seq. in gl. f.

Hosti. in summa, de sequest. pos. & fru. Bar. in l. mulier. ꝛ. de le. cōmis. & Gui. Pa. consil. 123. circa fi. & decis. 246. ubi singulariter docet, iudicē non debere progredi ad sequestrationem alicuius rei uel iuris, nisi quatuor concurrentibus. Primum quod sibi constet, saltem summarie, de iure illius, qui sequestrū fieri postulat: deinde quod uocetur is, in cuius præiudiciū postulatur sequestratio: tertio quod sollicitans sequestrum, id ad sui iuris uel debiti conseruationem faciat, & non causa calumniæ uel æmulationis, idq; iurato affirmet: deniq; quod ex persona illius, aduersus quem petitur fieri sequestrum, appareat suspicio, de qua in l. Imp. §. ult. ꝛ. de app. & in l. si cum dotem. §. sin autem. ꝛ. sol. matri. & no. glo. in l. j. C. de prohi. seq. & c. dilectus, ext. eo. Quibus cessantibus non debet procedi ad sequestrum. Si tamē subesset timor armorum, aut tumultus, fortē ob partium potentiam, tunc fieri posset sequestratio rei contentiosæ, iuxta l. æquifs. ꝛ. de usufruct. Et ita etiam in Camera nō semel obseruatum fuit, ut alibi annotauimus.

## OBSERVATIO XII.

*Insinuatio appellationis potest etiam extra iudicium fieri.*

Quamuis appellatio uiua uoce, que in cōtinenti, id est, eodē instanti post latā sententiā fit, nō ualeat, nisi facta sit præsentē iudice, & corā tribunali sedente, ut cōmuniter Dd. tenent in l. j. & seq. ꝛ. de app. l. litigatoribus. C. eo. Attamē si in scriptis appellatū sit, potest presentari schedula appellationis iudici ubicunq; etiā extra iudicium: atq; item actorū magistro siue notario, absq; iudice: ut per Cardina. in cle. 2. §. similiter c. de appell. Bald. auth. que supplicatio. C. de precib. Impe. offeren. & sequitur Alex. in l. j. §. libelli. in add. ad Bar. incip. cui detur, de app. Idem Alex. in l. j. §. dies. ꝛ. quan. ap. fit. Et quod in omni loco possit presentari, quod ad effectū, ut sententia nō transeat in rem iudicatam, tradit Card. in d. §. similiter. in 2. quæst. in fi. cūm possit etiam die feriata appellari, quia appellatio non est actus iudicialis, secundum Card. ibidem, & Bar. in d. §. dies. Atq; ita, ut supra diximus, in Camerali iudicio meo tēpore recepta est appellatio in causa Ioannis de Franckenstein contra Ioannē Wolffen, 10. Martij, anno 1550. licet contra eam fuisset exceptū, quod insinuatio facta fuisset extraiudicialiter per substitutum procuratoris. Quanquā hodie appellationis insinuatio non sit necessaria, prout infra Cent. 4. obser. 44. annotatum comperies.

## OBSERVATIO XIII.

*Procurator Iudæus nomine Christiani constituere non potest.*

SI Christianus constituat Iudæum aliquem procuratorē, cum clausula substituenti, isq; deinde substituat, uel etiā constituat nomine Christiani, &c. talis constitutio, & substitutio in Camera nō recipitur, sed reijcitur: quia principalē ipsum constituere oportet. Ita factum in causa Vualteri Sprenger cōtra Ioannem de Tettingen, ubi cūm quidam Iudæus Seligman, nomine præfati nobilis de Tettingen cōstituisset procuratorē Lic. Mauritium Breunlin, fuit talis cōstitutio reiecta, & impositum ipsi L. Breunlin, quod is mandatum constitutionis à præfato nobili de Tettingen producere teneretur. Actum 26. Octob. anno 1550.

## OBSERVATIO XIII.

*À delatione iuramenti litis decisorij etsi non sit appellatum, tamen postea à præstatione appellari potest.*

SI deferatur iuramentū litis decisorium alterutri litigatorū, & à tali oblatione iuramenti non appelletur: postea autem post præstitum iuramentum subsequatur diffinitiuā, an tum appellare liceat? Videtur quod nō, cūm iuramentum re ipsa iam sit præstitū, & uim habeat iudicati, per iura uulgata. Contrariū est decisum in Camera, quod recipiantur tales appellationes, que fiunt à præstatione iuramenti, licet ab ipsa iuramenti delatione non fuerit appellatum. Ita factum in causa communitatum siue pagorum zu Barheim vnd Muttersholz, contra Gabrielem Schmalzen.

OBSER-

## OBSERVATIO XV.

*Fideiussor regulariter non cōuenitur, nisi excusso prius principali: & quibus casibus id fallat.*

**F**ideiussor nō potest hodierno iure conueniri, nisi prius exacto seu discusso principali debitore, per auth. præsentē. C. de fideiussō. & ibi Dd. cōmuniter. Hoc tamen fallit multipliciter, ut puta, quia sit notorium, principalem non esse soluendo: Bart. l. ult. ꝛ. si cert. pet. uel quod difficulter conueniri, uel ab eo quicquā exigī possit, quales sunt, qui habitāt in arcibus prædatorijs, item tyranni, homines duri, inexorabiles, & c. l. si stipulatus sit Stichū, aut Pamph. §. ult. de uerb. oblig. Zas. l. si ergo. ꝛ. si cer. pet. uel fideiussor renunciasset tali beneficio. Ange. §. si plures, Instit. de fideiussō. uel causa esset decidenda ex bono & æquo, sicut inter mercatores fieri consueuit. Barb. c. peruenit, de fideiussō. Bald. in apostill. ad l. mancipium, de euict. uel bona rei sint penes fideiussorem. l. si procuratorem. §. sed ignorantes. ꝛ. mand. aut facta sit no uatio. Bald. l. antiquæ. §. si minus. C. ad Velleia. & l. in personam. §. si pecuniam. ꝛ. de pact. aut fideiussor negasset se fideiussisse, & cōuinceretur mendaci. l. si dubitetur. §. ibi Angel. de fideiussō. Bald. Auth. contra qui p. opriam. C. de non nu. pecu. aut pater interuenisset pro filio. l. 3. §. si filius, de mino. aut sit fideiussor sistēdi aliquē in iudicio. gl. l. 2. ꝛ. qui satisd. cog. uel debitor esset tantum naturaliter obligatus, ut quia seruus uel pupillus. Cyn. in d. auth. præsentē. aut principalis sit absens, id est, extra territorium, fideiussor uerò præsens, nisi is tempus peteret ad sistendū principalem. Bart. l. duobus. ad fin. ꝛ. de duobus reis. uel deniq; principalis iam constitutus in mora, decesserit. Bald. post gl. in l. pen. col. 9. C. de cond. insert. secus si non fuisset in mora. Et de his limitationibus sic in unum uelut fasciculum collectis, uide amplius in locis præallegatis: & apud Barb. in c. peruenit de fideiussō. & Capell. Thol. decif. 80. 130. & 196. Petr. Iacob. in Prac. tit. de constit. pecu. & Guid. Pap. decif. 94. & 570.

## OBSERVATIO XVI.

*Acta manca & inepta reiiciuntur, reseruato partibus, ut in Camera de nouo agant.*

**S**Aepe contingit, præsertim in causis ex inferiori Germania ad Camerale iudicium Imperij deuolutis, quod tam inepta & manca sint prioris instantiæ acta, quod de meritis causarum nō possit iudici constare. Eo casu solet Camera totum processum & omnia acta cassare (reseruat tamen actis probatorijs, ne pereat partibus probandi facultas: iuxta doctrinam Panor. in c. causam quæ de test. & gl. c. sape. de uerb. sig.) & præseruare partibus, quod in principali causa ibidē de nouo debeant & possint procedere. Ita iudicatū in causa Thomæ Seruen cōtra N. Plermondt, & in causa Petri Pallantis cōtra Catharinā & Helenam Spizim, anno 1550. 16. Aprilis.

## OBSERVATIO XVII.

*Scientia procuratoris appellatum fuisse, an & quando præiudicet domino.*

**Q**Vando citatio non insinuat in personā ipsius appellati, tum putant Dd. appellationē pro deserta habendam esse. Neq; enim credere tenetur appellatus fuisse ab aduersario prouocatū, etiamsi ab uno uel pluribus id asserat, nisi ipsi per instrumentum uel per sigillum authenticum de eo fides fiat, Spe. tit. de cita. §. sequitur, prope prin. fa. l. scire. §. j. ꝛ. de excu. tut. l. j. §. item cum ex edicto. ꝛ. quæ sent. si ap. resc. Sed quid si nō ipsi appellato, sed ipsius procuratori insinuata sit appellatio aduersarij? quid itē si ipse procurator domino ignoranti appellauit? an istis casibus scientia procuratoris præiudicet domino ignoranti, ut citatus censeatur, sicq; cōtra ipsum procedi ualeat, absq; noua citatione? Vide Specu. tit. de appella. §. qualiter, uers. quid si procuratori. ubi distinguit. Nam si procurator generale mandatū habuerit, eius factū siue scientia sine præiudicio erit domino ignoranti, per l. j. §. ult. ꝛ. quan.

app. sit. l. ignorantis. ꝑ. de procu. & in c. j. in fi. ut li. non con. Sin uerò speciale mandatum ad causam, in qua appellatum est, habuit, tum scientia eius præiudicat domino, quia personam domini repræsentat. l. sed & hæ. §. defendere. ꝑ. de procur.

## OBSERVATIO XVIII.

*Executio processuum per notarium non legalem facta non ualet, etsi persona legitimetur. Item citatus comparens non potest excipere, citationem illegitimè esse executam.*

**S**I pars aliqua curauit exequi processus per notarium non legalem, id est, qui non sit inscriptus matriculæ notariorum in Camera, tunc eius executio non ualet, sed pro nulla habetur: nec sufficit, quòd postea talis notarius, uel ipsa pars, quæ eius officio est usa, producat legalitatē ipsius notarij: nam ista subsequens legalitas præcedentem actum inualidè factum, nō efficit ualidum, sed opus est noua executione: atq; ita hæctenus in Camerali iudicio obseruari uidi. Hoc tamen intelligitur uerum, quando ex parte citati nemo comparet, quia tunc non posset in eius contumaciã fieri per tali executione procedi, sed de nouo citandus esset: secus si pars citata cõpareat, quia citatiõis effectus est cõparitio: & ideo sufficit eum cõparuisse, nec ei prodest, si allegat se illegitimè citatũ, &c. Ita conclusum in pleno consilio, 17. April. anno 1550. & postea sic iudicatum in causa Rosen cõtra Vitingshouen, 21. Octob. anno 1554. per ea quæ not. per Dd. in l. j. ꝑ. de in ius uocan. Alexan. consil. 123. lib. 2. Feli. c. illud. col. 5. uers. 4. de præscript. Et Bald. pulchrè in auth. omnes. C. si mi. se ab hæred. absti. Fa. tex. in cle. causam in fi. de elect. Roma. conf. 410. Alex. in l. pupillo. §. meminisse. de op. no. nunc. Et quòd citatio quantumcũq; inualida cõualidetur per comparitionē subsequutam, communem esse doctorum opinionem fatetur Bal. in tract. præscrip. in 2. Spec. 2. par. 6. prin. quæst. j. Idemq; annotauit Villalup. in com. opinio. uerbo, citatio, nu. 56. ubi ampliã istam communē, etiamsi nulla citatio interueniat, si citandus compareat sponte, ualere actum, allegans ad hoc Seb. Vanti. de nulli. processus. §. qui. mo. sen. nul. repa. nu. 116. ubi communem dicit ex Bal. & Alex. in l. j. ꝑ. de fer.

## OBSERVATIO XIX.

*Promissio de defendendo, intelligitur de iusta defensione, non uolenta: fallit in Principe.*

**S**I promitto, te & tuum castrum defendere contra quemcũq; si ab aliquo molesteris ob id quod deliquisti, non cogor te defendere: quia subintelligitur, quòd debeam te iuste defendere: ita Bart. eleganter in l. quidam cum filium, ubi etiam alij, de uerb. oblig. tradunt etiam ibi generalem thesim, quòd promittens non contrauenire conventioni, ex iusta causa cõtrauenire possit. Caterum quando uenditor promittit defendere emptorem de iure & facto, & is ui armata per aliquem expellatur, an eo casu uenditor teneatur defendere? tex. est ualde notab. & ibi Bald. in l. expulsos. C. de acti. emp. quòd non intelligatur promississe se defensurum eundem à uolentia extraiudiciali. Idemq; uult Panormitan. in c. ult. de emp. & uendit. de quo uide etiam Bart. & post eum Zas. in l. stipulatio ista, in prin. præsertim num. 28. & 29. ꝑ. de uerbo. obligatio. ubi latissimè hanc rem prosequuntur. Aduerte tamē, quia prædicta locum habent in priuata persona, secus est in principib; qui alicui defensionem siue protectionem promissit: nam intelligitur promississe, quòd eum sit defensurus & protecturus aduersus eos, qui ipsum de facto turbarent, uel inquietarent, ut pulchrè decidit Anchar. conf. 86. i. omisso primò dubio, & post eum Io. de Ana. in c. pen. in fi. de accus. faciūt etiam not. per Bart. in l. j. C. de excus. mu. lib. 10. Idemq; repetit Euerar. in Top. leg. loco à subiect. mate.

## OBSERVATIO XX.

*Testes per varia media ad eundem finem tendentes, non dicuntur singulares.*

**C**irca singularitatem testium (quæ multoties occurrit in causis definiendis) si uariant in circumstantiis, an his sit fides adhibenda, magna est uarietas inter Dd. sed Spec. opinio uidetur sensui & rationi magis accommodata, qui in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs, uers. & breuiter scias. nu. 13. & in tit. de inquis. §. j. uers. quid si unus. nu. 9. docet, si tempus & locus sint de substantia actus, ita quod ex temporis & loci uarietate ueritas causæ uariet, tunc testes in tempore & loco singulares, non probare: sin uerò ad substantiã actus, ad articulum causæ principalis tempus & locus non sint necessaria, singularitatẽ in huiusmodi qualitatibus, testibus non nocere. Et dicit Bald. in l. actor. uers. scias tamen. C. de probat. quod si eadem ueritas reluceat, tunc procedit ratio concordie in testibus singularibus, licet uariis medijs percepta. Idem Bald. in l. per hanc 3. quæst. C. de temp. appellat. dicit, per diuersa genera probationum, unam perfectam fieri probationem, si ibi ad inuicem consonet, & per consonantiam sint coniuncta: quia ex multis consonantijs formalis intellectus augeatur. c. fin. de succes. ab intest. Adde eundem Bald. consil. 257. ad fin. j. parte, & consil. 348. ead. parte, ubi eleganter decidit, quod si testes in rebus testificatis, id est, in substantia testificationis discordent, eos esse singulares: secus si concordent in uno rei fine: l. qui sententiam. C. de poenis. Vide etiam Zas. cons. j. nu. 8. lib. j.

## OBSERVATIO XXI.

*Appellationis beneficium commune est, tam appellanti, quam appellato.*

**I**n causa appellationis Georgij de Brandt contra Magdalenam Merzin appellatam, relata mense Februario, anno 1553. sunt grauamina producta ab utraq; parte, id est, ab appellante & appellata: appellans nolebat appellatę grauamina admittere, quia non appellasset, sed acquieuisset sententiæ, sicq; quod ad ipsam sententia transisset in rem iudicatam, &c. quærebat quid iuris? Et conclusum fuit per dominos, esse admittenda, per l. amplio. C. de app. Cy. & Alb. in l. ult. C. quando prouo. non est nece. Rota decis. 365. in nouis Can. post tex. c. si duob. de appella. & c. significauerunt. de excep. ubi comuniter concludunt, quod appellatus possit etiã adherere appellationi ab aduersario factæ, eamq; persequi, & producere iura sua, perinde ac si ipsemet appellasset, etiam si appellans desistat: quia quælibet appellatio est comunis utriusq; partis, secundum Phil. Fran. c. directe. col. pen. uers. 5. conclu. de appel. Vnde etiam est, quod comuniter Dd. probant, quando appellatũ est ab aliqua sententia, per appellationem suspendi sententiam, eiusq; uires in totum, tam quod ad appellantem, quam quod ad appellatum, ut sic utriq; licitum sit, non deducta deducere, & non probata probare, &c. Quid autem si unus ex pluribus consortibus appellauit? Vide l. j. & 2. C. si unus ex pluribus. Quid item si appellans transigat uel renunciat appellationi, an consors uel adherens, qui non appellauit, neq; profecutus est appellationem, possit eam postea profecui? Vide Bald. singulariter in auth. hodie. C. eod.

## OBSERVATIO XXII.

*Appellatio ab omiſſa expensarum condemnatione ualet.*

**I**n eadem causa cõtrouertebatur, an ab omiſſa cõdemnatione expensarũ, si iudex uictum uictori non condemnasset in expensis, appellari posset? Et decisum fuit, quod sic, per l. ult. C. quan. prouo. non est ne. & ita tenet etiã Lanfran. in repet. c. quoniam contra, uerb. expensarum, nu. 10. si iuxta præmissa quæro, de proba. & Spec. tit. de appellat. §. in quibus. nu. 24. & 25. uers. 34. & tit. de exceptio. §. postremo. Idem sequitur Io. And. in c. significauerunt. de excep. & Guid. Pap. decis. 426. quæst. 55. nu. 62. Quod uerũ est, si expensæ fuerunt petitæ. nam si non sint petitæ, tunc est in libero iudicis arbitrio, an uelit condemnare, uel non, iuxta Fel. & Bella. in c. si debitus, de appellat.

appellat. uide etiam Dd. in c. significauerunt, de except. & l. omnem honorē. C. quando prouoc. non est nec. ubi plura de hoc.

## OBSERVATIO XXIII.

*An dominus succedat proprijs hominibus intestatò decedentibus.*

**I**N multis Germaniæ locis inueterata cōsuetudine obseruat, quòd domini habentes homines proprios (*Leibeigne leuth*) ipsis sine hærede proximo & legitimo intestatò decedentibus succedat: quod etiam iure probari uidetur. Nam cuius ipsi sunt, eius etiam omnia sua esse cognoscere debent, per tex. in l. ult. C. in qui. colo. do. accu. pos. lib. 10. atq; ita tenet Bald. & Alex. in addit. ad Bart. in l. si quis. C. de hære. decur. Interim tamen uerum est, eos testari posse, secundum Bald. ibidem: nisi consuetudo sit in contrarium, idq; probetur. Aetiologia est, quia ingenui sunt, ut Inst. de iu. perso. in gl. uerbi, aut serui. Quod tamen intelligit ibi Ioan. Fab. dum testentur inter homines eiusdem conditionis, & loci sui domini: secus si extraneos instituerent hæredes, ut ibi per eum, & eundem Inst. de hære. quæ ab inte. defe. in prin. idemq; Iason tradit in auth. si qua mulier, uers. adde quod fortius. C. de sacro. Eccle. & Boer. in consue. Bicturi. tit. de consue. test. & ult. uol. §. 5. & 6. ubi hoc uelut singulare notandū admonet.

## OBSERVATIO XXIII.

*Requisitio trina efficit, ut quis habeat legitimam grauamen denegata iusticia appellandi ad superiorem.*

**S**I iudex ter sit requisitus à parte litigante, pro iusticia sibi administranda, tunc dicitur legitimam habere grauamen appellandi ad superiorem: Ioan. And. in c. j. de supp. neg. præl. Panor. c. ex parte. 2. de appel. & Ro. sing. 424. & conf. 427. ubi interpellationem etiam uno contextu multiplicatam sufficere ait, ad constituendum iudicem in mora, per tex. in cle. quamuis rigor. de appell. Et quòd possit appellari à iudice protrahente ultra requisitionem, tradit etiam Anto. de S. Geor. in c. ex ratione. num. 23. de appel. & Bald. c. per tuas, de testibus, gl. c. si religiosus de elect. lib. 6. & glo. c. legitima in fin. eod. tit. lib. 6. & sic obseruatum est in causa Georgij de Brandt contra Magdalenam Martij, 7. Febr. anno 1553.

## OBSERVATIO XXV.

*Cumulatio nullitatis & restitutionis in integrum, item rei uendicationis, & restitutionis in integrum permittitur.*

**Q**Uòd nullitas, & in integrum restitutio cumulari possint, atq; in eòdem libello deduci, uidetur probari in c. constitutus, ext. de in integ. rest. & tenet expressè Guid. Pap. decif. 143. cuius sententiam secuti sunt Assessores imperialis Camere, in causa Elisæ de Salsenberg contra Ioannē de Salsenberg, relata Mense Februa. anno 1553. An autem restitutio in integrum cum rei uendicatione cumulari ualeat, mirifice uariant interpretes; sicut in utramq; partem hanc quæstionem disputat Cy. in l. quod tempore. C. de resti. mili. & tandem in eadem distinguit, ut ibi per eum, nū. 3. glo. uerò in l. ab hostibus. §. sed simpliciter. ꝛ. de resti. mino. rei uendicationem non posse intentari ait, nisi restitutione prius obtēta: quod sequi uidetur Sali. in d. l. quod tempore. idq; & in minore petente se restitui locum habere, Cy. ibidem asserit, per not. in l. qui proprio. §. item quæritur. ꝛ. de procu. cui Bald. ibi subscribit: sicq; in Parta. Delphina. iudicatum fuisse Gui. Pa. refert in præfata decif. 143. Sed communis opinio est in contrarium, nempe simul utrumq; peti posse, uidelicet contractum rescindi, & possessionem rei restitui, ut per Specu. tit. de in inte. rest. §. j. uers. sed nunquid in eòdem libello. & Ferra. in for. lib. super resti. in inte. glo. ad dimitt. & relax. Dy. in §. rursus, uers. ulterius quæro, an petitio. Inst. de actio. ubi etiam formam & modum tradit proponendi utrumq; in eòdem libello. Cæterum an probationes factæ

factæ in iudicio rescindenti, probent etiam in restitutorio, uide Gui. Pap. decis. 136. cir. med. uerf. præterea.

## OBSERVATIO XXVI.

*Restitutio in integrum an speciale mandatum requirat: & an in eo causa, ob quam petitur restitutio, specificè sit exprimenda.*

**A**D petendam restitutionem in integrum speciali mandato opus esse, nec generale sufficere, cõmuniter tradunt Dd. per l. illud. §. si talis. ꝛ. de minor. Bald. in l. j. C. etiam per procu. rest. impet. ubi refert huius rei triplicem rationem: quarum prima est, cum aduersus ius commune competat restitutio, æquum est, speciale mandatum exigì. Altera, cum in se retractationẽ completatur restitutio, ita ut ob id cõtra minorem extendatur, ut est in l. j. C. de rep. quæ si. in iu. æquum etiam uidetur, ut qui eam tractaturus est, speciale mandatum exhibeat. Tertia, non licet procuratori factum domini impugnare sine speciali mandato: l. si hominem. ꝛ. mand. sed tali impugnationi innititur, qui restitutionem implorat, ergo speciali mandato opus habet. has tamen rationes per se distinctas & separatas nihil ad negociũ concludere, Ioan. Mauri. in tract. de rest. in integ. ca. 23. asserit, cum interim fatendum sit, simul iunctas multum conuenire ueritati, & ex his connexis efficacem defumi posse. Verum prædictum dogma ita temperari debet, ut sit uerum, si principaliter petitur restitutio: scilicet si incidenter, ut per gl. fi. in c. qui ad agendum de procura. in 6. & per gl. in c. suscitata. in uerb. postulauit, de in integ. restit. Atq; ita conclusum & seruatum fuit in Camera in causa tutorum & curatorum nobilium de Heppenheim contra Die wildt vnd Reingrauen, 28. Ianuarij, anno 1551. Et in causa Annæ relicte uiduæ Lucæ Remen contra Antonium Ludingshausen ciuem Lubecensem, 27. Aprilis, anno 1554. An autem in speciali mandato restitutionis sit specificè inferenda causa, ob quam petitur restitutio, inter Dd. non satis conuenit: frequentius tamen eò itum est, satis esse, si in procuratoris instrumento inseratur hæc clausula, (& ad petendam in integrũ restitutionem constitutus est talis procurator) nec requiri, ut causa, quæ tractanda sit, nominatim exprimat. iuxta Bar. in l. filiusfa. ꝛ. de dona. arg. l. Titius, in prin. ꝛ. de lib. & posth. quæ sententia ex eo confirmatur, quòd ad opponenda crimina & defectus, constitui possit procurator, ut in cle. j. de procur. Sunt tamen aliquot casus, quibus specialis expressio est necessaria: qualis est adeundẽ hæreditatis. l. apud Iulianum. ꝛ. ex qui. cau. in pos. & matrimonij casus. l. generaliter. ꝛ. de ri. nup. idq; propter graue præiudiciũ, quod utroq; casu subest.

## OBSERVATIO XXVII.

*Exceptiones, quibus quis negat fractam pacem, post litis contestationem proponendæ sunt.*

**I**N causa fractæ pacis, si citatus compareat, & neget qualitatem fractæ pacis, declinando forum, offerens articulos & probationem, factum ciuile esse, & non qualificatum super uiolatione publicæ pacis: si ista negatio & probatio respiciat negociũ principale, tunc ante litem contestatam non admittitur, sed litis contestatione imposita, itemq; responsione, referunt reo conuento omnes legitimæ exceptiones & defensiones post litem contestatã proponendæ. Et hoc ideo, ne duplicibus probationibus, disputationibus, & impensis, partes in tractatione principalis negocij grauentur. Atq; ita decisum fuit in causa Aschenburg cõtra Walborn, 20. Nouemb. anno 1549. ad quod uide Ant. de Butr. & Soci. in c. si clericus. col. 5. de foro comp. Ceterum non probata qualitate pacis publicæ, absoluitur reus à citatione cum refusione expensarum, prout infra Cent. 3. obser.

98. latius annotabo.

OBSER-

## OBSERVATIO XXVIII.

*Potest quis persequi suum hostem etiam in alieno territorio.*

**E**Xcusatur à pœna fractæ pacis, qui hostem suum diffidatum in alieno territorio ui armata capit, sicut fecit archiepiscopus Colonienſis capiendò Henniſen von Lübeck in dominio Starmade nobiliū de Barſt, quibus ex ea cauſa denegati ſunt proceſſus ſuper fracta pace. 4. Febr. anno 1551. Nec id mirum: quamuis enim etiam de iure communi captura delinquentis non poſſit fieri, niſi in proprio territorio, ſecundum Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. idem. de ædi. edi. & in l. ſicuti. §. Aristo. ꝛ. ſi ſer. uend. & in l. requirendum, de ſer. fug. tamen ſi perſecutio capiendī fuerit cœpta in proprio territorio, & delinquens continuata fuga ſe contulerit in alienum territorium, ibi perſequendo capi potest: arg. l. quod ait lex. ꝛ. ad leg. Jul. de adul. quod ſingulariter probari uidetur in l. j. C. ubi de curia. quam ad hoc propoſitū allegat Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. lib. 10. Licet Lud. Roma. in l. pleriqꝫ. ꝛ. de in ius uo. contrarium teneat: ad quod uide etiam Io. And. in addi. ad Specul. tit. de accusa. & Dd. in d. l. pleriqꝫ. Et hæc quidem ſic obſeruabant olim Camerae iudices: hodie uerò communi Imperij conſtitutione hoc ſancitum permiſſumqꝫ eſt, ut & in alieno territorio liceat hoſtes, & publicæ pacis uiolatores perſequi, ac in uincula conijcere, ſic tamen ut ibidem ſiſtantur iuri, nec ex loco, ubi capti ſunt, in alienam iuriſdictionem ducantur, ut habetur in reſeſſu Auguſtæ Vindelicoꝝum, anno 1559. erecto.

## OBSERVATIO XXIX.

*Agens ſeorſim ad damnum uel ſpolium ex conſti. fractæ pacis, nō minus qualitates fract. pacis probare debet, ac ſi ad pœnas ageret.*

**S**I alicui uis illata ſit contra cōſtitutio. pacis publicæ, tunc potest offenſus nō modo ad pœnas iuris, & conſtitutionis, & reparationē damnorum, &c. agere conſunctim, ſed etiam ſeorſim ſuper ſecunda damnificatione: ut habetur in conſtitutione pacis publicæ, tit. 11. & in ordinat. Camere par. 2. tit. 9. ſed eo caſu neceſſe eſt, quòd narrata ſupplicationis proceſſum, & libelli perinde ſint qualificata, ac ſi ſuper uiolata pace ad pœnas agere uellet: alioqui cenſeretur ſimplex ſpolium. Nec audiendus eſt actor, uolens præſatum defectum in proceſſu ſupplere, & qualitatem fractæ pacis docere, cum reus ad hoc non ſit citatus: atqꝫ ita in Camera obſeruatum fuit in cauſa dom. Antonij Baronis de Warberg cōtra dom. Henricum ducem Brunſuicenſem, 16. Septemb. anno 1550.

## OBSERVATIO XXX.

*Pœnam banni in pecuniariam mutari poſſe, ſi iuſta cauſa ſubſit: & an iudex mutando pœnam legis, cauſam in ſententia exprimere debeat.*

**A**N pœna banni poſſet ex iuſta cauſa alterari, & in pœnam pecuniariam mutari, olim uariantibus ſententijs diſputatū fuit in Camera: hodie uerò id expreſſe permittitur in conſtitu. pacis publicæ, idemqꝫ iure communi haud dubiè obtinet, defendiqꝫ potest, ut communiter concludunt Dd. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ꝛ. de infami. & l. etſi ſeuerior. C. eod. tit. Et hanc facultatem & arbitrium, quòd pœnam à lege præſcriptam augere, uel minuire, uel proſus in aliam ſpeciem commutare poſſit, habet iudex à lege ipſa, ut ei non queat ullatenus auferri, uel adimi, prout multis declarat Paul. Grillandus in tractat. de Relaxa. carcera. c. j. uerſ. ſexto, nō omit tam, ubi multa pulchra congerit, quæ ad hunc locum illuſtrandum conducunt: quibus adde Parid. de Put. in tract. de Syndi. uerb. pœna. §. licet dicatur. §. an ſi ſtatutum. & §. quia multa poſſunt. fol. (mihi) 234. ubi addit iudicem hoc arbitrium alterandi pœnam habere, ſiue procedat per inquisitionem, ſiue per accusationem: ut cunqꝫ contrarium uoluerit Hippol. de Marſil. in ſingul. 524. ubi reſtringit prædicta, quando iudex



do. iudex per inquisitionem ex officio procedit: secus si ad accusationem partis. Verum distinctionem istam Camera reprobauit in causa Comitum de *Hanaw* contra ciuitatem Imperialem Argentoratum, & in causa nobilis de *Wispreck* contra Ducem Philippum Comitem Palatinum Rheni, &c. Cæterum an causam mutationis pœne legalis iudex exprimere teneatur, uariatū est. Nam aliqui censuerunt exprimendam esse, ob id certè, quia ubicunq; receditur à iure regulari, non sufficit subesse causam, nisi exprimat, per not. Io. de Imo. in c. præterea. uers. si autē in citatorio, de dilat. & ita tenet etiā Baro à Tautemb. in suo iurid. conclus. 92. contra Grillan. ubi supra censet, expressionem causæ non esse necessariam, cum iudex hanc facultatem alterandę pœnæ à lege ipsa habeat: & hoc domini Assessores quandoq; secuti sunt. Sed an saltem in genere exprimere causam debeat, dicendo ex iustis causis animum nostrum mouentibus? & Bar. in d. §. pœna grauior, existimat, iudicem, si exprimat causam in genere, nō errare: tamen si nullam exprimat nec in genere, nec in specie, per hoc nō uitari sententiam, dummodò ex actis constet, iustam fuisse causam, quæ iudicē mouerit ad sic pronuntiandum. Aliàs si nulla subesset causa, nec appareret ex actis, sententia posset nullitatis argui, tanquam lata contra ius constitutionis, & per expressum iuris errorē, ut in l. j. ꝑ. quæ sent. si. appel. rescin. & per Bar. in d. §. pœna grauior.

## OBSERVATIO XXXI.

*Curator ad litem, an & quando pupillo detur.*

**Q**uòd dicitur, curatorem ad litem non dari, nisi pupillo petenti: iuxta Bart. in l. qui habet. §. si pupillus. ꝑ. de iure iur. item quòd tunc iudex possit curatorem dare ad litem pupillo, quando pupillus nō habet tutorem præsentem uel absentem, secus si præsentem habeat. l. curatorem. ꝑ. de tuto. & cura. dat. ab his, &c. & not. Bart. in l. curator. ꝑ. eod. & ibi Alex. in apostil. tale dogma ex stylo Camera intelligitur procedere in casu speciali, in quo loquitur tantū: scilicet quando pupillus haberet litem cum tutore, tunc opus est, ut petat curatorem ad litem: aliàs non datur non petenti. Secus est, quando litem haberet cum alio extraneo, quia tunc potest iudex pupillo etiam nō petenti dare curatorem ad litem. Et tali casu tenetur iudex ad instantiam partis aduersæ, mandare pupillo, ut ueniat ad petendum curatorem ad litem: qui si comparuerit, dabit sibi illum, quem petierit: ipso autem non comparente, dabit sibi curatorem ad litem ex officio, iuxta formam, l. j. & ibi Salic. C. qui pet. tut. Prædicta roborantur etiam per ea, quæ habet Bald. in l. ait prætor. §. permittitur. in j. not. ꝑ. de minor. & Math. de Afflict. decis. 256. & per Marantham in suo Spec. iudic. in 4. parte. distinct. 16. nu. 36. ubi uide latius, quæ ad hanc rem pertinent.

## OBSERVATIO XXXII.

*Libellus in causa criminali ineptus est, si careat loco & tempore: & quid si locus indeterminate sit positus.*

**I**n libello criminali, si nō sit appositus locus, seu tempus, secundū formā l. libellorum. ꝑ. de accusat. tunc est ipso iure ineptus, & iudicium nullum, etiam si non opponatur: iuxta Bart. in d. l. libellorum. §. quod si libelli, de accusa. & no. glo. & Dd. in l. j. ꝑ. de offic. Assess. & Innoc. c. examinata. de iudic. Multi tamē contrarium tenent, scilicet opus esse, quòd opponatur: per tex. in d. l. libellorum. §. ult. in uerb. reo postulante. & ita per illum tex. determinat Gandinus in omissione loci, in trac. malefic. tit. qual. si. accusa. &c. Idemq; expressè tenent Innoc. Host. & Ioan. Andr. in c. fin. de purga. Cano. & Io. de Imo. c. dilecti, de emp. & uend. Pro conciliatione sic distingui debet. Aut illud quòd deficit in libello, est postea probatum cōfessione partis, & tunc reo nihil opponente tenet processus, arg. not. in c. j. de homicid. lib. 6. aut non est probatum per confessionem, sed per testes, & tunc processus corrui. Hanc distinctionem refert & firmat Soci. cons. 146. nu. 13. uol. j. ubi de hoc latius uide. Sed pone, quòd in libello causæ criminalis apponatur locus indeterminatus, an tum ualeat?

c Et con-

Et conclusum est ualere libellum, eumq; suppleri posse in probationibus, secundum Soci. in d. conf. 146. col. pe. Ceterum si non sit expressum nomē proprium accusati, uel hominis occisi, utputa quia ignorabatur, an procedat libellus: uide pulchrè Feli. in c. auditis. col. 16. & 17. de præscript.

## OBSERVATIO XXXIII.

*Donationes inter uirum & uxorem inter uiuos factæ nō valent: & de pacto inter coniuges factō, ut uno ex coniugibus præmortuo sine liberis, superstes succedat.*

**D**onationes inter uiuos inter uirum & uxorem non ualere, notum est, per l. j. 2. & 3. de dona. inter ui. & uxo. Ias. in l. pacta, quæ contra. C. de pact. & hoc ne mutuo amore se inuicem spolient, & ex alijs causis ibidem relatis. Et licet de iure tales donationes morte confirmantur. l. donationes. C. eo. tit. & tenet Alex. conf. 26. uers. 3. præsuppono. lib. 2. & conf. 142. uers. item respondeo, & conf. seq. uers. nec prædictis. lib. 5. tamen hoc uerum, si interueniat traditio rei, uel quasi, ut tenet Bald. conf. 26. lib. j. Et similiter donationes causa mortis inter cōiuges ualent. l. si eum. §. ult. cum l. seq. ꝑ. de dona. inte. ui. & uxo. Idem quoq; est, si iuramentum accesserit donationi inter uiuos, quia ualebit, iuxta Bart. in l. Scius Augerius. ꝑ. ad leg. Fal. & l. si quis pro eo. ꝑ. de fideiuf. Fede. de Senis, conf. 137. per no. in c. quamuis. de pac. lib. 6. Cy. l. j. C. de sac. Eccle. & Cap. Thol. decis. 261. in addit. & Fran. de Are. conf. 74. uers. ad secundum, ubi dicit hanc esse communem opinionem. Hinc dubitatum quandoq; fuit, an donatio reciproca facta inter coniuges constante matrimonio, quod si unus ab humanis sine liberis decedat, bona præmorientis ad superstitem peruenire debeant, iure subsistat: Quod non uidetur, quia tale pactum inter paganos non ualeat. l. licet, ibi Bar. Bal. Sal. & alij. C. de pac. cum sit pactum de futura successione, quod iure improbat. l. pactū quod dot. & l. ult. C. de pac. & l. stipulatio hoc modo. ꝑ. de uerb. obli. atq; ita tenet Abb. Sicu. conf. 48. lib. 2. ubi dicit mutuam donationē factam inter coniuges constante matrimonio, etsi iuramento firmata sit, nullas habere uires. Pro quo uidetur etiam facere tex. in l. ubi ita donatur, ibi Alex. in add. ad Bart. ꝑ. de dona. causa mortis, idem Alex. conf. 28. lib. 3. *Contraria tamē sententia, quam notissima quoq; Germania consuetudine inualuisse uidemus, uerior est, & in Camera quoq; Imperij iudicando firmata, tale scilicet pactum inter coniuges initum ualere, quia reciprocum & uicissitudinarium est, in quo nullum fit mulieri præiudicium: quam tenuit Cy. in l. si pater. C. de inof. test. & ibi eum sequuntur Bal. Sal. Castr. & Ias. multum ample confirmans eandem per plures rationes, ut ibi per eum, & uide etiam Boer. late in cōsue. Bitur. tit. des coustu, concernans les mariages. §. j. circa med. uers. sed quæro de questione. Item Hippol. de Marf. sing. 50. Ias. in l. hoc iure. col. 12. uers. tertius effectus est. ꝑ. de iusti. & iu. & And. Barba. in l. diuortio, de uerb. oblig.*

*Reciproca Donatio.*

## OBSERVATIO XXXIIII.

*Statutum, ut mulier contrahat cum consensu propinquorum, an & quando locum habeat: item consensus an precedere actum debeat, uel satis sit, si subsequatur.*

**S**tatutum, requirens consensum propinquorum in contractu mulierum, intelligitur in contractibus damnosis mulieribus, secus in contractibus utilibus, per l. cum hi. §. in causa. ꝑ. de transact. Est doctrina elegantissima Baldi, in l. neq;. C. de contrah. & com. stipul. de qua uide latius Dd. in l. quamuis. ꝑ. de acquir. possess. & expressè Angel. & Imol. in l. mutum. §. ult. ff. de acquir. hæred. & in l. 2. de accep. & Paul. de Castr. in l. quicumq;. §. si ab alio. ꝑ. de instito. actio. Nunquid autem consensus, quando est necessarius, præstari debeat in ipso actu, uel illum subsequi sufficiat: Et secundum Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussu. ꝑ. de acquir. hæred. si consensus

consensus requiratur ab eo, qui nullum habet interesse in consentiendo, semper uidetur requiri pro forma: ideo præcedere actum, uel tempore actus interuenire debet, l. quid ergo, in prin. ꝑ. de his qui no. infa. Vnde Bald. in l. j. C. qui admit. & c. Si ex forma statuti, ait, in contractu mulieris uel minoris requiratur, ut interueniat consensus consanguineorum, priusquam perueniatur ad contractum, interuenire illum debere, quia ipse consensus sit de substantia & forma contractus: ideoq; in ipso actu interuenire debet. ita refert & sequitur Ias. in l. j. §. j. ꝑ. de uer. oblig. Et hoc intellige uerum, quando consensus exigitur à pari uel inferiori: nam si à superiori, tum potius autoritas, quam consensus dicitur, potestq; etiam ex interuallo sequi, iuxta Bal. & Ang. in d. §. iussu. Sin uerò cōsensus desideretur ab aliquo pro interesse alicuius consentire debentis, tunc fatis est, sequi consensum ex interuallo, etiamsi actus præcedens sit nullus, dummodo approbatio eius pendeat ex potestate consentientis, per tex. in l. j. §. prodest, 2. resp. ꝑ. quod leg. & l. filius. §. ulti. de procur. & ibi Bart. iuncta cle. j. de procur. & textus, quem ibi notat Bal. in c. j. circa prin. de alie. feu. pat. & Fed. de Senis conf. 259. Et obserua, quòd si in contractu mulieris necessarius sit consensus propinquorum, non sufficere, si præsentés sint, nisi expressè consentiant: cum in statutis uerba sint intelligenda in casu uero, non ficto, ut est taciturnitas, quæ habet uim consensus ficti. ita Chassa. in conf. Burg. rub. 4. §. 7. nu. 7. & Feli. in c. nonne, de præsump. ubi latè ponit materiam, an tacens pro consentiente habeatur: ad quem lectorem remitto.

## OBSERVATIO XXXV.

*Pupillus non citandus, sed tutor uel coniuncti.*

**Q**uando pupillus habet tutorem, debet iudicium agitari cum tutore: si non habet, citandi sunt coniuncti ipsius pupilli, ut constituatur in contumacia, aliàs citatio solius pupilli nihil ualet. l. hæc autem. §. j. ꝑ. ex quibus caus. in poss. eat. & ibi Bart. Idem tenent Alex. & communiter Dd. in l. neq; impuberes. ꝑ. de in ius uocan. & in l. si ex legati. cum l. seq. ꝑ. de uerb. obligat. & l. contra pupillum. ubi etiam Ioan. de Imo. ꝑ. de re iudic. Et ita communiter tenetur, reprobata opinione Bart. in l. j. §. sufficit. ꝑ. de administr. tut. contra tenentis, posse citari solum pupillum: quem in specie reprobatur Alexander in d. l. neq; impub. uide etiam de hoc Math. de Afflict. decis. 262. ubi inter cætera hanc dubitationem mouet, si citatus sit infans, quòd legitime compareat, sicq; nulliter sit citatus, attamen compareat pro eo tutor, & ipsum defendat, an ualeat processus: Et Castren. itemq; Alex. in l. cōtra pupillum. ꝑ. de re iudi. existimant processum ualere, etsi citatio extiterit nulla: de quo in præcitato loco uide eundem latius.

## OBSERVATIO XXXVI.

*Sententia pro pupillo sine tutore lata, item iudicium cum filiofa. sine consensu patris agitatum in ipsius fauorem, ualent.*

**S**ententia lata in fauorē pupilli ualet, sine tutore, quādo pupillus est maior infante, aliàs secus: nam si esset infans, cum æquiparetur furioso, ex quo omni intellectu caret, non ualet sententia, etiam in ipsius fauorē lata, tex. & ibi Bart. Bald. Alex. Ias. & alij in l. non eo minus. C. de procurat. & l. si tutor. C. in quibus caus. in integr. resti. non est neces. Idem Alex. in l. furioso. ꝑ. de re iudi. & Bal. in l. neq; C. de contra. & com. stip. per tex. in §. pupillus. Insti. de inuti. stipu. Et supradicti dogmatis ea est ratio, quòd in actibus concernentibus fauorem pupilli, dicitur habere legitimam personam si sit maior infante. Bald. & Ias. in l. contra iuris. in prin. de pact. & infert ibi Bal. idem esse in Ecclesia: ut si fuerit alienata res Ecclesiæ sine solennitate, & talis alienatio tendat ad Ecclesiæ utilitatem, ualeat: quod etiam tenet Ias. in l. iusiurandum. §. pupillus, ad fin. ꝑ. de iureiur. Idem quoq; in filiofamiliàs procedere extenditur, ut si agitatum sit iudicium cum eo sine consensu patris, etiamsi sit minor, ualeat

in sui fauorem: ut sing. Alex. tenet conf. 59. lib. 2. quod est notandum pro limitatione lult. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. & c.

## OBSERVATIO XXXVII.

*Iudicium cum tutore agitatum qui non fecit solennia debita, est iure nullum.*

**I**udicium agitatum cum tutore, qui non fecit solennia, ut quia non satisfecit rem pupilli saluam fore, non fecit inuentarium, non fuit sibi decreta administratio per iudicem, est prorsus nullum: ut dicit Bald. in l. si tutor. C. in quibus caus. in integ. rest. non est neces. de quibus solennibus habetur per Bart. in l. legitimus. ꝛ. de legi. tuto. Nam tali casu, etiamsi is gerebat se pro tutore, si tamen fuit lata sententia contra ipsum, est ipso iure nulla, nec pupillo nocet, per tex. d. l. si tutor, ibi Bart. & Bald. Et istud dictum singulare est, & notandum perpetuò, per quod multi processus impugnari queunt. Prædicta tamen non uidentur habere locum in tutore testamentario: is enim etsi non adimpleuerit solennia, si tamen ex testamento appareat, ipsum non modò tutorem esse constitutum à patre, sed etiam administrationem bonorum ei commissam, non est necesse, quòd ei à iudice decreta sit administratio, secundum Bart. in d. l. legitimus. ꝛ. de leg. tut. quod etiam firmat Ang. conf. 103. ut eum allegat Afflic. decis. 262. post num. 6. ideoq; iudicium cum ipso agitatum ualere uidetur, si tamen cætera solennia adsint.

## OBSERVATIO XXXVIII.

*Tutor non constituit procuratorem ante litis contestat. sed actorem.*

**S**i tutor aliquis constituat procuratorem ante litis contestationem, & cum eo agitur iudicium, non ualeat processus, nec constitutio. Tutor enim non potest facere procuratorem ante litem contestatam in causa pupilli, sed debet constituere actorem, in quo actore requiritur decretum iudicis, per tex. ibi. Bart. & Dd. in l. neq; tutores. C. de procurat. & in l. si actor. post glos. ibi. C. de appellatio. & tex. in §. ult. Insti. de curator. & habetur apud Afflic. decis. 262. Pupillus tamen cum auctoritate tutoris potest ante acceptum iudicium constituere procuratorem. Rationem diuersitatis uide apud Bart. & alios in d. l. neq; tutores. Et ita, ut supra est deductum, concludebant domini in causa episcopi Vuormatiensis contra electorem Palatinum Rheni & consortes, *Den zollschlach zu Horheim belangende*, 25. Iunii, anno 1555.

## OBSERVATIO XXXIX.

*Procurator, qui litem contestatus est, citari debet, non dominus.*

**P**rocurator, qui litē contestatus fuit in causa, ipse ad reliquos actus successiuos citari debet, non dominus: quia postquam procurator contestatus est litem, utiq; effectus est litis & causæ dominus: unde si aliter fiat, ut quia citetur dominus, non ualeat processus. ita tenet Bart. in l. procuratoribus. C. de procurat. idem in l. murari. ꝛ. eo. & in l. furioso. ꝛ. de re iudic. Bald. in l. si quando. in 7. quæst. C. de testi. Panor. & Felin. c. pen. de testib. Quod tamen intelligitur uerum, nisi procurator esset impeditus, uel absentia, uel infirmitate: nam tali casu potest citari dominus, secundum Alexand. in d. l. procuratoribus. & Gemina. in c. si quidem. §. secus. in 6. notab. de procurat. lib. 6.

## OBSERVATIO XL.

*Libellus in criminali sine diei expressione valet: & quid obtineat, si accusator diem commissi criminis sibi edi petat.*

**Q**uamuis dies commissi criminis possit omitti in libello accusatorio, & ualeat libellus sine diei expressione, iuxta Bart. in l. libellorum.  $\bar{\pi}$ . de accusat. adeo ut pleriq; tradant, cauendum esse libellanti, ne apponat diem: quia si non probaret delictum esse commissum eo die, succumberet: prout per plura Ias. tenet in l. j. in prin. col. fin.  $\bar{\pi}$ . de eden. Attamen si reus petat sibi diem patratu criminis edi ad hoc, ut possit facere suas defensiones, tenetur accusator exprimere diem: iuxta eundem Bart. in l. is qui reus.  $\bar{\pi}$ . de publi. iudic. quem sequitur Ias. in l. 2. §. si quis Ephesi.  $\bar{\pi}$ . de eo quod cer. loco. Verum hæc limitatio non caret pugna: contrarium enim tenet Ioan. de Imol. in d. l. is qui reus. col. 23. in fin. & Alexan. ibidem in additio. ad Barto. quam partem ut ueriores secuti quandoq; sunt domini, & eandem amplectitur etiam Marantha in suo Specul. iudic. 6. parte, tit. de libel. oblat. nu. 8. de quo arti. uide quoq; Fran. de Are. in c. qualiter & quando. §. debet. col. 7. de accusa.

## OBSERVATIO XLI.

*Furiosi dilucida interualla habentis gesta, an quietè uel furore acta sint, uter, reus uel actor, probet?*

**S**i furiosus habens dilucida interualla, actum aliquem civilem exercuit, & dubitetur, an illum gesserit quietè, uel in furore: dubitant doctores, cui incumbat probatio? Et nonnulli aiunt, propter præcedentem furorem præsumi, in furore gestum esse, idq; communiter Canonistæ tradunt in c. fin. de success. ab intest. Alij malunt, ex ipso actu id colligendum esse, attendiq; debere qualitatem actus, an scilicet sit conueniens homini sanæ mentis, & præsumatur, quod in quiete & tēpore interualli gesserit: an contra, & sit secus. ita Bald. Ange. Fulgo. & Castr. in l. furiosum. C. qui testa. face. poss. Imol. in l. qui testamento. §. nec furiosus.  $\bar{\pi}$ . de testa. & in l. j. in fin. de uerb. oblig. Barto. Socin. conf. 42. lib. j. Et hanc posteriorem sententiam, ut ueriores amplexi sunt domini in causa Stephani Keulercōtra Christophorum Camerer, 2. Julij, anno 1555. Porrò de probatione furoris uide etiam latè Boer. decis. 23. in j. parte. Alex. conf. 3. & conf. 14. lib. j. & Soci. d. conf. 42. lib. j.

## OBSERVATIO XLII.

*Libellus in remedio l. 2. C. de rescind. uenditio. an necessariò alternatiuus esse debeat.*

**Q**uando agitur ex remedio l. 2. C. de rescin. uend. ad infirmendam uenditionem propter deceptionem ultra dimidium iusti precij, uolunt Dd. petitionem fieri debere alternatiuè, uel ad supplendum precium, uel ad restituendam rem emptam, ut ibi per eos, quos etiam sequitur Panor. c. cum causa de empt. & uend. & Bald. in l. maioribus. C. comm. utriusq; iudic. Verum in Camera recepta est libelli petitio in præfato casu, ubi tantum petebatur rei emptæ restitutio: & nihilominus pronunciatum fuit alternatiuè, iuxta d. l. 2. idq; autoritate Barto. & Baldi ibid. in d. l. 2. quæst. 15. Ita factum in causa Teuffer, contra Rudtinger, 17. Junij, anno 1555.

## OBSERVATIO XLIII.

*Hæreticus ut repellatur ab actu civili, debet prius declarari: item bannum ipso facto incurrens, an sit pro bannito declarandus.*

**L**icet hæreticus ipso Canone sit excommunicatus, tamen ad hoc ut repellatur ab actu civili, necessaria est sententia declaratoria, iuxta c. fin. de homicid. lib. 6.

Sic quoq; etsi bona hæreticorum sint confiscata ipso iure, tamen requiritur sententia declaratoria, per tex. c. cum secundum, de hæret. lib. 6. Domi. in c. fi. de cõfess. eod. lib. Sicul. in c. cæterum. de iura. calum. & in c. cum non ab homine. de iudic. Bart. l. eius qui delatorem. in prin. de iure fisc. & uide etiam Capel. Thol. decis. 320. ibi in apostil. & Anchar. conf. 189. Ita etiam hætenus obseruatum fuit in Camerali iudicio, in banno Imperiali: quia licet ipso facto incurrisset quis bannum, tamen necessaria erat declaratio, prout in ordinatione est expressum. Hoc tamen à Cæs. Maiestate, & communibus Statibus Imperij hodie ob multitudinem uiolantiũ pacem publicam est immutatum, ita ut non requiratur amplius declaratoria aduersus uiolatores pacis publicæ, prout habetur in recessu Augustano, edito anno 1559.

## OBSERVATIO XLIIII.

*Clausula, sola facti ueritate inspecta, cuius sit effectus.*

**C**lausula, sola facti ueritate inspecta, plus operatur, quàm omnes illæ clausulæ, summarie, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, &c. adeò quòd per eam censentur sublatæ omnes solennitates iuris positiu. Ita tenet Anto. de Buttr. in c. 2. de iura. calum. Felin. c. olim. col. pen. de accus. & dicit Fran. de Aret. in c. dilecti. col. 3. de iudic. quòd per istam clausulam iudex potest procedere ut Deus, qui soli ueritati innititur. Idem sequitur Alexand. conf. 6. in 3. col. lib. 3. & Iaf. l. iusticia. 7. de iustic. & iure. Maran. tamen in suo Specul. par. 4. dist. 9. num. 39. eleganter admonet, hanc clausulam intelligendam esse de ueritate, cui ius patrocinetur. Unde uigore istius clausulæ non posset iudex oriri facere actionem ex nudo pacto, licet reuera in initum fuerit nudum pactum: atq; ita Bald. in l. nemo. C. de sent. quoq; sensisse uidetur.

## OBSERVATIO XLV.

*Pœna capitalis tribus modis accipitur, & imposita per statutum, semper de mitiori, ut exilio, intelligenda.*

**P**œna capitalis, altero de tribus modis intelligitur, uidelicet de morte naturali, de morte ciuili, ut quia quis efficiatur seruus, & amissione ciuitatis, puta per deportationem, quæ eximit alicuius caput ex ciuitate, id est, priuat omnibus actibus ciuilibus: ut est tex. in l. 2. ibi Barto. & Imo. 7. de publi. iud. l. 2. in prin. 7. de pœn. & l. sed si quis. §. j. iuncta glo. si quis cau. & no. glo. in l. hos accusare. §. omnibus. uers. capitis. 7. de accusa. Vide etiam de hoc Ioan. de Ana. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. col. 6. in prin. de accusa. Unde quando lex uel statutum imponit pœnam capitalem, seu capitis, semper intelligitur de mitiori ex illis tribus, & sic de exilio, seu deportatione: glo. est nota. in l. j. C. ne Christ. man. & tenet Bald. in l. fin. in fin. C. quæ res uendi non poss. Bal. l. quicumq;. col. 4. scias etiam. C. de ser. fug. plenè Raph. Cuma. conf. 138. & Imo. in d. l. 2. de publi. iudic.

## OBSERVATIO XLVI.

*Pœna stigmatis in facie hominis est illicita.*

**I**ncidit in quodam casu inter cætera quæstio, an pœna stigmatis in fronte seu facie alicuius impressa, de iure defendi posset? Et concludebatur, quod non: quia illa pœna est contra leges, præsertim tex. in l. si quis in metallum. C. de pœn. ubi notanter uult Imp. quòd cum facies hominis sit facta ad instar diuinæ imaginis, non debeat cicatricibus deformari: idemq; expressè tenet ibi glo. dicitq; Angel. statutum non ualere, nec seruandum esse, quod talem pœnam infligit. Idem quoq; tenet Alex. in addit. ad Bart. in l. cum in diuersis. 7. de religio. sequiturq; Ma-

ran. in suo Specul. par. 4. dist. 2. iudic.  
num. 8. & 9.

## Centuria II.

19

### OBSERVATIO XLVII.

*Hæres, dubitans de hæreditate, curare debet, ut citentur creditores per proclama, ad docendum de suis hæreditarijs debitis.*

**C**Autela est, quando hæres alicuius deliberat, an uelit adire hæreditatē, ut quia timet eam damnosam esse: ut curet fieri citationem per proclama, contra omnes creditores, ut ueniant ad edendum instrumenta debiti hæreditarij ipsi hæredi, ad hoc ut possit deliberare, an hæreditatem adire uelit uel non: quòd si creditores sic uocati ad præstitum diem non ueniant, nec de suis creditis doceant, sibi præiudicant, nec hæres ipsis amplius respondere obnoxius est. ita eleganter tradit, & consulit Bart. quem doctores commendant in l. Aristo. ꝛ. de iure deliber. & est de hoc notab. tex. in l. j. §. cum dicitur. ꝛ. si cui plus quàm per leg. Falcidiam. quod serua, tanquam memorabile.

### OBSERVATIO XLVIII.

*Instantiam non perire triennio in Camera.*

**I**N consistorio Imperialis Camerae, non perit instantia triennio, prout aliàs de iure tanto tempore perit in causis ciuilibus (licet in criminalibus tantum duret biennio) tex. in l. properandum, ibi Dd. C. de iud. sed perpetuò durat, prout etiam de iure Cano. per tex. ibi Abb. & Dd. in c. uenerabilis. & c. ult. de iudic. Ita tenet Bald. conf. 217. in fin. uol. 3. ubi allegat auth. sed lis. C. de temp. app. Sed Matth. de Afflic. decis. 283. post num. 4. refert contrarium, nempe dispositionem d. l. properandum, habere etiam locum in consistorio Principis, per glo. in Nouel. ut sponsal. larg. §. hoc quoq; & Nouel. de appella. §. ad hæc. Eius tamen opinio (ut iam dictum est) in Camera imperij non recipitur.

### OBSERVATIO XLIX.

*Appellatio ab interlocutoria non admissa, nisi etiam ab ista non admissione prouocetur, pro deserta habetur.*

**S**I quis appellet ab interlocutoria, & iudex non admittat appellationē, tanquam sex friuolis causis interpositam, tunc nisi ab ista non admissione seu denegatione appellationis interpositæ pariter appelletur, appellatio censetur deserta, nec potest tale gauamen reparari per appellationem à diffinitiuā: secundum Cardī. in cle. j. in glo. ult. uers. & ex hac. gl. de dolo & con. de quo uide etiam Innoc. in c. pastoralis. in glo. uerbi suspendat. de offic. deleg. & Matthesil. in nota. 22. quod signa, quia per hoc sæpius uidi appellantes illaqueatos fuisse.

### OBSERVATIO L.

*Appellans si attentet appellatione pendente, eam censetur deserere.*

**Q**Vando appellās pendente appellatione aliquid innouat, uel attentat in præiudicium aduersarij, ut quia ipsum spoliat, tunc ex hoc ipso censetur appellationem deseruisse. Est singularis doctrina Baldi in c. ex parte A. col. penult. uers. item scias. de testi. & Panor. c. ex parte S. col. 2. uers. pro declaratione. de rescript. quam etiam refert Matthesil. nota. 27. & pro ea est text. & quæ ibi notantur per Dd. in c. an sit. de appell.

### OBSERVATIO LI.

*Clerici, an & qualiter ad pœnam banni agere possint.*

**C**Lerici non possunt ad pœnam banni agere, quia incurrerent irregularitatem, cum banni pœna sit capitalis, saltem permissiue, &c. Quòd si agere uelint,

c 4 solum

solum ad restitutionem decernuntur illis in iudicio Camerae processus: atq; ita saluatus est processus capituli ecclesie Colonienſis Agrippinae, contra Ducem Cluſenſem. Et tali casu debent clerici nihilominus factum qualificare, super fracta pace publica, & protestari, quod non intendant agere ad eius poenas, per tex. in c. praelatis. de homicid. lib. 6. Et tunc non fit remissio, sed imponitur litis contestatio, & proceditur ad diffinitiuam quod ad restitutionem. Atq; ita iudicatum fuit in praedicta causa, 7. Ianuarij, anno 1540. Episcopis tamen Vuirzburgensi & Bambergensi, tanquam Principibus imperij, decreti sunt processus, super fracta pace contra dom. Alb. Marchionem Brandenburgensem, anno 1552. & hi ad poenas banni gerunt & obtinuerunt, ita quod praefatus Marchio j. Decemb. anno 1553. fuerit ad eorum instantiam in poenas banni declaratus.

## OBSERVATIO LII.

*Commissarij ab Imp. impetrati sunt delegati iudices, recusariq; possunt.*

Quod commissarij, qui uigore ordinationis Camerae impetrantur ab Imperatore, sint delegati, possintq; recusari, est decisum post multam disputationem in Camera, in causa Marchionum Badensium contra Baronem de Fleckenstein, & opinio Legistarum in materia recusationis confirmata, anno 1536. quae differentiam facit inter iudicem delegatum & ordinarium, ut delegatus indistincte uelut suspectus recusari possit, ut remoueatur: ordinarius non item, sed detur sibi adiunctus. iuxta Bart. & Dd. in l. apertissimi. C. de iudic. iure uero Canonico tam ordinarius, quam delegatus potest in totum recusari. c. si quis contra clericum. ibi Dd. de for. comp. Abb. c. cum speciali, in j. not. de appellat. dummodo causa legitima inferatur, & probetur, aliis recusatio non admittitur, ut dicit Abb. ibidem. & in c. super quaestionum. §. quem uero. de offi. dele. estq; de hoc tex. in c. secundo requiris. de appel. Secus est de iure ciuili, quia non oportet inferere causam suspicionis, iuxta Bart. in d. l. apertissimi, & glo. in l. quia poterat. ꝛ. ad Trebel. & glo. l. item si suspectus. de procur. post. Iaf. in d. l. apertissimi.

## OBSERVATIO LIII.

*Instrumentum cum libello productum non probat, nisi post lit. contest. repetatur.*

Si quis producat tempore oblatis libelli instrumentum aliquod, ex quo suam intentionem etiam fundet: tale instrumentum non probat, nisi post litem contestatam in uim probandi repetatur. Ita seruatum in causa maioris Iudaei in Mulden contra die Muller zu langen Enslingen: per ea, quae tradit singulariter Feder. de Senis conf. 160. num. 2. ubi dicit, quod probationes factae ad unum finem consequendum non sufficiant, nec fidem faciant ad alium finem, &c. per c. ueniens. 2. de testi. & nota in c. cum dilectus. de ord. cognit. in glo. hic patet. uers. sed quid si in modum exceptionis. Idem quoq; Matthesil. norauit in singulari 40. ubi uide latius.

## OBSERVATIO LIIII.

*Iudex leges & statuta ex causa potest transgredi.*

Iudices utcunq; iurauerint seruare leges, canones, & statuta: tamen ex magna & euidenti causa possunt etiam transgredi, iuxta Innoc. in c. canonum statuta. in ult. glo. de constit. Ex quo dicto infert Baldus in l. etsi seuerior. col. 3. C. de infra. quod in pupillo committente homicidium, possit iudex ratione aetatis commutare poenam mortis in aliam. Item propter metum periculi uel scandali possit legem transgredi: Bald. l. si quis filio. §. hi autem. ꝛ. de iniur. rup. test. excuseturq; in syndicatu, si ob multorum salutem



salutem statuta prætersiliat. Bal.l.observare.quæst.10.7̄.de offi. procon. & le. nec etiam periurus dici possit, qui ex causa rationabili transgreditur statuta: idem in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. Hoc idem dogma præ cæteris multis explicat & declarat Feli. in d. c. Canonum statuta. num. 48. & multas ibi illationes facit memoratu dignas, quibus multi Assessores saluari defendiq; possunt, ut dicit idem Bald. in c. 2. de re iud. Vide etiam Panor. in c. super his. de accusatio. & Ludo. Roma. conf. 308. in terminis propositæ quæstionis, & c. & in l. si uerò. §. de uiro. 46. Fallen. 7̄. solut. matri.

## OBSERVATIO LV.

*Positio plura capita continens, an ob unius falsitatem negari tota possit.*

Controuertunt Dd. an positio continens plures articulos, ob unius articuli falsitatem, possit negari tota? Nam Ioan. Andr. & Spec. tit. de litis contesta. parte 2. censent posse. Contra Bart. in l. j. §. si stipulanti. 7̄. de uerb. oblig. & Panor. in c. j. de plus petit. rectius tradiderunt, eam totam positionem generaliter negari non posse, quam partim ueram, partim falsam esse respondens credit. Et hanc sententiam, ut ueriores & Christiano homine digniores, Camera sequitur: quæ adeo uera est, ut obtineat, etiamsi unus tantum positionis articulus uerus sit, reliqui uerò omnes falsi: prout conclusum fuit in causa supremi magistri ord. Ioannitarum contra Comitem de Ostfrieslândt, mādati de restituendo, & c. 27. Octob. anno 1554. Idq; propterea, ut omne periurij periculum euitetur, & periculosa quorundam aduocatorum uersutia prorsus excludatur.

## OBSERVATIO LVI.

*Clausula, saluo iure impertinentium, effectus.*

Clausula, saluo iure impertinentium, magnam semper uim habet, tam ex parte respondentis, quam ex parte iudicis. Nam si litigator respondeat articulis, adiecta hac clausula: hæc protestatio facit, ut si positio, cui semel responsum est, postea impertinens reperiatur, pro non confesso habeatur respondens, nec ullum ipsi generetur præiudicium. Et sic etiam probatio reddita super tali positione impertinenti, quando admissa fuisset sub ista clausula, nullius momenti erit, prout tradunt Angel. Bald. Bart. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. prop. cal. & in l. si duo. §. idem Iulianus. 7̄. de iureiur. Sic etiam ex parte iudicis operatur hæc clausula, quòd si euidenter postea in processu appareat, non fuisse admittendas aliquas positiones, habeantur pro non admissis, & reñciantur etiam depositiones testium receptæ super illis: iuxta Ioan. Andr. Ioan. de Imo. & comm. doctores in c. cum contingat. de offic. deleg. Innoc. in c. quod ad consultationem, de re iudic. Bald. in Marga. uerbo exceptio. Hoc idem tradunt etiã Legistæ in locis suprâ citatis. Vide quoq; Francisc. Curt. in tractat. de positionibus, ubi idem firmat.

## OBSERVATIO LVII.

*Absolutio à iuramento semel facta sufficit ad totam causam.*

Quando aliquis impetrat absolutionem à iuramento, ut possit docere de iniquitate contractus, renunciationis, transactionis, uel alia qualitate, ob quam mereatur absolui à iuramento, si postea probet de illa qualitate: dubitatum fuit, an necessaria sit secundaria absolutio, uel prima sufficiat ad hoc, ut is postea possit infirmare contractum? Et uidebatur primam non sufficere, cum non fuerit relaxatio plena, sed solum quò ad effectũ agendũ, ut habilitetur ad aliud: ideoq; uideatur opus esse alia, ad effectum obtinendũ retractationẽ contractus. arg. c. ueniens. 2. de testibus. & per Bart. in l. nam & postea. §. si minor. 7̄. de iureiuran. Contrarium tamen decisum est in Camera, per ea, quæ scribit Castrenf. conf. 219. circa primũ quæsitum,

tum, dicens, quòd si per relaxationem iuramenti fuit data licentia ad agendum, uideretur etiam data ad impugnandum: arg. l. qui procuratorem.  $\bar{r}$ . de procurat. Deinde licet à principio relaxatio non fuisset plena, tamen repletur ex post facto probationibus factis. Sicut in simili dicitur, de bonorum possessione secundum tabulas, petita per heredem scriptum sub conditione: quia licet nunc non tribuat ius, sed nuda tantum facti administrationem. l. si quis instituitur.  $\bar{r}$ . de hæred. instit. existente tamen uel deficiente conditione, tribuitur plenius ius, nec est necesse, iterum bonorum possessionem petere. l. 3. §. sed etsi sub conditione. & ibi nota.  $\bar{r}$ . de bonor. possess. secund. tabu. Ita in nostro proposito, prima habilitatio ad effectum agendi, prodest ad finem obtinendi & peragendi, nec opus est de nouo superflua petere. Nō obstat d. c. ueniēs. quia loquitur in probatione ad effectum agendi facta summarie, quia tunc bene requiritur plenior ad finem obtinendi, &c. Felin. tamen in c. peruenit. num. 29. ad fin. putat tutius esse, quòd impetretur secunda absolutio: sed hoc in Camera non seruatur.

## OBSERVATIO LVIII.

*Conuentus actione reali uel mixta per nominationem domini, non euitat iudicium: & quando permiffa sit nominatio domini, uel non.*

**Q**uando conuentus actione reali uel mixta nominat dominum in iudicio, & ipse conuentus habeat ius in re, uel sit uasallus, aut emphyteuta, non euitat per hanc nominationem iudicium, sed nihilominus in causa procedere tenetur, etiam si super tota re simpliciter & in solidum conueniatur, & non solum super iure suo, per gl. opt. & ibi Cy. Bar. & alios in l. 2. C. ubi in rem act. Atq; ita iudicatum quandoq; fuit in Camera in causa Keineck contra Liechtenburg, 30. die Ianuarij, anno 1535. Verum cum in ista quaestione, an nominatio locum habeat pro rebus, in quibus conuentus habet aliquod ius, multum uariant Dd. ut uidere est apud Mar. Soci. in rep. c. quoniam frequenter. §. in alijs: ut li. non cont. ubi recenset quatuor opiniones, & Afflic. decis. 217. ideo pro conciliatione distinguendi sunt tres casus. Primus, si conuentus actione in rem, nullum ius ea in re habeat, sed solum detineat, ut est colonus, inquilinus, depositarius & similes: tunc debet nominare dominum in iudicio. Detentor enim ex sola detentatione conueniri potest. c. examinata. de iudi. l. officium. in fi. de rei uendi. unde ad effugiendum iudicium sibi dictatum nominatio ipsi conceditur. Secundus, si impetitus actione reali ius aliquod in re, quæ petitur, habeat, ut est emphyteuta, uasallus, superficiarius, &c. tunc si super suo tantum iure conuenitur, non est locus nominationi, cum ipse sit dominus illius iuris petiti. glo. & Dd. communiter in d. §. in alijs. aitq; Specul. tit. de pri. decr. §. restat, uers. sed quid si actor, dominum ea specie iudicium in se suscipere uolentem non esse audientem: quia tamen si ipsius interfit, naturalis tamen possessio, qua de tunc agitur, non domini, sed rei conuenti est. Verum sententia & actus eius iudicij non præiudicabunt domino proprietatis & senti. Tertius, si habens ius in re conueniatur super tota re in solidum, ut quia tota res simpliciter petatur, sicq; non solum de dominij & possessionis rei conuenti iure, sed etiam de directo domini absentis dominio sit controversia, admittenda est nominatio: nihil enim commune habet proprietatis cum possessione. l. ult. §. nihil commune.  $\bar{r}$ . de acqui. poss. Vnde emphyteuta & uasallus, si ratione utilis dominij, quod habent, conueniantur, dominum in iudicio recte nominabunt. Idem & de fructuario, & marito de rebus dotalibus, & similibus dicas, de quo uide Soci. post ceteros in d. §. in alijs. præsertim nu. 112. & 113.

## OBSERVATIO LIX.

*Desertio appellationis à iudice est attendenda, etiam parte non excipiente: & quando id non obtineat.*

**S**i appellatio est deserta, licet utraq; pars appellationem sit prosecuta, nō attendenda desertioe, nec mentione de ea facta usq; ad sententiā: iudex nō debet super principali

pali pronunciare: quod si facit, sententia est nulla, propter defectum iurisdictionis, quia prior sententia abiit in rem iudicatam. Debet ergo pronunciare appellationem desertam, per cle. si appellationem, & ibi gl. de appell. Paul. de Castr. post gl. in l. eos. 7. eod. Ita factum & practicum fuit in causa Sobeneck contra Schorten. item in causa Iosephi Bornlin contra Hoia Becker, die 5. Martij, anno 1550. Sed nec hoc casu partes etiam expressè possunt prorogare iurisdictionem. Tholos. decis. 244. in fin. Baldi auth. hodie. C. de appell. Prædicta tamen doctrina procedit, si ab utraq; parte appellatio est deserta: secus si appellans eam deserat, appellatus autem intra fatalia eam prosequatur, fortè confirmandæ uel reformandæ prioris sententiæ, uel etiam expensarum causa: quod ex communi beneficio appellationis ipsum facere posse, supra diximus, obser. 21. & hæc est notabilis limitatio, de qua uide etiam Panor. in c. ex parte. de rescript. & c. sæpe. post Anto. eod. tit. Feder. de Sen. conf. 108. & decisio. Tholos. 224. supra allegata.

## OBSERVATIO LX.

*Ad supra dictum axioma plures exceptiones annotantur.*

**Q**uod iam dictum est, iudicem appellationis non posse super principali pronunciare, quando reperit appellationem desertam: hoc aliquoties non obtinet. Nam si reperiat, priorem sententiam esse confirmandam, & partes in principali processerint, nihil opponendo de desertione, poterit nihilominus super desertione pronunciare, uel sententiam in priori instantia latam confirmare. ita factum quandoq; fuit in causa Scheffers contra Grünigen, 19. Januarij, anno 1543. & meo tempore in causa N. Beckin contra Reichenburg, 26. Augusti, anno 1551. Secus tamen est si in principali prior sententia uel infirmanda uel reformanda esset, quia tunc pronunciandum foret super desertione, & non infirmanda prior sententia: idq; propter defectum iurisdictionis, quæ propter desertionem remansit penes iudicem causæ principalis, uel certè ad eum reuersa est. l. si contra. & l. quoniam. C. de appel. Salic. in l. eos. eo. tit. lo. And. in c. in præsentia. de appel. & pulchrè Gui. Pa. conf. 47. quæst. 3. & conf. 69. nu. 11. Rursus non habet locum supradictum axioma (scilicet iudicem appellationis, si reperiat desertionem, non posse in causa principali iudicare) si is antea pronunciaffet se competentem, causam legitime deuolutam, uel non desertam esse appellationem: tunc enim ualet processus in negotio appellationis, licet reuera causa non sit deuoluta, quia uel nulliter appellatū, uel appellatio deserta. Ita tenet Imo. Ioan. Andr. & domini, in c. j. §. post hoc. de appellat. lib. 6. Anto. & Imo. in c. super literis. de rescript. Inno. c. 2. de dilatio. Idem in c. si duobus. ibi Philip. Fran. num. 20. de appel. & in c. Romana. §. si uerò. eo. tit. in 6. Bart. post glo. in l. 2. 7. si quis in ius uocat. Atq; ita obseruatum fuisse memini meo tempore, in duabus causis, uidelicet in causa Wormbs contra Mollenpeter, & in causa Rodemacher contra Kaidt & cōsortes. quæ omnia tanquam singularia diligenter obserua.

## OBSERVATIO LXI.

*Reductio ab arbitramento, ad quem iudicem fieri debeat.*

**R**eductio ab arbitrio boni uiri, coram quo iudice petenda sit, uariarunt doctores. Nam Lud. Roma. conf. 265. præsens, censet petendam coram eo, qui est iudex arbitratoris, ad instar appellationis. Quem etiã sequitur Math. de Afflic. decis. 51. licet dicat, hoc non esse decisum per sacrum concilium. Alij uerò frequentius censuerunt eundem esse ad iudicem rei, qui scilicet esset futurus iudex causæ, si actor uoluisset in iudicio litigare. ita Bar. in l. societatem. §. arbitratorum. 7. de pro. soc. Panor. c. quinta uallis, de iure. Bald. Ang. & Castr. in l. 2. C. ubi & apud quem. Idem uidetur tenere Alex. conf. 131. in prin. uol. 2. ubi hanc communem dicit, prout eum etiam refert Couerru. in reso. lib. 2. cap. 12. in prin. Et pro hac posteriori opinione fuit iudicatū in Camera Imp. in causa Antonij Ledem contra Eberhardū Prenz, 7. Octob. anno 1542. in pleno cōsilio, fueruntq; denegati processus, & ad ordinariū rei causa remissa. Et hæc opinio-

opinionē uelut communiorē Marantha quoq; approbat in suo Spec. par. 6. in tract. de appell. §. reductio. nu. 114. allegans pro corroboratione, quod arbitramentum sit quaedam transactio. Quemadmodum ergo uolens impugnare transactionem, adire iudicem rei debet: sic etiam ueniens contra arbitramentum. Quod tamē declarat & limitat, nisi ex forma alicuius statuti haberent lauda executionem & actionem: quia tunc ad iudicem arbitratoris recurrendum esset, per ea quæ dicit Bart. in d.l. 2. C. ubi & apud quem, & est apud Panor. in c. quinta uallis, de iure iur.

## OBSERVATIO LXII.

*Terminus nō habetur pro circumducto, quandiu nuncius est in mora: sicut nec impedimentum, quod ex parte iudicis prouenit, parti imputatur.*

**Q**uando impedimentum uenit ex parte nunciij tardius processus afferentis, ita quod non possit in iudicio intra terminum eorum reproductio fieri, tunc nō habetur terminus pro circumducto, nec opus est restitutione: prout decisum est meo tempore per Assessores Camerales in causa Ioannis Henne & consortium contra die Schuster vnd Gerber zunfft zu Hildesheim, 7. Junij, anno 1550. Quemadmodū enim nihil imputatur parti, quando impedimentum ex culpa iudicis prouenit, iuxta auth. item si appellatione. C. de temp. appell. & Bal. in l. quibus diebus. ꝛ. de condit. & demonst. sic quoq; in prædicto casu, quia culpa nunciij tardius processus afferentis circumductus fuerat terminus, impedimentū illud nō attendebat à dominis.

## OBSERVATIO LXIII.

*In appellatione terminus pro circumducto quando habeatur.*

**Q**uidam appellans impetrauit citationem contra appellatum, in termino neuter eorum comparuit, deinde post terminum, & tres iuridicas effluxas cōparuit appellās, & appellationem uoluit prosequi: appellatus allegauit circumductionem terminū, iuxta ordinationem Camere, quæ ait circumduci terminū, quando actor, qui curauit citari, non cōparet in termino: quærebatur an esset audiendus? & responsum fuit, eum non esse audiendum: quia prædicta locum habent in causis primæ instantiæ, non etiam in causis appellationis, in quibus redeundum est ad ius commune, nempe quod non obstante circumductione, quia scilicet in termino neuter litigatorum comparuerit, possit postea procedi sine noua citatione. Ita decisum est in pleno senatu, 29. Nouembris, anno 1548.

## OBSERVATIO LXIIII.

*Appellatus etiam post terminum comparens potest petere proclama.*

**Q**uid autē si in termino præscripto, neq; appellans neq; appellatus compareat, & postea appellatus cōpareat, petatq; proclama sibi decerni aduersus appellantem absentē, an sit decernendum? Conclusum fuit, quod sic. atq; ita factū in causa dei Sundterben contra Steuen, die 6. Nouemb. anno 1554.

## OBSERVATIO LXV.

*Suspectus de fuga capi potest, etiam à iudice incompetenti.*

**S**uspectus de fuga potest capi etiam per iudicem prorsus incompetentem, ueluti si iudex laicus iuberet capi clericum: nam contra capturam personæ factam propter suspicionem fugæ, non potest opponi de incompetentiā iudicis: ita Alex. Lud. Rom. & Iaf. in l. 2. ꝛ. de iurisdic. om. iur. & in l. pleriq; ꝛ. de in ius uocan. ubi refert sic ex facto consultum respondisse Petrum de Anchar. cons. 192. in auxilium ueritatis. Pro quo dogmate facit: quia si debitor suspectus de fuga potest capi per ipsum creditorem, & sic per priuatam personam. l. ait prætor. §. si debitorem. ꝛ. quæ in frau. cre. multo magis per iudicem, utcūq; incompetentem: arg. l. ult. C. de malef. per l. generali. C. de decur. lib. 10. Quorsum pertinet etiā, quod Alciatus annotauit, clericum

clericum delinquentem, si sit suspectus de fuga, capi posse, ut episcopo suo tradatur sine metu excommunicationis, episcopo ratum habente uerè uel fictè: in c. cum nō ab homine, de iudi. num. 94. ubi ita communiter teneri ait. Adde prædictis etiam gl. singul. in §. in multis. uerbo, in transitu. Instit. de liberti. (quam Bald. in l. consentaneum. C. quo. & quan. iu. & alibi sæpe commendat) ubi tradit regulam, quòd quando actus aliquis sine permissione iudicis fieri potest, si autoritas iudicis interueniat etiam minus solenniter, nihil uitiet: idq; multis similibus tendentibus ad hanc regulam comprobari posset, quæ apud Ias. in l. uinum. in glo. magna. ꝛ. si cer. pet. congesta reperies.

## OBSER. LXVI.

*Si multi sint consortes unius appellationis, an singulorum nomina ad obtinendos processus exprimi debeant.*

**Q**uæsitum aliquando fuit, an sicut in obtinendis siue extrahendis processibus contra hæredes, tutores, auxiliares, cōplices, &c. necesse est uigore ordinationis Camere singulorum nomina specificare: ita etiam idem seruandum sit, quando sunt multi consortes unius appellationis? Et conclusum fuit, quòd non sit necesse. Idem quoq; est si sint multi concreditores expressi in actis: sicut olim decisum est in pleno consilio, 28. Septemb. anno 1541. in causa Comitum de Mansfeldt contra Mansfeldt. Nec obstat allegata ordinatio: quia hi non sunt similes personis ibi expressis, requirunt enim quandam causæ cognitionem, & legitimationē ad initium, an scilicet sint hæredes, uel tutores, uel complicēs.

## OBSER. LXVII.

*Laicus sicut in spiritualibus, ita etiam inter personas Ecclesiasticas iudex esse nequit: fallit in iudicio merè possessorio. Clerici compromittere possunt in laicum, ut ualeat tanquam per pactum.*

**V**ulgati iuris est, laicum non posse esse iudicem in causis spiritualibus, nec inter personas Ecclesiasticas, adeò quòd nec compromitti possit in laicum, iuxta Dd. in c. contingit. ext. de arbit. Si tamen uersentur in mero possessorio, etiam laicus dicitur competens iudex, ut cuncq; causa sit spiritualis: ut tradunt Innoc. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in c. fin. de iudi. Aetiologia est, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, ut dicit Archid. in c. j. de restit. spol. & Zabarel. Cle. dispendiosam, de iudi. probatq; Guid. Pap. consil. 68. num. 3. & consil. 78. ad fin. allegando gl. in c. literas. de iur. cal. Et quòd in interdicto tam recuperandæ, quam retinendæ possessionis cognitio etiam pertineat ad iudicem laicum, determinant Guid. Pap. decis. j. & 58. ubi refert ita obseruari in Curia Parlamenti Parisiens. & Delphinalis: & Nico. Boer. decis. 69. num. 29. ubi latius uide. Idem quoque dicendum de compromisso, quòd scilicet clerici possint consentire in sententiam laicorum, ut ualeat tanquam per pactum, sicut Panor. ex facto consultus respondit consil. 33. par. 2. idemq; Feli. docuit in c. 2. num. 8. de iudi. Atq; ita determinarunt etiam Domini Assessores in quinta causa episcopi Herbipolens. contra Abbatem Fuldens. relat. 4. die Febr. anno 1552. Sunt & alij multi casus, in quibus iudex laicus suam iurisdictionem exercere potest aduersus clericos: nos (quia sapiusculè de hoc controuerti scimus) potiores in unum uelut fasciculum conuertemus, cætera relinquentes commentarijs. Primus est, si clericus agat aduersus laicum coram iudice seculari: nam reconueniri ibidem à laico potest: quæ sententia ut cuncq; multum controuersa, crebriori calculo obtinuit: autore Bart. in auth. & consequenter. C. de sent. gl. c. j. de mut. peti. & Bald. l. 2. §. sed si agant de iudi. ubi ait, hanc esse prorogationem legalem. Vide etiam Specu. de recon. §. nunc dicemus. uers. sed pone clericus: ubi limitat eam non procedere, si clericus reconueniatur uel de causa spirituali, cuius sit incapax iudex laicus, uel de causa criminali, quæ infamet, uel deniq; laicus data opéra & malitiosè iniuriæ clerico, ad hoc ut conuentus coram laico ipsum ibidem reconuenire ualeat. Deinde si clericus

f succumbat

succumbat coram iudice laico, rectè in expensas condemnatur: Imo. & Felin. c. at si clerici, in fi. de iudi. Tertio si clericus citetur à iudice laico, ut compareat si sua interesse putauerit, ualet citatio: nam si compareat, dicitur ut actor, non ut reus comparere, & sic sua comparitio est uoluntaria, Bald. Castr. & Alexand. in l. testamenta omnia. C. de test. Quarto si clericus sequester electus sit à iudice laico, potest per eum compelli, ut sequestrum restituat: Bald. & Ias. l. si fideiussor. §. ult. qui fat. cog. per tex. in l. fin. §. pen. C. de bo. aut. iud. possi. Quinto si clericus minor litigare uelit coram iudice laico, dabit illi curatorem ad litem. Nam ( ut alibi diximus ) talis curator ad litem semper ab eo, coram quo lis uertitur, dandus est. Bald. l. fin. C. de adm. tut. per tex. c. fin. de iud. lib. 6. Sexto potest iudex laicus cognoscere de causa spirituali inter Iudæos uel infidèles, cum hi sint extra ecclesiam: ita Alexand. in l. Tria. col. 3. uers. uel secundo. 7. sol. matri. Anchar. c. ea quæ in quæst. de reg. iur. lib. 6. Septimo absolute à iuramento concessa per iudicem Ecclesiasticum, potest secularis de eius nullitate cognoscere. Felin. c. j. col. 5. uers. possit etiam secularis de iure iur. Anchar. consil. 382. retento ordine. Octauo iudex laicus potest clericum delinquentem capere, deprehensum in crimine uel rixa, non tamen ut ipsum detineat, sed præsentet iudici ecclesiastico. Bald. l. si qua per calum. uers. sed quæro. C. de ep. & cle. Dd. communiter in c. cum non ab homine. de iudi. Si tamen in clericali habitu incedebat, aliàs secus: Bald. ibidem. uers. sed ponamus. Nonò clericus per Episcopum degradatus potest puniri à iudice seculari. text. & ibi Dd. c. nouimus de uerb. sig. & d. c. cum non ab homine. Specul. plenè de accusat. §. secundo loco, ubi latè materiam degradationis profequitur. de quo uide etiam Gem. in c. degradatio. de pœnit. lib. 6. Postremo ratione fundi, quod clericus à laico tenet, sortitur forum coram iudice laico. c. ceterum. de iudi. c. ex transmissa. & c. uerum. de fo. comp. Idem quando est autor laudatus, per l. uenditor. ibi Dd. 7. de iudi. & Abb. c. fin. de emp. & uend. Sunt & aliæ pleræque species, quas, quia non carent controuersia, omisimus, de quibus uide Aufre. in repet. cle. j. de offi. ord. ubi congeffit 62. fallentias ad regulam, quòd laicus inter personas ecclesiasticas, & super iure ecclesiastico, non possit esse iudex.

## OBSER. LXVIII.

*Decendium ad appellandum nõ potest prorogari per partes, licet quòd ad fatalia sit secus.*

**D**ecendium, quod datur ad appellandum, non potest prorogari per partes, etiam si hoc fieret per modum compromissi: nam etsi compromissum inter partes factum sit, per hoc non impeditur cursus decem dierum, qui ad appellandum de iure conceduntur. Vnde si non sit appellatum intra decendium, appellatio dicitur deserta. Secus tamen est in fatalibus, quæ ad prosecutionem appellationis de iure indulgentur, quia illa possunt prorogari, tam per compromissum, quam etiam aliàs per consensum partium: ut per Zabarel. post Paul. de Leaz. in cleric. quamdiu. de appellatio. & uide text. in auth. si tamen. C. de temp. appellationis. & Guid. Pap. decis. 115. & decis. 240. ubi dicit, etsi appellans & appellatus ineant compromissum sine temporis præfinitione: tamen per lapsum triennij compromissum non dicatur desertum, ac per consequens nec appellatio ipsa deserta, per d. auth. si tamē. sed requiri, quòd post arbitrium desertum biennij effluerit, ut ibi per eum. atque ita in Camera non semel obseruatum fuisse memini.

## OBSER. LXIX.

*Citatio ad domum executi, citato alibi ex sua culpa absente, ualet.*

**I**n causa agitata inter Christophorum de Weisberg cõtra Dominum Philippum Landtgrauium Hassiæ, & c. uariantibus sententijs controuersum est, & tandem maioribus uotis conclusum, quòd citatio tanquam ad domum facta ualeret, citato alibi sua culpa detento, & incarcerato, etiam in causa fractæ pacis. Atque ita seruatum

uatum in Camera in prædicta causa, & tum præfatus Landtgravius Hassiæ erat in custodia Caroli v. Imperat. utrum aliàs sufficiat citatio ad domum, uide Bar. in l. dies. §. prætor. ꝛ. de dam. infec. & in l. j. in prin. ꝛ. de liber. agnos. Item an citatio facta in personam uxoris, uel ad domum habitationis uiri sufficiat, pulchre tractat Guid. Pap. decif. 445. & conf. 121. ubi uide.

OBSER. LXX.

*Executio post desertam appellationem statim facienda.*

**Q**uando appellatio deserta est, sententia statim debet mandari executioni, nec habet condemnatus quadrimestre tempus, uel aliam dilationem legalem, ad soluendum, uel præstandum id, in quo est condemnatus: per glos. notab. que incipit nonne. in l. 2. C. de tēp. app. quam dicit singularem, & perpetuo mente tenendam, Paul. de Castr. ibidem. uers. Item nota gl. quæ, &c.

OBSER. LXXI.

*Iuri adeundi hæreditatem, uel se immiscendi, quanto tempore præscribatur?*

**V**ariant Doctores, quanto tempore præscribatur iuri adeundi hæreditatem, quod extraneorum hæredum est, uel se immiscendi, quod suis hæredibus competit. Et quod ad aditionem hæreditatis attinet, communior opinio est (quæ etiam Camera sequitur) quod huic iuri præscribatur spacio triginta annorum, sicut & alijs iuribus: cum hæreditatem adire sit ius, & non facultas facti, per tex. in l. si mater. ibi Castr. de inst. & subst. sicq; quod post triginta annos hæreditas delata non possit amplius adiri: & hanc communem sententiam late firmat Bald. post glos. in l. licet. per illum tex. C. de iure deli. quem Alexand. & Ias. ibidem sequuntur, idēq; tenent glos. & Dd. in l. 3. ꝛ. de acqui. hære. & l. j. C. quan. non pe. par. & c. Bar. in l. j. ꝛ. de cond. ex le. & l. filio præterito, ubi etiam Moder. ꝛ. de iniur. rup. Castr. in l. si quis suus. ꝛ. de iur. delib. Et quamuis Salic. in d. l. licet. per multa argumenta teneat contrarium: tamen ei satis respondet Corne. consil. 305. circa primum. col. 3. lib. 3. & consil. 17. circa præsentem consult. & consil. 70. duo ueniunt. uers. his tamen non obstantibus. eo. lib. item Roman. consil. 71. uis dubijs, & Fran. Balb. de præscript. in 4. parte. 4. quæst. princip. quæstio. 19. An autem idem locum habeat in iure immiscendi, quod (ut dixi) suis hæredibus competit, quod & huic 30. annis præscribatur? Glos. & Dd. in d. l. licet, communiter tenent, tanto huic tempore præscribi: Iason contra nullo unquam tempore iuri immiscendi præscribi asserit, quia cum suus iure ciuili sit hæres necessarius, non potest queri de aliqua præscriptione. Nec obstat, quod etiam suus hæres beneficium abstinendi iure habeat prætorio. §. sed his permittit. Inst. de hæred. qua. & diff. quia illud non habeat locum, nisi ubi est utile filio. l. si filius, qui patri. ꝛ. de uulg. & pup. sed si posset præscribi, damnosum id foret filio, ergo, &c. quod & Ang. uoluit in d. l. j. C. quan. non pe. par. ibi Alexan. & Castr. in l. fin. C. de rep. hæred. Vide plura apud Ias. in d. l. licet, num. 34. & 50.

OBSER. LXXII.

*Præscriptio agendi ad supplementum legitimæ, requirit 30. annos.*

**Q**uamuis Bart. in l. si quis filium. in fi. C. de inoff. test. tradat, iuri agendi ad supplementum legitimæ præscribi quinquennio, ad instar querelæ inofficiosis: tamen eius opinionem, Bald. Salic. & Castr. reprobant, aientes, requiri triginta annorum spacium, ad talem præscriptionem, sicut in alijs personalibus actionibus. Quod etiam tenet Angel. in l. Papianus. §. si conditioni. de inoff. test. & Alex. conf. 128. consideratis uerbis instrumenti, lib. j. & consil. 8. lib. 3. item Ang. Areti. in prin. Insti. de inoff. testa. ubi dicunt illam esse communioem. Et dicebant domini, cum illa quæstio in Camera incidisset, prædictam opinionem non solum ueram esse in supplemento legitimæ, sed etiam in ipsa legitimæ iure naturæ debita filio, &c. id quod etiam Dd. in locis supradictis fatentur.

f 2 OBSER-

OBSER. LXXIII.

*Exceptio dilatoria successuum tractum habens, quando cūq; etiam post litem contestatam rectè opponitur.*

**E**Xceptio habens grauamen successuum, & nō momentaneum, quamuis sit dilatoria (qualis est exceptio loci suspecti, uel non tuti) potest quando cūq; opponi, etiam post litem contestatam. ita in quadam causa concludebāt domini, ex dicto Archid. qui hoc tradit 3. quæst. 6. in summa, & §. exceptio, & in c. hortamur. 3. q. 9. quod pro eleganti & memorabili commendat Alex. in l. de ætate. post num. 11. ꝛ. ad Trebellia. ubi multa pulchra congeffit de exceptione loci non tuti seu pestilentis, an & quando locum habeat: item quando citatus ad locum non tutum comparere teneatur, uel appellare: de quo etiam per Dd. in c. ex parte. c. si duobus. de appel. ibi Io. Andr. Butri. & Imo. & Inno. in c. significantibus. de no. ope. nun. Bart. l. 3. C. de app. reci. & l. ait prætor. §. permittitur. ꝛ. de mino. idem quoq; Bald. tenet in l. peremptorias. C. senten. resc. non pos. & l. as. in §. rursus. & §. fuerat. Institut. de actio.

OBSERVAT. LXXIII.

*Denegatio uel dilatio iusticia requirit documentum.*

**Q**uamuis in ordina. Camerae disponitur, in 2. parte tit. 8. §. 13. contra iudices aut commissarios, qui uigore ordinationis pro prima instantia dantur, etiam habere locum constitutionem de denegata uel protracta iusticia, si intra annum causam non determinent: tamen non creditur narratis partis, uel supplicantis, etiãsi asserat, à tempore, quo introducta fuerit causa, annum effluxisse: sed opus est documento aliquo, propter uerbum (Kundlich) in constitutione, denegatae uel protracte iusticiae, in ordinatio. fol. 114. Atq; ita supplicanti N. Colmetschen contra Duces Saxoniae, decretæ sunt promotoriales ex officio, uel quod documentum exhiberet denegatae uel dilatae iusticiae: idemq; meo tempore multoties obseruatum fuit.

OBSER. LXXV.

*Salarium prohibitum comprehendit etiam ultrò oblatum: & quibus casibus id non procedat: item quando iudici liceat aliquid accipere, uel non.*

**S**tatutum, uel ordinatio prohibet, ne recipiatur salarium, cum uerba ista sint generalia, & comprehendant etiam sponte soluentem, non potest quis etiam ultrò oblatum recipere. ita concludit Dec. post Bart. in l. inuitus. §. quod cuiq; ꝛ. de reg. iur. allegat tex. in c. exigit. de cens. lib. 6. ubi sicut non potest quis exigere, pariter à sponte soluente recipere prohibetur: & text. in l. j. C. pub. lat. uel cons. lib. 12. uers. accipientem, ubi dicitur, pari poena puniri illum qui accipit à sponte dante, & illum qui exigit, quem Io. de Pla. ibi ad hoc notat. Hoc tamen intelligitur procedere, si agatur de interesse publico, & in casibus à iure expressis: aliàs secus. quia quedam honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur, ut dicit text. in l. j. §. proinde. de nar. & ext. cog. Fallit item supradictum dogma, si quis prohibetur petere: quia per hoc nō censeretur prohibitus accipere ab eo, qui sponte præstaret: per c. dilectus. 2. in fin. ext. de simo. Caterum an iudices munera, uel esculenta & poculenta accipere possint, uide quæ latissimè scribit Matth. de Affl. in Comment. Reg. Sicil. in constit. incip. Capitaneorum, in prin. num. 24. & 26. fol. (mihi) 120. Vbi in quaestione ista, an & quando liceat iudici aliquid accipere, sic distinguit: Aut uolo dare iudici pecuniam ob iuris mei retentionem, siue redemptionem, uel causæ expeditionē, & non licet, l. ut puta. §. fin. ꝛ. de con. ob tur. cau. & l. quæ explicādi. ibi Ang. C. de accus. Aut ad corrumperendum iudicem, & tum non modò non licet, sed punitur etiam, iuxta l. 2. C. de poe. iud. qui ma. iud. cum simi. Aut pro amicitia, & tunc possum solum dare, & ille recipere esculentum & poculentum, quod intra paucos dies consumitur. l. plebiscito. ꝛ. de offi. præsi. ibi Gul. de Cun. Aut uolo dare iudici, uelut meo consanguineo, ratione coniunctionis, & possum ei dare, quātum uolo. l. j. in fin. ad l. lul. rep. Aut uolo dare ob



dare ob impensi laboris remunerationem: & tunc interest, an sit ordinarius iudex, & habeat salariū à Principe, uel ex publico, & tunc nihil potest recipere: ut dicit Auth. scriptum exemplar. post tit. sine quoquo suffrag. & habetur in c. j. ne præla. ni. si. nisi esculentum & poculentum, quod breui sit duraturum. d. l. plebiscito. Specul. tit. de sala. §. j. uerf. si uerò est ord. An uerò sit delegatus, & tunc habebit sportulas secundum cuiusq; loci consuetudinem: ut in Nouel. de iudi. §. ne autem labor. fa. l. qui ordinaria. C. de offic. rec. prouin. Alexand. l. 2. ꝛ. si quis in ius uo. non ie. Delegatus autem à Papa nihil recipere debebit, quàm esculenta & poculenta: c. statutum. §. in super. de rescri. lib. 6. uide de hoc latius per text. & Dd. in d. l. plebiscito. ꝛ. de offic. præf. & Alexand. consil. 205. uiso themate. uol. 2. Anchar. c. statutum. §. in super, & ibi Archid. & Ioan. Andr. de rescrip. lib. 6. Alber. Rosa. & alij, in l. solent. §. ult. ꝛ. de offi. proconf. & lega. Bart. in l. lex Iulia. ꝛ. ad l. Iul. repetun. Salic. in l. iubemus. C. eod. & Specul. tit. de sala. §. j.

## OBSER. LXXVI.

*Iudici non potest remitti iuramentum.*

**N**on ualet statutum, nec consuetudo, quòd iudicibus remittatur iuramentum, quia hoc materiam delinquēdi daret: quod axioma pluribus explicat Roch. de Curt. in repetit. c. ult. col. 13. ubi multa allegat, ext. de consuetu.

## OBSER. LXXVII.

*Appellatione deserta, an deseratur nullitas.*

**V**etus quæstio est, & à multis annis controuersa, an si appellatio, & nullitas simul deducantur in iudicium, deserta appellatione, censeatur etiam deserta esse nullitas: ita quòd postea nullitas non uideatur amplius in iudicium deduci posse: de qua per Dd. in l. si expressim. ꝛ. de appell. ubi Bart. nullitatem non putat concedere: & in l. cum quærebatur. ꝛ. de re iudic. ubi alij tenent contrarium: quibus accedit Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ꝛ. de pact. per efficaces & uehementes rationes, quas ibi uidere licet. Et idem sequitur Cardi. in cle. si appellationem. de appellat. Verum hæc contentio cum incidisset, ego dicebam, eam conciliari posse distinctione, ut scilicet distinguamus inter nullitatem incidenter propositam, & nullitatem principaliter in iudicium deductam. Nam si appellatio & nullitas simul proponitur, deserta appellatione, nullitas quoq; intercidit, uelut accessoria & incidenter proposita: per l. cum principalis. de reg. iur. & c. accessorium. eod. tit. lib. 6. adeò quòd appellans tali nullitati sic incidenter & accessorie propositæ, non possit amplius insistere, cum censeatur cum ipsa appellatione, uelut accessorium cum suo principali, pariter sublata esse. Et hoc est, quod Baldus dicit in d. §. qui prouocauit, nullitatem in appellationis uentre claudi. Sed inde non inferitur, quòd propterea in alio & nouo iudicio, nullitas intra triginta annos non possit principaliter deduci: cessat enim hoc casu prædicta ratio, quoniam talis nullitas, quæ principaliter proponitur, nullam habet cohærentiam cum causa principali, nec ad eam accessorie uenit: ideoq; de una ad aliam malè inferitur. Et ita uidetur etiam uoluisse Guid. Pap. consil. 10. & consil. 185. & Ferra. in for. appe. ab interlo. uerb. in his scriptis prouocare. Et hanc distinctionem tum secuti sunt Domini Assessores, & secundum eam deciderunt in causa Ioannis Serber contra Alexandrum Fabri, 10. die Decembr. anno 1550. Et postea in causa nullitatis N. de Zisdeck cōtra Kasveldt. 7. Decemb. anno 1554. Facit ad prædicta, quòd etiam sub uerbo (appello) simpliciter prolato, nullitas tanquam connexum includatur, iuxta Bald. l. j. C. quando prouoc. non est nec. Zas. d. l. cum quærebatur. ubi allegat. l. Carmelia. ꝛ. de iure patro. quod si ita est, consequeretur nullitatē semper deseri appellatione deserta, etiamsi expressim non esset deducta, cum sub uerbo (appellare) intelligatur etiam nullitas, per supradicta: quod tamē ex communi interpretum sententia falsum esse constat. Quare distinguendū, ut supra diximus: sicq; Iurisconsultorum ea in re diuersæ opinioniones conciliandæ uidentur.

OBSER. LXXVIII.

*Iurans nō reuelare secreta, an turpia & illicita reuelare possit sine periurio?*

**I**urans non reuelare secreta, potest nihilominus sine periurij reatu turpia & illicita reuelare: per gl. in c. ego N. in uerbo, Pandam. ext. de iureiur. quam ad hoc notant Panor. & ceteri, eamq; tanquam singularem commendat Roman. singul. 506. & Feli. in d. c. ego N. ubi multa allegat in penul. col. iuramentum enim de non reuelando, non extenditur ad inhonesta & turpia, sed de honestis tantum, & alijs nō nociuis intelligitur. Debet autem eo casu reuelari non omnibus, sed ei tantum, cui potest prodesse & non obesse, ut dicit ibidem gl. & facit ad idem tex. cum glo. in c. nerui. uerf. contagione. 13. distinct. Ceterum an dicens alicui secretum, & subiungēs, hæc dico tibi in confessione, possit reuelare? Vide Abb. in c. qualiter. j. in fin. de accusat. & Innoc. in c. omni. in fin. de pœni. & remis. & Card. conf. 38.

OBSER. LXXIX.

*Transactio super fracta pace fieri potest, saluo tamen iure fisci.*

**C**rimen fractæ pacis licet sit publicum, potest tamen & ante & post sententiæ banni, inter partes super eodem transigi: id enim ordinatio Camerae expressè permittit in 2. parte, tit. 18. saluo tamen iure fisci, & c. idq; contra notata in l. accusationem. C. qui accus. non poss. & l. transigere. C. de transact. ubi traditur in publicis criminibus, quæ pœnam sanguinis non ingerunt, ut cunq; aliàs de pœna etiam capitali agatur, transactionem esse illicitam: idq; ut crimina puniantur, quod publicè interest. l. ita uulneratus. 7. ad l. Aquil.

OBSER. LXXX.

*Minoris bona an uendi possint?*

**I**n ea quæstione, quando contra minorem procedi ualeat ad bonorum uenditionem, relictis superfluis, sic distinguendum est: aut minor curatorem habet, & iste curator uel defendit eum, & tunc uia ordinaria proceditur: aut non defendit eum, sed latitat, uel negligenter defendit, tunc creditores immittuntur ex primo decreto, & postea fit uenditio, sed minor recuperabit omne damnum à curatore negligente, uel latitante. l. 2. & l. ult. C. si tut. uel cura. Aut minor non habet curatorem: tunc refert an poterat habere curatorem, & noluit, uel non fecit diligentiā, ut inueniret, & tunc proceditur ad uenditionem. iuxta l. si minor. 7. de bon. autho. iud. possi. quia est, quod sibi imputetur. Aut non potest inuenire curatorem, nec aliquis est, qui eum defendat, ita quod ei nihil imputari potest: & tum non proceditur ad bonorum uenditionem sine delectu, sed seruandus est ordo, de quo in l. Fulcinius. §. adeo. 7. quibus ex caus. in poss. eatur.

OBSERVAT. LXXXI.

*Additionalis articuli in causa purgationis admittuntur quidem ad probandum, sed reus ad eos respondere non compellitur sine noua citatione.*

**I**n ordinatione Camerae inter cetera disponitur, in causis purgationis, priusquam citentur suspecti de crimine uiolatæ pacis publicæ, offerendos iudici articulos suspicionis, eosdemq; citationi inferendos esse. Dubitatum fuit, an si postea in processu is, qui citari fecit aliquem, producat additionalis ad priores, illi sint admittendi, cogendusq; reus eisdem respondere? Et concludebatur in pleno senatu, admittendos quidem esse additionalis ad probandum: ipsum uero reum ad respondendum desuper sine noua citatione compellendum non esse. Ita decisum olim fuit in causa fiscalis contra Seb. de Obingen, tãquam receptatorem nobilis de Veningen banniti, 17. die mensis Decemb. anno 1530.

OBSERVAT. LXXXII.

*An post purgationem obtentam quis denuò accusari possit?*

**A**n post purgationem accusator denuò admitti possit ad accusandū super eodem crimine, dubitatum fuisse memini, per ea quæ tradit Panor. in c. ex tuarū. num.

num. 5. de purga. Cano. Sed crebrius obtinuit accusatorem, si uelit probare, quòd iurans peierauit, admittendum esse, quia iuramentum purgationis est iudiciale, contra quod recipitur probatio, iuxta notata Dd. in l. admonendi. 7. de iureiur. Hostien. in sum. de purgat. Cano. uers. an purgat. Cano. uers. an purgatus. in fin. Et de hoc uide etiam per gl. in c. Mannam. 2. q. 4. & Archid. in c. habet hoc proprium. circa fin. 2. quæst. 4. ubi concludit, quòd post purgationem nò admittatur accusator, nisi in certis casibus, de quibus ibi per eum, & Innoc. in c. peruenit in glos. uerbi incestus. de pur. Cano.

## OBSER. LXXXIII.

*Pignorans si ius suum non deducat in termino citationis, ei id amplius faceere non licet.*

**Q**uando emanarunt processus ex constitutione pignorationis, & pignorans non deducit intra præfixum terminum causas factæ pignorationis, tunc solet ei præcludi uia id denuò faciendi, saltem quò ad præsentem pignorationem, absoluiq; is, qui obligatus erat se sistere pignoranti, si probasset ius pignorationis. Et seruatur talis forma, quòd ipsi uia deducendi suum prætensum ius pignorandi siue capiendi præclusa esse, absoluiq; debeat is, qui se pignoranti tenebatur sistere, & c. Das ihm der wegf seiner angemasten gerechtigkeit angezogener haffspandung/ vnd gefengnushalb weiters furzubringen hiemit verschlossen/ vnnd der verstrickt von seiner versprechung erledigt sein soll, & c.

## OBSER. LXXXIIII.

*Mandatum procuratoris quando morte principalis extinguatur.*

**R**egulariter moriente principali ante litem cõtestatam, per eius mortem extinguitur mandatum procuratoris, tanquam re adhuc existente integra. l. nulla. C. de procura. l. mandatum. 7. mandati. Hoc tamen cessat, si dominus satisfecit de iudicato soluendo procuratore consentiente: quia tunc mandatum morte mandantis non finitur, docente Bart. in l. si defunctus. 7. de procura. Et dicit Bald. ibidem, quòd mors domini procuratorem hodie ferè nunquam reuocari faciat, propter clausulam satisfactionis, quæ instrumentis procuratorijs semper solet adijci: per tex. in cl. j. de procur. Atq; ita obseruatum fuit in causa Hadelini de Ponte contra Laurètium Marischalcum & consortes, anno 1548.

## OBSER. LXXXV.

*Certificatio introductæ appellationis omissa si sit, executio sententiæ non reuocatur in uiam attentati.*

**S**i appellans prætermittat certificare iudicem à quo, termino præfixo de introductione appellationis, quamuis ob id appellatio non censeatur deserta: poterit tamen ipse iudex suam exequi sententiam, nec retractabitur in uiam attentati executio, sed tum demum ut iniusta reuocabitur, si appellans coram iudice appellationis obtineat. ita conclusum in Camera, per ea quæ notantur in c. personas, & c. cum, & c. irreprehensibilis, de appellat. Idem tenet domini de Rota, decis. 94. si iudex, in Nouis, & Butr. in c. ex insinuatione. de appellat. Card. cl. j. quæst. 23. eo. tit. & Feder. de sen. consil. 27.

## OBSER. LXXXVI.

*Testis in diuersis iudicijs contraria deponens, an fidem faciat?*

**Q**uando testis in uno iudicio inter aliquos habito deposuit sub iurisiurandi religione unum, & deinde in alio iudicio contrarium testificetur, mediante iuramento, dubitant Dd. cui dicto sit standū? Nam Spec. in tit. de teste. §. j. uers. quid si testis secūdò inductus, uideatur tenere, neutri depositioni adhibendā esse fidē, propter uariationē. Cuius sententiæ fuit etiā Fulgo. in l. qui falsa. 7. de testi. asserēdo, primā depositionē, quæ fuit perfecta in se, annullari ex pòst facto per reuocationē factā in alio examine: quia ex quo in hoc secūdo apparet, testē falsū esse & periurū, lex præsumit idē de prima examinationē, arg. l. si hi qui. C. de adult. Et idē uidentur uoluisse

Butr. & Imo. in c. cum in tua. de testi. itemq; Io. Crotus in trac. de testi. num. 344. ubi aperte dicit, contrariam opinionem non esse tenendam. Sed Bart. contra existimat, primæ depositioni credendum esse, ut per eum in l. si postulauerit. §. pen. ꝛ. ad leg. lul. de adul. & per gl. in Nouel. de testibus. §. illud tamen. & gl. ordi. in c. super his. gl. j. de pœnis. Idem uidetur sentire Bald. in l. uerba. uers. & nota quod si testis. C. de adult. & in d. l. qui falsa. in glof. non solum. Idemq; tenent Innoc. Io. And. Imol. & Moder. in c. præterea de testi. Et suadetur optima ratiõe, quia talis testis præsumitur subornatus à parte: ergo sequitur, primum dictum præsumi uerius, aliàs esset in potestate testis annullare dictum suum, & tollere ius iam quæsitum parti. Et hanc posteriorem sententiam ceu ueriores obseruat Camera, quam etiam amplexi sunt Guid. Pap. decis. 546. & nouissimè Alciat. in tract. præsump. regula 2. præsump. 29. ubi hanc esse communem attestatur, allegando Felin. in d. c. cum in tua. & Tyndarum in tract. de testi. uariantibus. in 2. lib. & Decium consil. 175. & consil. 189. Aduerte tamen, quia per secundam testificationem debilitatur prima, adeò quòd ad eam roborandam non possit deferri iuramentum in supplementum probationis parti, cum talis testis non sit omni exceptione maior: de quo uide eundem Felin. in d. c. cum in tua. & d. c. præterea. col. 3. in glo. fin. de testib. & Alexand. consil. 19. col. pen. lib. 4. Cæterum si testis sit sibi contrarius in eadem depositione, clarum est neutri dicto standum esse, sed testem reiiciendum in totum, tanquam falsum. l. licet causam. de proba. l. eos. ꝛ. de fal. & d. l. qui falsa. ibi Sali. Fulgo. & Floria. quæ est communis opinio cum aliquibus declarationibus positis per Felin. in sæpe dicto c. cum in tua. in j. conclus.

## OBSER. LXXXVII.

*Iuramentum purgationis in causa fractæ pacis reo sine noua citatione defertur. Iuramentum suppletorium in criminalibus reo defertur, non accusatori.*

Quæsitum fuit, an si quis suspectum de crimine fractæ pacis accuset, & deficiat in probatione plena, possit reo deferri iuramentum purgationis? Et plerisq; dominis uidebatur non posse, nisi instituto nouo processu. iuxta 2. art. tit. 10. in 2. parte ordinationis. Alij dicebāt, de iure posse deferri tale iuramentum, allegantes Innoc. & Hostien. in c. quoties. per text. ibi, de purga. Cano. Et horum sententia præualuit, sicq; in causa fiscalis contra Sic Plesse propter diffamationem, & alia indicia in actis deducta sine alia citatione, & processu aliquibus ex reis impositum fuit iuramentum purgationis, 2. Iunij, anno 1549. Idem uidetur uelle Hostiens. in summ. de purga. Cano. uers. quando sit indicenda, & c. dicens, regulariter esse in arbitrio iudicis, ut actore in probatione deficiente, si reus grauatus sit uerisimilibus coniecturis & præsumptionibus, quòd ad ostendendam suam innocentiam iuramento onerari possit: remittit ad sua not. in tit. de iureiur. §. nunc redeundum. uers. quando sit deferendum, facit tex. in c. ult. §. ult. eod. tit. ubi Hostiens. & Butri. docent: quòd licet in criminalibus non deferatur iuramentum in supplementum probationis, hoc uerum esse in accusatore: secus in reo, ubi de pecuniaria pœna agitur. quod etiam post Accurs. Cyn. Bart. Bald. Alberi. Angel. & alij in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. sequuntur. Et dicit Alex. consil. 66. lib. j. hanc esse communem opinionem, de qua late Dd. in l. admonendi. ꝛ. de iureiur. Hippol. de Marsil. in Pract. crimi. §. postquam, & latius in l. maritus. ꝛ. de quæstio.

## OBSER. LXXXVIII.

*Bannitus in contumacia ob intermissam purgationem, de innocentia postea docere potest.*

Quamuis in causis purgationis, suspectus de crimine propter contumaciam habeatur pro confesso, & conuicto criminis, cuius insimulatur: tamen non prohibet probare postea suam innocentiam, iuxta ordinationem Camerae in 2. part. tit. 10.

tit. 10. §. j. per text. in l. si is qui. C. qui testa. fac. poss. quem ad hoc propositum notant Ang. Salic. Paul. Alexand. & Ias. Et hoc ibi extenditur, etiamsi talis pro confesso publice sit bannitus: quod late tenet Imo. in l. ult. §. illud. de appellat. Secundo extenditur, quod etiam extraneus possit innocentiam talis contumacis banniti docere: ut late per Alexand. & Iaso. in d. l. si is qui. Et ita praestitutum est in Camera ante mea tempora in causa N. de Veils contra Wetschen, 13. Octob. ann. 1536. Facit ad praedicta text. in l. diuus. uers. sed & diuus. & l. annus. de custo. reo. & utrobique Bart. Et quod bannitus etiam possit hodie suam innocentiam purgare in carceribus, habet hodie constitutio criminalis Caroli V. art. 155. Vide etiam Specul. tit. de accusatio. §. sequitur uidere. de cont. accusat. num. 20. Alber. in l. raptores. per illum tex. C. de episc. & cler. & l. j. C. de rapt. uirg.

## OBSER. LXXXIX.

*Condemnatio expensarum in causa appellationis, an & quando facienda.*

**D**ogma illud, appellantem, etiamsi succumbat in causa appellationis, non esse condemnandum in expensis, si in prima sententia obtinuit, sententiamque pro se habuit. (iuxta glos. & Dd. in d. l. generaliter. §. sin autem. C. de rebus cred. & Bald. in l. pen. C. quan. prouoc. non est nec. col. ult. Idem in addit. ad Specul. de instrument. edit. §. an in causa appellationis) intelligitur procedere, si ex nouis probationibus & actibus in causa appellationis succumbat: secus si ex eisdem, seu prioribus actibus. iuxta glos. in c. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. Imol. & Hostiens. in c. finem litibus. de dolo & contu. Bart. in d. §. sin autem. Ang. l. negociorum. in princip. col. pen. de appel. Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. num. 24. C. de iud. atque ita quotidie obseruat Camera. Nisi secundum Salic. in d. §. sin autem. & Ang. in d. l. negociorum. illae nouae probationes concernerent factum proprium ipsius succumbentis, uel factae fuissent de his, de quibus an essent uera, constare poterat eidem etiam in primo iudicio: quia tali casu non excusatur a condemnatione expensarum, cum non haberit tolerabilem ignorantiam, ut dicit Salic. in loco supra citato.

## OBSER. XC.

*Admissio articulorum in dubio licita est, secus si exceptio contra articulos sit clara.*

**D**ocent interpretes utriusque scholae, positiones & articulos in dubio esse admittendos, cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum: de cuius clausulae effectu supra dixi obseruatio. 56. in hac 2. Centur. Bart. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. 7. de iure iur. & Cano. in c. cum contingat. de offi. delegat. Sed hoc limitatur procedere, quando exceptio, quae opponitur, ut non admittantur, est dubia, & requirit altiore indaginem: secus si est clara & praedicialis ad processum, quia tunc super ea ante omnia est pronuntiandum: secundum Hostien. & Panor. in d. c. cum contingat. Spec. tit. de posit. §. 7. uers. & non alias poterit appellari.

## OBSER. XCI.

*Citatio in quocumque actu regulariter necessaria: & quibus casibus id non procedat.*

**P**ro regula traditur, semper citandum esse eum, qui praetendit interesse, seu laedi potest ex aliquo actu, qui fieret in iudicio. l. de unoquoque. 7. de re iud. l. nam ita diuus. 7. de adopt. & l. si quando. ibi Bald. C. de testi. Sunt tamen multi casus, in quibus citatio non est necessaria, quos in studiosorum utilitatem paucis complecti lubet: utputa, si aduersarius sit alias praesens in iudicio. Alexand. d. l. de unoquoque. & in rub. C. de in ius uo. uel constet nullam ipsi deensionem competere. Card. c. cum sit. Roman. de appel. uel si dolose latitet. Innoc. c. ad petitionem. de accusa. uel etsi praesens esset, non tamen posset actum impedire. Alex. l. recusare. in pr. 7. ad Trebelli. Castr. consil. 34. lib. 2. uel exigerentur tributa & collectae, seu functiones fiscales, quia procedit de plano, non seruato iuris ordine. Bald. consil. 434. licet. uol. 3. uel suspectus quis esset de fuga. Feli. plene in c. cum ab homine. uers. limita. 3. de iudi. aut alias periculum sit in mora. Alex. & Ias. in l. si fideiussor. §. si satisfatum. 7. qui satisf. cog. Inno.

Inno. c. significauit. in fi. de testi. Item in causa criminali, si pro absente pronuncietur, Bald. in l. si accusatoribus. col. fin. de accus. Alexand. l. furioso. de re iudi. Et in omnibus causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, Bart. in extrauag. ad reprimendam. uers. & figura. in omnibus itemq; actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationem partis in causa principali. Bald. & Alexand. in l. sed si hac. §. prator ait. ꝛ. de in ius uo. Sed & pactum de capiendo debitorem, uel eius bona, operatur, ut captura fieri possit sine citatione præuia: Ang. Imol. & Alexand. in l. si sic de leg. j. Afflic. in constit. pacis cultum, col. 6. itemq; impetrari ualeat familia à iudice etiam contra tertium possessorem. Idem Afflic. decis. 326. Alexand. conf. 131. lib. 4. Bald. l. si aquam. quæst. 10. C. de fer. & aq. Præterea non requiritur citatio in probatione, quæ soli iudici concludit: nec in actu expediendo secundum conscientiam. Bald. l. certum. uers. item opp. quod Imo. C. unde legi. & l. si qua per calumniam. uers. sed pone quod. C. de epi. & cler. Roman. rub. de arbi. Alexand. d. l. de uno quoq; nec in relatione agrimensoris missi per iudicem ad mensurandū: Bart. l. Theopompus, ad fin. de do. præte. uel in sententia calculatorum: Bar. l. 2. §. quod de frumentaria. & ibi glos. ꝛ. de adm. re. ad ci. perti. Nec in iuramento deferendo super taxatione uel liquidatione rerum uereptarum, iuxta l. si quando. C. unde ui. Rot. decis. 299. licet in no. Ias. in rep. l. admonendi. in pen. & ult. col. ubi hoc ampliatur, in omni iuramento, quod defertur propter delictum, uel contumaciam alicuius. Possunt etiam testes, de quorum morte uel diuturna absentia timetur, aut quorum dictis necessario standum est, item mulier honesta in propria domo examinari, parte non citata: Inno. c. Albericus. de testi. Alexand. conf. 130. lib. j. Bart. in l. ad personas, de iure iur. & Abb. c. si qui testium. de test. Prodigio quoq; administratio interdici potest à iudice sine alicuius citatione. Bald. Ang. & Mod. in l. is cui bonis. ꝛ. de uerb. oblig. Sed & quicumq; actus, qui non principaliter, sed solum in consequentiam præiudicium alicuius tangit, eo non citato fieri potest: Alexan. d. l. de uno quoq; Ias. l. nec quicquam. §. ubi decretum. de offi. proconf. & l. si quis nec causam. si cer. pet. Ideoq; nec fideiussoris citatio requiritur in ferenda sententia aduersus principalem, cum de eius præiudicio principaliter non agatur. Sunt & alia pleraq; exceptiones ad supradictum dogma: quas apud commentatores in locis supra citatis reperire licet, nos potiores tantum congesimus.

## OBSER. XCII.

*Vxor an & quando præsumatur acquisiuisse ex bonis mariti.*

**I**N dubio præsumitur, quicquid acquisiuit uxor constante matrimonio, id eam acquisiuisse ex bonis mariti, ut mala suspicio turpis quæstus euitetur. l. quintus. ꝛ. de donat. inter uir. & uxo. l. etiam. C. eod. & c. significauit. ext. eod. Zas. pulchrè, conf. 5. num. 21. lib. j. & ideo talia bona erunt mariti, uel hæredum ipsius. Hoc tamen axioma in uera uxore aiunt procedere, non etiam in concubina, ut per Deci. consil. 237. in casu proposito. Nec in uidua emente post annum luctus. Ang. conf. 141. super primo. Fran. de Crem. sing. 6. ripa. in l. foemina. num. 40. C. de sec. nup. Item locū habet prædictum dogma quò ad ipsum maritum, eius uel hæredes, qui possunt obijcere uxori, bona esse quæsitā ex mariti bonis: secus est quò ad extraneum, iuxta Bald. in l. si uxorem. col. ult. C. de cond. in ser. per no. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro ma. sequitur Alexand. l. qui iure. ꝛ. de acqui. pos. & in consil. 101. super primo dubio. lib. 7. Verum hæc opinio nimium restringit tex. d. l. quintus. & uerius uidetur, quòd quilibet, cuius inter sit, possit opponere, cum ista præsumptio non sit inducta ita demū, si maritus uelit, sed generaliter, ut euitetur mala suspicio: quā sententiā Alc. etiā probat in tracta. præsump. in 3. reg. p. præsump. 26. Sed nec in possessorio iudicio hæc præsumptio locū habet, quia in eo mulier obtinere debet: dummodo ipsa sola possideat. Bald. d. l. si uxorē. C. de cond. inf. secus si cum marito, quia tunc præsumet potius possessio mariti, & ipsam possidere iure familiaritatis, secundum Alexan. post alios in d. l. qui iure. Cessat itē ista præsumptio, si affirmet uxor & probet, quòd bona, quæ acquisiuit cōstāte matrimonio, habuerit ab amasio. Ang. in rep. l. sciēdū. col. pen. de uerb. oblig. uel donata sibi fuerint ab aliquo cōsanguineo: Fulg. cōf. 198. in quæstione proposta.

Idem

Idem quoq; est, quando constat mulierem aliunde habuisse, unde honeste potuit acquirere: ut quia multa bona dotalia habebat, uel erat negociatrix. Nam cum isto casu cesset turpis lucri suspicio, merito nec præsumptioni locus est, secundum Bald. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. & d. l. si uxorem. C. de condit. in ser. Ang. & Imo. l. qui iure. ꝑ. de acquir. posses. Roma. consil. 159. super eo. Alexan. consil. 40. uol. 3. atque ita obseruatum fuit in causa appellationis Bartoldi Halle contra ciuitatem Alten Srettin: item in causa Theodorici Iodoci de Landaw cõtra Nicolai de Gandersen nepotes, relata die 16. Octob. anno 1548.

OBSER. XCIII.

*Pater an teneatur conficere inuentarium de bonis filij.*

**Q**uamuis Spec. tit. de instrum. edit. §. ult. t̄terf. quid de patre. teneat, quod pater administrator bonorum filij, sit obnoxius de illis conficere inuentarium: tamen contrarium docent Bald. in l. cum oportet. §. ne autem. ibi, nec ratiocinia. & ibidem Dd. C. de bon. quæ liber. & idem Bald. in Auth. causa quæ. in fin. C. de episc. & cler. de quo uide etiam Boer. decisio. 61. in j. parte. Et hæc posterior opinio tanquam uerior in Camera Imperiali approbata est, idq; tali ratione: quia inuentarium respicit eos, qui sunt obnoxij ad reddendam rationem, & non alios. argum. l. Orphanotrophij. & ibi Bald. in 7. notab. C. de episc. & cleri. Sed pater ob reuerentiam paternam non tenetur suæ administrationis rationem reddere, l. si quis prioris. §. fin. C. de secun. nup. & per Bart. in l. ult. §. ult. C. de secun. nup. Ergo nec ad inuentarij cõscriptionẽ obligatur. Atq; ita obseruatũ fuit in causa Ioannis Dries contra Balthasarẽ Schmid, 13. Decẽb. anno 1548. Si tamen pater esset peruersę conuersationis, uel subesset periculum de dissipatione & alienatione bonorum filij, posset cogi per iudicem ad conficiendum inuentarium: quod etiam Specul. in loco supra citato sensisse uidetur. Tradunt etiam pleriq; pro cautela, ut tali casu per notarium in præsentia patris & filij, & duorum amicorum fieret descriptio bonorum filij, quæ non esset manifestanda: & hoc pro iuris & bonorum conseruatione filij, iuxta l. j. §. si seruus. ꝑ. de uent. in pos. mit. Nam per huiusmodi descriptionem auferetur uia malignandi patri, secundum Ioan. Bessia. in consuetud. Aruer. tit. de tut. cap. 11. art. 2. De prædictis, item an & quando pater legitimus administrator filij, teneatur ad reddendam rationem, uide latius Cor. consil. 105. litera O. in 3. parte. & consil. 240. præsuppositis litera E. 4. parte. & consil. j. pro decisione litera F. & consil. 27. litera A. in 2. parte.

OBSER. XCIII.

*Feudi antiqui renouatio non facit ex antiquo nouum, sed antiquũ remanet.*

**I**n causa quadam feudali Nobilium de Roden contra curatores iuniorum Marchionum Badensium, inter cætera approbata fuit opinio Iac. de Ardizo. in summa de feud. par. 2. secundæ partis principia. quæst. j. circa fin. asserentis, de feudo antiquo non posse fieri nouum, in præiudicium alterius: & si factum sit, tamen censeri antiquum, & antiqui feudi naturam retinere. Quod etiam sequitur Dec. consil. 445. num. 8. allegando Bart. in l. quod dicitur circa fin. uers. hæc lex inducitur. ꝑ. de Imp. in re do. fac. & l. si mihi & Titio. in fin. uers. sed quid si Abbas. de uerb. oblig. & Bald. in l. j. quæst. 15. ꝑ. de re diuid. & l. j. col. pen. uers. sed quid si dominus. C. quando non pe. par. quibus subscribit Alexand. consil. 30. lib. 2. & consil. 105. lib. 4. Et hoc procedit, etiam si illa uerba (confirmamus, & de nouo concedimus) in renouatione reperiantur. Quia utcumque Andr. de Yser. in c. j. uers. quid si diximus, & de nouo concedimus: existimet per huiusmodi uerba nouum feudum fieri: tamen ueritas est, quod per huiusmodi uerba agnatis, qui secundæ formæ primæ inuestituræ ius succedendi habent, præiudicari nequeat, iuxta Ardiz. loco supra citato. Quorum pertinet, qd Lud. Rom. scribit, cõs. 15. feudũ paternũ, quãuis refutatũ, si renouet tñ nõ desinere esse paternũ. alleg. c. j. de uasal. decrep. atat. quod signa tanq; singulare. Dicit aut feudũ nouũ, quod de nouo acquiritur, & nõ procedit à successiõẽ. c. j. §. cõsules tamen. qui test. nec. sint. & not. Bald. l. 4. quæst. 4. de re. diuis. & in præla. feud. in 3. quæstio. Antiquum uerò est, quod ab antecessoribus acquisitum fuit. Ardiz. in loco

loco præcitato, & Bald. cōf. 49. in primis uidendum. lib. 2. ubi ait, feudum antiquum dici, quod à stirpe procedit, alle. c. j. de grad. suc. in feud. Vide eundem Bald. in prælat. feud. in 3. diuis. & in c. j. §. hoc quoque, circa fin. de suc. feud. Card. consil. 92. fauendo pupillis. in pr. & Alexand. conf. 30. quoniam omne datum. lib. j. & consil. 26. ponderatis his. lib. 5.

## OBSER. XCV.

*De successione collateralium in feudis, quousq; duret.*

**A**N & quatenus ex transuerso seu latere coniuncti in feudis succedant, multum conflictantur Dd. Nam alij in feudis antiquis eos usque ad septimum gradum tantum admittunt, ut per text. in c. j. §. hoc quoque de succes. feud. & Bald. in auth. defunct. C. ad S. C. Turp. Moderni in l. certum. C. unde leg. ubi Ias. dicit hanc esse communem. Alij censent, eos in infinitum succedere: per text. in c. j. de natu. suc. ces. feud. ibi, ex latere omnes per masculos descendentes, usque in infinitum, si feudum sit paternum, hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuit agnationi communis, & c. j. si uasal. feud. priu. Alij deniq; distinguunt, an ex acquirente feudum sit factus transitus immediatè in transversales, & tum succedant tantum in septimum gradum usq;: an uerò illud uenerit primò ad descendentes, & tunc ab ipsis ad transversales uolunt fieri transitum in infinitum: per glos. in d. c. j. uers. usq; ad septimum. de succes. feud. & glos. c. j. in uerb. consobrinis. de feud. Marc. ubi Bald. & Alua. idem tradunt: quod etiam sequitur Dec. consil. 85. num. 5. Et quidem in Camera Imp. hæc posterior sententia, ut uerior recepta est, si agatur de illius successione feudi, quod ab originario accipiente in descendentes eius propagatum fuerit, quod descendentes de medio sublatis eorundem agnati collaterales in infinitum succedant: que & consuetudine Germaniæ approbata uidetur. Ita conclusum fuit in supradicta causa Nobilium de Roden contra curatores iuniorum Marchionum Badensium, die 28. Martij, anno 1549. Et hæc sententiam amplexus quoq; est Baro à Tautenb. in enarratione d. §. hoc quoque. num. 2. de his qui feud. da. pos. Baldus quoq; si tota domus (ait) regia moreretur, & unus de sanguine antiquo superesset, etiam si millesimo distaret gradu, tamen iure sanguinis & perpetuæ consuetudinis succederet in regno: ratio est, quia feudum censetur paternum. Præmissa tamen intellige, ut obtineant, feudi possessore mortuo sine legitimo hærede: non autem eo propter delictum feudo priuato secundum Bald. & Alua. in c. j. de feud. Marc. uel Comi. uel Duc.

## OBSER. XCVI.

*Inhibitio quando ex officio decernenda.*

**Q**Vando propter litigiosam possessionem periculum subest, ne partes ad arma concurrant, neutra agere uoleat: tum iudex potest inhibere partibus ex officio, & præcipere, uel eas citare ad dandum articulos super possessione asserta, & nominandum testes: quæ facta examinantur testes, & decernitur iuxta ordi. Camera ann. 1548. Augustæ Vindel. erectam, tit. 21. §. Ob auch, & c. in 2. parte. Atque ita obseruatum in causa ciuitatis Spirensis contra Episcopum Spiresem Des eisbruchshalben vff dem Rhein, & in causa eiusdem ciuitatis contra Comitem Palatinum Rheni, Principem Electorè Die glayds irrung belangend, ann. 1549. Et fundatur hæc practica in l. æquissimum. 7. de usufruct. Specul. pulchre de possess. & petit. §. ult. in fine. & tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. uersic. 22. & ibi in terminis Ioan. Andr. in additio. & elegantissime Castrenf. conf. 3. lit. 2. ubi explicat, quale hoc sit iudicium, & qualis sententia, & quomodo differat à possessorio: item an attestaciones sic receptæ, faciant deinde fidem in possessorio, & petitorio. Quibus adde etiam Innoc. in c. cum uenisset. de institu. Caro. Rui. consil. 28. lib. 4. Bald. in l. diffamari. C. de inge. manu. Petrum Iaco. tit. de negatoria. §. item notandum.

& Guid. Pap. decif. 578.



## OBSERVAT. XC VII.

*Pacta dari, aut fieri, ut sint ualida, quæ requirantur.*

**P**Acta, per quæ promittitur aliquid dari, aut fieri, ut sint ualida, uel obligatoria, tria requiruntur, ex quibus totalis actus promissionis ualidæ integratur: uidelicet persona promittens, persona cui promittitur, & istud quod promittitur. Et ubi alterum horum defuerit, inutilis est promissio, nec obligat. Ita est gl. ualde singularis, in uerbo, in idem. & ibidem Bartol. in l. j. §. j. ꝛ. de pact. Oportet enim pactum promissionis ualidæ inchoari à personis inter se paciscentibus, si ualere debeat: per regulam uulgatam, quæ dicit: Quæcunq; gerimus, nisi à nostris personis sumant initium, inutilem actum facimus: per tex. in l. quæcunq; gerimus, ibi glos. & Bart. ꝛ. de actionibus & obligatio. quod etiam Bald. notat, & post ipsum Salice. & Castren. in l. multum. C. si quis alij uel sibi. Vnde si paciscamur ego & tu, dicendo, quod tertius det tibi, uel mihi, inualidum est pactum: quia actus iste non sumit initium à personis nostris, qui paciscimur. ita notanter dicit glos. in l. j. §. j. ꝛ. de pact. idq; ibidem affirmant Alexand. & Castren. ostendendo, si uerba obligatiua & executiua non conferantur in personas loquentium, sed in tertium, non ualere, quod sic agitur, quia deficit forma pacti seu promissionis, quæ est, quod promissio debeat sumere initium & originem ab ipsis personis loquentium, & paciscentium, aliàs est inanis, nec conualescit, licet partis postea inceperit interesse: quod nota.

## OBSER. XC VIII.

*Actio iniuriarum ad reuocationem instituta, an civilis sit, uel criminalis.*

**F**ormula agendi de iniurijs admodum in frequēti apud nos est usu, ut is qui passus est iniuriam, ad reuocationem iniuriosorū uerborum agat. Das der geschmecht vff einen widerruff klage. quam etiam Imperator Carolus v. in Augustana Imperialis Camera ordinatione cōprobauit. De qua nos plura scripsimus in §. in summa. Inst. de iniu. An autem talis actio, quæ ad reuocationē iniuriæ hoc modo instituitur, censetur criminalis uel civilis esse, uariatum est à Dominis Assessoribus, sed tandem eo crebrius itum, quod civilis esset, ut in causa Bernhardi Oeler cōtra Sebastianū Guldtlingen, relata anno 1549. Primum ideo: quia etsi petatur reclamatio iniuriæ, tamen non potest dici, quod ad aliquam pœnam agatur fisco applicandam: quod in criminali est omnino necessarium. gl. in l. prætor. & ibi Bart. ꝛ. de sepul. uiola. Deinde notum est, quod etsi iure communi in criminalibus appellatio sit permissa, l. addictos. C. de episcop. audient. & Auth. sed hodie. C. de appellatio. moribus tamen Germaniæ contrarium obseruari, & in criminalibus appellationem esse illicitā. Iam si actio iniuriarum ad reuocationem instituta inter criminales censenda esset, sequeretur in ea appellari non posse, cuius tamen contrarium in iudicijs passim seruatur. Tertio in criminalibus iudicijs, uel ad crimen persequeudum, uel ad defendēdum regulariter procurator interuenire prohibetur, l. penult. §. ꝛ. & ibi Bart. ꝛ. de publ. iudic. in controuersijs tamē reclamatorijs iniuriarum diuersim obseruari, & procuratorem tam agendo, quam defendendo admitti constat. Prædictis accedit, quod in Imperiali Camera nulla criminalis accusatio admittitur: (excepta conditione ex constitutione pacis publicæ) interim tamen uidemus, hanc iniuriarum reclamatoriam in ea admitti. Postremò expeditum est, criminalem eo priuilegio frui, ut ea pendente nulli civili quæstioni sit locus. l. §. sed etsi agant. ꝛ. de iudi. Quod si actio iniuriarum reuocatoria criminalis esset, sequeretur eam cum civili, qua ad æstimationem iniuriæ agitur, cumulari non posse, cuius tamen contrarium usu frequentatur. Ex quibus omnibus satis apparet, actionem iniuriarum ad reuocationem institutam potius civilem esse, quam criminalem. Neq; obstat, quod nonnulli hanc ideo criminalem censent, quia infamet: nam & depositi, & mandati, & de dolo, & aliæ quàm plurimæ actiones infamant, neq; tamen eas propterea criminales esse rectè dixeris.

OBSER. XCIX.

*Casus, in quibus tempus ad probandum concessum non currit.*

**T**empus concessum ad probandum non currit, dum disputatur & cognoscitur, an articuli probatorij, uel positiones probare uolentis admitti debeant: secundum Baldum in l. quamdiu. per illum textum.  $\bar{\pi}$ . de acquiren. hæredita. glos. & Geminianum in c. cupientes. §. quod si, in uerbo, uidebitur. de electio. lib. 6. Idem quoque est in dilatione pendente ad respondendum positionibus, uel dicendum de impertinentia, secundum gl. in uerbo, post dilationem. in cle. sæpe de uerbo. significatio, Bald. in l. fin.  $\bar{\pi}$ . de ferijs. in l. j. C. de iuram. calum. Specula. in titulo, de dilatio. §. j. uersicu. sed nunquid currit, &c. Idem dum disputatur super legitimatione personæ ante litis contestationem, nec tunc etiam perit instantia, licet decem annis de hoc litigaretur, iuxta Baldum, quem sequitur Alex. in l. properandum. C. de iudic. in princip. & eundem Baldum in l. & post edictum.  $\bar{\pi}$ . de iudic. Idem quoque locum habet, quando tempus labitur propter priuilegium, uel inducias rei. l. 2. §. pen.  $\bar{\pi}$ . de iudic. l. ulti. §. donec. C. de iure deliber. Idem denique generaliter locum obtinet, ubi tempus præfixum parti ad aliquid faciendum labitur culpa, & per malitiam & dilaciones frustratorias partis: per casum cum Bartolo in secunda opinione, in l. intra utile.  $\bar{\pi}$ . de minoribus. iuncta l. petendæ. C. de tempor. in integr. restitutio. petendæ.

OBSER. C.

*Probationes imperfectæ quando coniungantur, ut faciant plenam probationem.*

**Q**uod traditur, probationes imperfectas coniungendas esse, ut faciant plenam probationem, ut per Felin. in c. cum causam. de proba. in 4. col. ubi multa allegat, & remittit præcipue ad not. Bart. in l. j. §. j. uers. item Cornelio.  $\bar{\pi}$ . de quaestio. & ad c. ueniens. j. de testibus. hoc domini uerum & limitandum censuerunt, quando probationes tendunt ad unum finem, secus si ad diuersum, in causa Episcopi Herbipolensis contra Abbatem Fuldensem, *Dem Satzforst vnd Tabersfeldt belangend*, relata mense Aprili, anno 1551. Nam quando probationes imperfectæ tendunt ad eundem finem, & eodem modo, bene resultat plena probatio, siue sint eiusdem generis, ut est in duobus testibus, siue diuersi, ut unus testis cum fama. Et licet Bald. in c. j. §. cum autem. de contro. inuest. dicat, talem probationem appellari præsumptiuam: in contrarium tamen tenet Bart. & melius, in l. admonendi.  $\bar{\pi}$ . de iure iur. & facit tex. in l. Arriani. uerb. ad unam. C. de hæret. & l. j. ad fi.  $\bar{\pi}$ . quemad. resta. ape. ibi, nec diuersitatem factorum, & l. qui sententiam. C. de pœnis. ibi, in unum conspirantes concordantesque rei finem. Prædictis accedunt, quæ allegat Bald. in d. c. cum causam. dicens inter alia multa, quod in probationibus surgit opinio ex diuersis coniecturis tendentibus ad eandem conclusionem, & habentibus causas, similitudines & consonantias, cōtestes inuicem colligatos, ut refert ibi, Oldradum tradidisse unam Theoricam per d. l. qui sententiam, quod sicut testes singulares non probant, quia in diuersum tendunt: ita diuersæ species probationum, uariantes in effectu, non probant. Sed si una insufflat in alteram aliquid fidei, & altera in alteram, ita quod animus iudicis plenè informatur: tales probationes non dicuntur singulares, nec discrepantes. Limitantur tamen ista secundum Baldum in l. si quis ex argentarijs. §. j.  $\bar{\pi}$ . de edend. nisi tales probationes cōiungendæ, essent in sua specie imperfectæ, puta si fama probatur per unum testem, & unum aliud indicium, puta fuscus, probetur per alium testem: tunc non coniunguntur, cum quodlibet indicium requirat duos testes, secundum Innoc. in c. sicut. de Simonij. gl. & Bart. in l. j. C. de mil. ercis. & Bal. in c. licet. col. 6. de probatio. dicitque Abb. in c. transmissa. qui fil. sint legit. propter gl. ibidem, quod probationes non coniungantur, quando repugnant in modo, licet conueniant in fine, per l. ubi repugnantia.  $\bar{\pi}$ . de regu. iur. Et prædicta non contemne, tanquam memoratu digna.

SECUNDÆ CENTVRIÆ FINIS.

SINGV-

## SINGVLARIVM OBSERVATIO=

NVM IVDICII IMPERIALIS CAME-  
ræ, Centuria tertia.

## OBSERVAT. I.

*Delegatus an teneatur mittere citato originalem commissionem.*



**D**ELEGATVS an teneatur citato mittere tenorem suæ commissionis in originali, uariarunt interpretes, plerisque uolentibus delegatum ad id teneri, per tex. in Auth. qui semel. uerbo, aduersario cognitis. C. quom. & quan. iud. in c. præterea. in princ. de rescript. & c. prudentiam. de offic. delega. ratio est, quia non præsumitur pro iurisdictione delegata, cum sit odiosa. c. cum iuris peritis. ibi glo. & Dd. de offic. dele. Cum enim delegatus non habeat iurisdictionem naturalem, aut fundatam à iure communi, sicut ordinarius, l. more. ꝛ. de iurisdic. sed solum ex accidenti: ideo citatus non tenetur credere, nisi ei fides de hoc fiat. Verùm communior est opinio sufficere, si tenor delegationis inferatur citationi, per text. in c. 2. ibi Dd. de dilat. & Dd. in l. 2. ꝛ. si quis in ius uoca. non ier. & c. cum in iure. de offic. deleg. Et quod nonnulli requirunt ipsius originalis exhibitionem: horum opinio uera est in procedendo, quòd scilicet reus cõparens coram delegato, possit exigere rescriptum originale, ut plenam fidem habeat de iurisdictione delegati, priusquam respondeat, hocq; est quod Archidiaconus scribit in c. si episcopus, 3. q. 2. transmissionem copie sufficere quò ad comparendum, sed non quò ad respondendum. quæ opinio communiter approbatur, quã etiam secuti quandoq; sunt domini in causa appellationis Sabinæ Welserin contra Leonhardum Hirsuogel. Et quamuis solus Pañor. in d. c. 2. distinguat, an de grauissimo, uel graui aut leui præiudicio agatur, tamen non loquitur de citatione, sed quòd non sit obnoxius respondere uocatus, nisi sibi facta sit plena fides de commissione: & dato ipsum etiam loqui de comparendo: tamen est unicus, & communis opinio ab eo discedit, cui etiã consuetudo (optima legum interpres) suffragatur.

## OBSERVAT. II.

*Principali perempto an & quando accessorium perimatur.*

**A**ccessorium sequitur regulariter naturam sui principalis, siue tractetur de principali inducendo, siue tollendo, siue confirmando: nisi de uno ad aliud diuersa sit ratio, uel in accessorio reperiat prouisio uel dispositio specialis derogans, ut per Dyn. in c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. Vnde pro regula traditur, quòd accessorium pereat principali perempto. l. cum principalis. ꝛ. de reg. iur. Hoc tamen multis casibus non procedit, quos Dd. in prædictis locis recensent, ubi uideas. quibus adde late Iaso. in l. j. C. de iudi. & l. huiusmodi. delegatum. ꝛ. de lega. j. & Hippolita. de Marsil. sing. 17. & sing. 175. Item Bald. consil. 30. in prin. parte 2. & in l. his. §. mancipia. ꝛ. solu. matri. Lud. Bolog. post gl. ibi in l. ult. ꝛ. de cond. in deb. Eundem in l. utiq; ꝛ. de rei uend. & Alexand. in addit. ad Bart. in l. non utiq; & ibi Bolog. ꝛ. de eo quod certo loco. Ludo. Roma. consil. 330. & sing. 577. Tu habes regulam, &c. Et quod notabiliter tradit Soci. consil. 41. In presenti consultatione, col. 6. in 4. uolu. Inter cæteras uerò exceptiones huius regulæ, & hæc una est, quòd non procedat in iuramento: quia etiam si principale sit sublatum, non censetur cassatum iuramentum, licet sit accessorium: per gl. fin. in c. cum non deceat. de electio. lib. 6. & in cle. dudum, de sepult. Mar. Anto. Baue. in tractat. de uirtu. iur. casu 37.

## OBSER. III.

*Actio de dote cessa alteri, amittit sua priuilegia: & de uarijs dotis priuilegijs.*

**Q**vando mulier cessit actionem de dote alteri (quo casu est utilis) & is eam intentet, non habet amplius illa priuilegia, quæ habuisset, si intentata fuisset directò per ipsam mulierem: ita eleganter notat Bald. in l. j. col. 4. uers. quæ-

g 2 runt Dd.

runt Dd. C. de priuileg. do. quem sequitur Iason in l. cum fundus. §. j. uerf. & an sit differentia. ꝛ. si cer. peta. Sunt autem multa priuilegia actionis de dote, quæ enumerantur in l. j. & per tot. tit. ꝛ. solu. matr. per Dd. Nos potiora tantum, in fauorem mulierum, in unum uelut fasciculum colligemus, reliqua relinquentes commentarijs. Primum est, quod omnia bona mariti sunt tacite pro dote hypothecata. l. affiduis, cum ibi notat. C. qui po. in pig. & c. ex literis. de pigno. Alterum quod mulier præfertur in dote omnibus prioribus creditoribus, personales actiones, uel tacitas hypothecas habentibus: d. l. affiduis, quod nonnulli & ad expressam hypothecam habentes producunt, sed ea sententia non caret pugna. Tertio dos nec propter mariti, nec ob patris maleficium perditur. gl. & Dd. d. c. ex literis, & l. quisquis. in fi. C. ad le. lul. Maie. Quarto, ecclesia se interponere pro dote potest, non tantum in fauorem uel uarum, sed etiam mariti petentis dotem promissam, c. nuper, & c. per uestras de do. inter ui. & uxo. Quinto fundus dotalis non potest alienari, etiam si consentiat mulier. l. Iulianus. ꝛ. de fun. dot. auth. siue à me. C. ad Velle. nec in hypothecam dari, l. j. §. & cum lex. C. de rei uxo. actio. nisi iuramentum interuenerit, quo casu alienatio ualere. c. cum contingat, de iure. & c. quamuis. de pac. lib. 6. Sexto, uergente marito ad inopiam, iudice iubente potest dari pecunia dotalis mercatori cum pacto, ut sit fors capitalis salua, deq; lucro uir & uxor percipiant partem honestam, compensato damno cum lucro, & e contra, & hoc sine usura. d. c. per nostras, cum ibi not. de dot. inter ui. & ux. & ibi Io. Andr. & Fulgo. in l. cum duobus. §. item si in facto. ꝛ. pro socio. Septimo, dotis causa dicitur summaria, in eaq; iudex potest dilationes ex officio abbreviare: not. in l. j. ꝛ. sol. matri. & cle. dispendiosam, de iudi. Octauo, dos etiam incerta committi potest arbitrio patris, uel tertie personæ, nec eius incertitudo uitiat stipulationem. l. cum post. §. gener. ꝛ. de iu. do. Nonò, res pro dote, quæ subiacet restitutioni, alienari possunt, ante diei uel conditionis euentum, licet id regulariter sit prohibitum: auth. res quæ. C. comu. de leg. x. Pater officio iudicis compelli potest ad dotandam filiam secundum sui patrimonij uires. l. qui liberis. ꝛ. de ri. nupt. & l. ult. C. de do. promi. Imò licitum est iudici parente absente filiam de rebus paternis dotare, ne perdat tempus nubendi sub expectatione paterna. l. profectitia. ꝛ. de iu. do. x i. est quod sub obtenturum amotarum non potest impediri dotis restitutio. l. j. §. taceat. C. de rei ux. actio. x ii. quod filia etiam in patris potestate constituta, in dote aduentitia sine patris consensu iudicio stare potest, licet in profectitia sit secus: auth. quod locum. C. de colla. glo. & Dd. l. 2. §. quod si in patris. ꝛ. sol. matr. x iii. In dubio non presumitur dos in socijs bonorum communicata. l. actione. §. fin. cum l. seq. ꝛ. pro socio. x iiii. quamuis in luitione pignoris fructus computentur in sortem, tamen in pignore dato propter dotem non computantur. Panor. c. 2. de pigno. x v. Pactum legis commissoriae priuilegio mulieris ualet in dote. Dd. c. significante de pigno. x vi. fauore dotis mandatum morte mandantis non expirat, nec haeres potest reuocare, nisi defunctus reuocauerit, l. si ego. ꝛ. de iure. l. si pater. ꝛ. de ma. uind. x vii. possunt pro dote bona minorum obligari. l. lex. C. de adm. tut. x viii. credens se obligare pro dote non repetit, cum tamen ob errorem regulariter competat repetitio. Bart. l. cum his. l. donaturus. & l. qui se debere. ꝛ. de cond. ob causa. x ix. licet nudum pactum regulariter non producat exactionem, tamen interpositum pro dote ualet, & actionem parit. l. ad actionem. C. de do. promi. x x. de dote mulieri pauperi legata, non detrahitur Falcidia. Dd. in auth. similiter. C. ad l. Falcid. x xi. si quis nomine dotis aliquid facere uel tradere promiserit, ad id præcisè tenetur, nec liberatur soluendo interesse. Dd. in l. fin. C. ad Velle. x xii. potest uxor etiam ante executionem condemnationis mariti uendicare à fisco tanquam domina suam dotem. l. si quis post hanc. C. de bo. dam. & l. si m. to. ꝛ. sol. matri. Sunt & alia plura priuilegia, de quibus uide latissime differentem Campegium de Bon. in tract. de priu. dot. & Io.

Bessia, in consue. Aruer. art. ii. per totum.

## OBSER. IIII.

*Reus obstrictus comparere personaliter in causa ciuili, non aliter tenetur, nisi actor idem faciat.*

**Q**uidam obtinuit ab Imperatore cōmissionem specialem, quòd in causa ciuili reus deberet in iudicio personaliter comparere: reus obtulit sese cōmissioni pariturum, modò actor idem faceret, & personaliter iudicio interesset, non per procuratorem: actor id facere recusauit. quæsitū fuit, an excusaretur, uel habendus esset pro cōtumace? Et uidebatur eum excusandum esse, cū natura causæ personalem comparitionem non requirat, nec aliàs ad hoc per Imperatorem expressè sit arctatus. c. querelam. de procura. item, id quod est concessum in fauorem, non debet sibi lēSIONEM adferre, c. quod fauore. de reg. iur. lib. 6. Sed cōtrarium fuit determinatum à dominis, nempe, quòd teneretur se listere personaliter, cū æqualitas in iudicijs sit seruanda. c. nouit. de iud. æquitasq; edicti quod quisq; iuris, & c. id exigat. toto tit. ꝑ. quod quisq; iuris. & c. cum omnes. de cōstit. Et hoc expressè etiam uoluit Dom. de S. Geminia. in c. j. num. 9. de dolo & contu. lib. 6. facit quod in simili uoluit glo. de. saepe. in fi. de uer. sign. ubi uoluit, quòd si actor impetrarit ad sui instantiam, ut causa plenaria tractaretur summarie, & de plano, & causa reconuentionis pariter summario processu expediri debeat. Vbi cūq; enim actor tollit per imperationem rescripti ordinaria litis reum cōcernentia, eodē modo debent intelligi sublata per ipsum actorē, ut inter ipsos sit equa cōditio. c. 2. de mut. peti. quod intellige uerū, nisi rescriptū concessum fuisset motu proprio, quia tunc cessaret retorsio. Rom. cōf. 327.

## OBSERVAT. V.

*Adultus habens curatorem licet inter uiuos non possit alienare, tamen hoc potest in testamento.*

**A**dultus habens curatorem, licet non possit in uita alienare res immobiles sine autoritate curatoris & decreto iudicis. l. lex quæ tutores. C. de adm. tut. & l. magis puto. ꝑ. de reb. eor. & c. potest tamen in testamento dare executoribus suis facultatem alienandi res immobiles. Ita concludit Bald. in l. predium. C. quan. decre. opus non est, & l. j. in prin. ꝑ. de rebus eor. & c. sequitur Iason in l. si frater in fi. C. qui testa. fac. poss. asserens hoc uelut mirabile & singulare notandum esse.

## OBSER. VI.

*Aduocatus fouens iustam causam potest decipere aduersarium ad obtinendam causam.*

**A**duocatus fouens iustam causam, potest etiam conuincere aduersarium suum cum malitia, eumq; circumuenire, ut succumbat: per gl. singularem in c. dominus noster, in gl. j. in fi. 23. quæst. 2. arg. 4. quæst. 4. c. j. quam exclamat Hippol. de Marfil. singula. 177. malitijs hominum, & c. quomodo facit, quod not. Ant. de Butr. in c. j. de mut. peti. ubi uoluit, quòd si reuera mutuum reddiderim, possum etiam iuramento affirmare me nihil à te habuisse: & no. Bald. in rub. de fi. instr. col. 7. uers. incidenter etiam quæro. Vide etiam de hoc Anchar. in c. per tuas. in ult. not. qui. fil. sunt legitimi. Ias. in l. cum personas. col. 2. C. de pac. Tiraq. in præfat. trac. retra. num. 70. & Dec. l. ea est natura. ꝑ. de reg. iur.

## OBSER. VII.

*Salariū an ab initio litis debeat aduocato.*

**A**N & quando aduocato salariū debeat, uariarunt Doctores. Nam Specu. & Ioan. And. tit. de sala. §. sequitur, uers. sed quando soluetur, existimant salariū à principio litis soluendū esse: quam opinionē cetera ueriorē amplectitur Alex. in l. diem functo. num. 7. ꝑ. de off. Assess. alij crebrius censuerūt, finita demū causa illud deberi secundū gl. in l. uenditor. §. si constet. uerbo salariū. ꝑ. com. præd. & per Inno. Io. And. Ant. de Butr. & communiter Dd. in c. propter sterilitatem de loca. G. & Sali. in l. j. C. de suffrag. item Ias. in d. l. diem functo. num. 11. quibus adde, quod notat Bart. in l. archiatri. per illum tex. C. de profes. & med. lib. 11. quemadmodum enim

medicis non debetur salarium, nisi infirmo ad sanitatem reducto: ita & aduocati (ait Bart. ibi.) non debent habere salarium lite durante. Idem quoque in procuratore & nuncio traditur, quod nec illis salarium debeatur, nisi finita causa: Bald. post Cy. in l. j. C. mand. Et hæc posterior sententia in Camera frequentius obtinuit. Quamuis autem, ut iam dictum est, aduocato non debeatur salarium ab initio litis: tamen pendente iam lite debetur ei ex officio iudicis, iuxta Bart. in l. properandum. §. illo. ult. not. C. de iudi. Et ad prædicta uide etiam, quæ latiss. scribit Gui. Pap. decis. 190. in honorarijs. Cæterum in alijs personis, quando debeat eis solui salarium, seu præmium, uide quæ habentur apud glos. Cy. Bar. & oēs in l. 2. C. loca. Bart. l. j. §. diuus. ꝛ. de uar. & extra. cog. & in l. qui infulā. §. qui ædem. ꝛ. loca. Anch. & Imo. d. c. propter sterilitatē.

## OBSER. VIII.

*Salarium aduocati transmittitur ad heredes.*

**Q**uod dicitur aduocatum transmittere salarium ad hæredes iuxta Bald. in l. j. col. 3. uers. sed ego dico, quod in sal. C. de suffrag. & eundem in l. post duos. C. de aduoc. diuer. iud. & ibi not. hoc intelligitur uerum in salario illius anni, quo decedit, non aliorum annorum: prout tenet idem Bald. in l. petitionem. eod. tit. & Bart. in l. j. §. diuus. col. j. & 6. uers. ulterius quæro. ꝛ. de uar. & extraord. cog. idem docet Bart. in l. diem functo. col. 3. uers. quid de aduocato. ꝛ. de offic. Assesso. & Specul. d. tit. de salar. §. sequitur. uers. in summa not. ubi uide latius.

## OBSERVAT. IX.

*Affectus sine effectu quando puniatur, uel non.*

**N**otum est, regulam illam, quod affectus siue conatus sine effectu non puniatur, nec conatus pro actu perfecto reputetur, in multis casibus cessare: quos uide apud Bar. Alex. Ang. Castr. Iaf. & Dd. in l. j. §. hoc autem. ꝛ. quod quisque iuris. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. & l. genero. ubi etiam Bart. ꝛ. de ijs qui not. infam. Cano. in c. ult. ext. de sponfa. & Felí. in tract. de conatu, ubi præ cæteris plures casus posuit. & Hippo. de Marf. in l. j. §. diuus. ꝛ. ad l. Corne. de sica. & in rep. l. j. C. de rap. uirg. In illis autem casibus, in quibus lex punit affectum siue conatum, ac si delictum fuisset consummatum, potest iudex ex potestate sibi à lege concessa mitigare pœnam, licet id facere non sit obnoxius: ita refert Salic. dixisse Baldum uirua uoce. in l. is qui cum telo. C. de sicarij. per tex. sing. & opti. in l. aut facta. §. euentus. ꝛ. de pœn. & sequitur Felí. in d. tracta. de contu. ad fin. ad quod facit quod supra Centur. 2. obseruatio. 30. de alteratione pœnæ annotaui.

## OBSER. X.

*Alienatio aduentitiorum per filium familiars facta, an & quando ualeat.*

**A**lienationem aduentitiorum, in quibus pater habet usumfructum, factam per filium fa. sine uoluntate patris, iur. non subsistere, etiam quò ad proprietatem, constat ex l. & hæredi. §. filius fa. de pac. & l. ult. §. filius autem fami. C. de bo. quæ lib. & per Specul. tit. de actore, uers. quid si super hoc iurauit. Quod ideo est, secundum Castr. in d. §. filius fa. quia pater est legitimus administrator, ideoque sine ipsius consensu impermissa est alienatio: ad instar minoris uel pupilli, qui absque tutoris curatoris uel assensu alienare prohibetur. Sed quid si filius fa. iurauit se non contrauenturum alienationi? Et uidetur iuramento standum esse, saltem iure Canonum, cum seruari possit sine interitu salutis æternæ, ut in c. cum contingat. de iureiu. Verum Bald. & Ang. censeant nec lege Pontificia huiusmodi iuramentum ualere, adeò quòd etiam patre mortuo filius non possit compelli per episcopum ad obseruantiam talis inualidi iuramenti, tanquam prestiti contra dispositionem d. l. ult. §. filijs autem fa. que talem contractum fieri prohibet. Sed hæc ratio parum urgere uidetur, cum aliàs constet, iuramentum, nisi sit contra bonos mores & publicam utilitatem, uel peccatum contineat, seruandum esse, etiam si interpositum fuerit, super contractu prohibito à lege ciuili. Quare aliam ipsi rationem assignant, quia prædicta lex inhibeat eis alienationem tanquam prodigis, qui cum non indigeant, per rationem ibi positam, uidentur

dentur prodigi, & tendere ad dissipationem bonorum: sed cōmuniter traditur, contractum in initio à prodigo, cui bonis est interdictum, non firmari iuramento, ut per Bar. in l. is cui bonis. ꝛ. de verb. oblig. Et ab hac Baldi, Angeliq; sentētia non esse recedendum in consulendo Castrensis monet in d. §. filijs autem. pro qua etiam ipsemet cōsuluerit, prout refert in d. §. filius fa. ad finem. Vt cunq; sit, Domini Assesores, cum hac quæstio incidisset, supra dictum dogma sic moderandum aiebant, ut procedat, quò ad præiudicium patris, & quamdiu pater superstes est: cæterum patre mortuo & postquam filius effectus fuerit sui iuris, uoluerunt alienationem aduentitiorum ab ipso factam, & iuramento firmatam, uires habere, in ipsius filij præiudicium: per ea quæ singulariter tradit Io. de Imo. in d. c. cum contingat. in 3. memb. prin. uers. item aduerte, quia dixit Bal. num. 43. text. de iure iu. ad quod allegat etiã id, quod Inno. in simili notat de uoto facto per filium fa. in c. scripturæ. ext. de uoto, ubi licet non obliget durante potestate patria, in eius præiudicium, tamen postea effectus sui iuris illud seruare obnoxius est, &c.

## OBSER. XI.

*Decendium ad appellandum concessum, quando currat.*

**N**on solum iure communi, uerum etiam ordinatio. Camerae disponitur, non posse longius tempus concedi ad appellandum, quam decendium: ut in ordi. Augusta. parte 2. tit. 29. §. j. quod currit non obstante compromisso, aut pacto partium: ut per Guid. Pap. decis. 115. & eundem consil. 184. Abbatem consil. 77. lib. 2. item currit à tempore latae sententiæ. sic hodie fit computatio de momento ad momentum. Auth. hodie. C. eod. c. cum dilecti. in fi. de electi. c. significauerunt, de testi. & c. quò ad consultationem, de re iudi. Et uniformiter hoc tempus decendij locum habet in omni appellatione, siue ab actu iudiciali, siue extraiudiciali interposita sit. per tex. & ibi glo. uerbi dies. in d. c. significauerunt, & in d. c. cum dilecti. in fi. gl. c. cum cessante. de appel. & c. concertationi. de appella. lib. 6. de quo uide etiam Angel. in l. j. §. biduum. & ibi Castr. ꝛ. quand. appell. sit. & Specul. de appellat. §. restat. uers. sed nunquid dies. Bal. & las. in l. si ab arbitro. ꝛ. qui satisf. cog. Porro licet constet de appellatione interposita: tamen non præsumitur facta intra decendium, nisi probetur: c. Rom. §. si uerò. & ibi Dd. de appell. lib. 6. Et antequam de hoc fiat fides, iudex non potest procedere uel inhibere. Et in tantum procedit, appellationem intra decem dies fieri debere, quòd etsi post decimum diem sit appellatum, nec de hoc oppositum, & sententia feratur, illa non ualeat, per cle. si appellationē de appell. Bal. in d. Auth. hodie. Castren. d. §. biduum. Aetiologia est, quia deficit iurisdictio propter desertionem, &c.

## OBSER. XII.

*Si alimenta usq; ad pubertatem concessa sint, de plena pubertate intelligitur: & quid ueniat appellatione alimentorum.*

**A**limenta si relinquuntur puero uel puell. masculus percipiet usq; ad plenam pubertatem, scilicet usq; ad annum 18. foemina uero usq; ad 14. cōpetum, idq; fauore alimentorum: per tex. in l. Mela. in prin. ubi Bart. multa priuilegia alimentorum refert. ꝛ. de alimen. & ciba. lega. quem textum allegauit pro singulari Franc. Cremon. not. 77. incip. relicta sunt alimenta. Alimentorum autem appellatione nō cibaria tantum, sed etiam uestitus & habitatio continentur, toto tit. ꝛ. de ali. & cib. leg. & per gl. in l. si quis liberis. §. iudex. ꝛ. de lib. agnos. item medicinæ. Bart. & Alex. in l. si cum dotem. §. sin. autem. ꝛ. sol. matri. & in l. legatis, & l. literis. 2. in j. quest. ꝛ. de ali. & cib. leg. & uestimenta. l. legat. ꝛ. iam dic. tit. & l. uerbo uictus. ꝛ. de uerb. sig. itemq; sumptus in studio pro disciplina: l. qui filium. ꝛ. ubi pup. educ. de. Bar. l. de bonis. §. non solum. ꝛ. ad Carbo. & Soci. consil. 161. in fi. quod tamen uerum intelligunt, si debeantur iure naturæ, secundum Bart. Bald. & Ang. ibi. omnia deniq; ueniunt, quæ ad uiuendum necessaria sunt: d. l. uerbo uictus. ibi Dd. iuncta l. fin. ꝛ. de ali. leg. De alimentis uide etiam Guid. Pap. decis. 439. ubi multa congeffit.

OBSER. XIII.

*Præscriptio contra annuam præstationem.*

**A**N & qualiter cōtra annuam præstationem præscriptio currat, Dd. mirificè uariant: ut per eos in l. si Stichum. §. stipulatio. ꝛ. de uerb. oblig. & in l. si prius. ꝛ. de aqua plu. arcen. & l. cum notissimi. §. in ijs etiam. post gl. ibi uerb. cuiusq; anni. C. de præscript. triginta ann. Sed in Camera aliquot uicibus comprobata est post multam disputationem eorum opinio, qui in huiusmodi pensionibus uniuscuiusq; anni propriam esse præscriptionem, & quot sunt anni, tot esse præscriptiones cōsue- runt, quodq; huiusmodi præscriptiones ad futuros annos, & futuras pensiones se nō extendant. Et hanc opinionem, quæ originaliter Martini glo. fuit, tenuerunt post gl. Salic. & Fulgos. in d. §. in ijs etiam. Raph. Fulg. consil. 174. & Cy. in l. plures apochis. C. de fid. instrum. Capell. Tholo. decif. 342. Guid. Pap. decif. 406. 407. 408. ubi multa pulchra cognituq; necessaria accumulata, & inter cætera scribit & affirmat, hanc esse communem, ideoq; sequendam in iudicando: quemadmodum pro hac etiam iudicatum fuit per dominos, in causa Domini Iodoci Nicolai Comitis de Zollern contra Magdalenam de Neunck, 10. Maij, anno 1549. & nōnullis alijs causis, iuxta l. scire oportet. §. illud. cum §. seq. ꝛ. de excus. tut. cum simi.

OBSER. XIII.

*Compromittens an, si succumbat, redire possit ad appellationem.*

**C**Um in quadam causa allegaretur, appellansem, si cōpromittat & succumbat per laudum, non prohiberi, quō minus redeat ad iudicem appellationis, si pœnam compromissi soluat, iuxta glof. singularem in cle. quamdiu. uerb. compromissum. de appellat. & in c. significantibus. uerb. compromissi. de offic. deleg. Limitabant domini Assessores, hoc uerum esse, nisi adiecta sit clausula: roties pœna committatur, quoties fuerit contra factum, secundum Lap. & Card. ibidem. Item uerum nisi sit emologatum, uel approbatum laudum, tacite uel expresse. iuxta Bald. in Auth. si tamen. uerb. sed quid si arbiter. C. de appel. recip. Deniq; quōd hoc procedat in arbitro, secus esse in arbitratore, per Bald. in l. eos. §. apostolos. col. uerb. sed modo dubitatur. C. de appell. & Phil. Fran. in c. ex ratione, quæst. ult. de appell. ubi omnino uide.

OBSER. XV.

*Appellans quæ probare teneatur, siue ab interlocutoria, siue à diffinitiuâ appelletur.*

**C**irca causas appellationis solent quatuor præcipuè considerari, quæ probanda sunt per appellantes: primum quæ d fuerit appellatum: idq; uel uiua uoce, uel in scriptis: nam si in continenti à diffinitiuâ appelletur, potest appellari uiua uoce: & sufficit, quōd grauatus dicat, appello, idq; scribi curet per notarium ad acta: si uerò appelletur ex interuallo post laudum in sententiam, semper in scriptis appellandum est, aliàs appellatio non ualet: l. j. in fi. cum l. seq. de appel. l. litigatoribus, & ibi glo. Bar. & Bald. C. de app. idēq; notat Spec. tit. de appell. §. qualiter. in pr. & Corn. conf. 95. & seq. uol. 4. Cæterum si ab interlocutoria appelletur, semper id in scriptis fieri debet, siue statim, siue ex interuallo: nisi habeat uim diffinitiuâ per tex. in c. cordi. de appell. lib. 6. Spec. d. §. qualiter. post prin. Bart. in l. eius. ꝛ. de appell. reci. Phil. Fran. c. ut debitus. col. 7. uerb. secundo quæro de appell. ubi dicit hoc cōmuniter obtinere tā ciuili, q̄ Canonico iure. Alterū est, quōd appellatio fuerit facta ex iusta causa, quā etiā in processu probare oportet. Circa quōd obseruandū est, si appelletur à diffinitiuâ regulariter satis esse, quōd appellans in genere dicat, se grauatum, & sententiā iniustā esse sine expressione alicuius causæ, per tex. in l. 2. ꝛ. de app. & not. gl. Abb. & Frā. c. cū in ecclesia. de app. & Bart. l. j. §. fin. ꝛ. eo. fallit tamen hoc in 4. casibus, quos Phil. refert in d. c. ut debitus. col. 10. quæst. 14. ubi uide. Sin uerò ab interlocutoria appelletur, appellatio non ualet aliter, nisi nominatim & in specie expriment omnes causas grauaminis



grauaminis in ipsa appellatione. tex. & ibi Gemi. c. cordi. de app. lib. 6. Dd. communiter in d. c. ut debitus, nec sufficit relationem facere ad acta, secundum Phil. in c. consult. de app. per tex. cle. appellati. eo. tit. & ibi Card. in 4. not. quæst. 3. & 4. Si tamen causa grauaminis in mero iure consisteret, adeo quod nullam facti probationem requireret, uel uim diffinitiuæ haberet, ualere appellatio ab interlocutoria etiam sine causæ expressione, Bald. in l. minoribus. C. de his qui. ut indig. & l. per hanc. col. pen. in fi. C. de temp. app. & Gemi. d. c. cordi. & Phil. d. c. ut debitus. quæst. 11. & 14. Porro tertium est, quod intra decem dies appellatio fuerit interposita, auth. hodie. C. de app. c. cum dilecti. in fi. de elec. c. significauerunt. de testi. c. quod ad consult. de re iud. & per Ioan. Andr. in c. Romana. §. si uero. de appel. lib. 6. Quartum denique est, quod intra tempus legitimum, uel à iudice præscriptum, appellationis facta sit prosecutio: c. cum super. de re iudi. Habet autem appellans annum unum ad prosequendum coram iudice appellationis, quod appellans primum fatale: & si est impeditus habet ex causa secundum fatale. per auth. ei qui appellat. C. de temp. app. c. ex ratione. de app. & cle. sicut. eo. tit. Ex ordinatione uero Camerae Imp. datur solum semestre tempus: quod si quis impeditus sit eo tempore, non conceditur aliud, nisi per uiam restitutionis in integrum: licet de iure communi primus & secundus annus dentur ipso iure à lege: & si quis doceat se iuste impeditum, datur etiam tertius annus, non tamen integer, sed tantum temporis, quanto durauit impedimentum, idque per uiam restitutionis: ut per Abb. d. c. ex ratione. col. 4. ibi Inn. & alios Dd. post Bar. in d. auth. ei qui appellat. Dixi, uel à iudice præscriptum: quia potest iudex à quo, siue inferior breuiorem terminum ad prosequendam appellationem præfigere, intra quem si non fiat prosecutio, remanet appellatio deserta, potestque sententiæ fieri executio. c. cum sit Romana. & c. personas. ibi post Dd. Phil. de app. Cæterum si unum ex suprascriptis quatuor requisitis deficiat, appellatio semper cæsetur deserta esse, de quo uide latius in locis iam antea citatis. & in l. eos. l. litigatoribus. & l. hi qui. C. de app. Et quia supra diximus, interdum in scriptis appellandum esse, non est ignorandum, quod tunc dicatur appellatio in scriptis fieri, quando porrigitur libellus appellatorius scriptus: aliàs si uiua uoce dictaret quis appellationem, & notarius illam deinde in scripturam redigeret, non diceretur appellatio facta esse in scriptis, & elapso decennio ad appellandum concessa sententiâ transfret in rem iudicatam, non obstante tali appellatione inualida: ita in terminis tenet Phil. Frā. d. c. ut debitus. col. 7. uers. 3. quæritur, quod est notatu dignum.

## OBSER. XVI.

*Explicatur regula, quod testes minus idonei & inhabiles admittuntur, si ueritas aliter sciri non possit.*

**G**enerale dogma est & multum singulare, quando ueritas aliter haberi non potest, admittendos esse testes etiam inhabiles, & minus idoneos, de quo per Sa. li. in l. ea quidem. col. 27. uers. ad quintam quæstionem. C. de accusa. & Alex. conf. 64. lib. 7. ubi multa dicta accumulata ad comprobationem huius regulæ: & per Hippol. de Marfil. in l. diuus, & l. de minore. num. 24. ꝑ. de quæsti. & in l. fin. C. ad legem Corne. de fica. ubi plura congerit ad hunc locum illustrandum pertinentia. Præfatum tamen dogma (ne impingas) sic intelligendum est, & procedit, quando ex natura facti, delicti, seu negocij uerisimiliter habita, & actu alij interuenire non potuerunt, aliàs secus. Quamuis enim accidenti quandoque contingat, quod alij testes non adfuerunt, tamen in potentia uerisimiliter plures adhiberi potuissent: tali specie non dicitur per alios ueritatem sciri non posse, quia imò ex natura negocij per alios potuit ueritas in potentia haberi, licet aliter acciderit: ita singulariter & ualde eleganter intelligit prædictam doctrinam, ac declarat Ant. Butr. in c. tertio loco. de probat. & consil. 24. quæstio hæc dubia. refert & sequitur Alexand. d. consil. 64. pro quo allegat text. & ibi glos. in c. fin. de testi. cogn. & idem Alexand. latifs. consil. 152. uiso processu. uers. non obstat etsi dicatur. num. 11. lib. 5. Ias. in l. j. C. de sum. trini. in lectu.

in lectu. col. fin. & in rep. col. 11. num. 50. uers. ex istis omnibus fac regulam. Idem Ias. in l. fin. C. de his qui. ut indig. & Deci. conf. 133. uiso processu & sententia. col. ult. & conf. 310. uers. & cōf. 342. in causa partus suppositi: in quibus locis multas allegat cōcord. itemq; Felin. c. de cætero. de testi. Ex qua declaratione conficitur, quòd is, qui inhabiles & minus idoneos testes producit, asserendo alios non reperiri, nec aliter ueritatem cognosci posse, illud probare teneatur. Habet enim aduersarius intentionem suam fundatam à iure communi, nempe testes inhabiles à testificando arcendos esse, nisi ex diuerso, & sic per producentem doceatur, ueritatē aliter sciri nō posse. Nam ex quo in certo casu excipit, tenetur exceptionē suam probare, prout istud in simili explicat Hiero. Schurpf. consil. 60. num. 14. & 15. Centu. j. ubi multas concord. allegat: alioqui semper quis ualeret producere testes inhabiles, dicendo sese alios habere non posse: ita Alexand. in d. conf. 64. ad concord. per Hippo. conf. 31. bonorum. uers. præterea ad hoc ut testes. Item cōsil. 41. diuini. & conf. 80. qui cuncta. quod uelut singulare, usu sic exigente, diligenter obserues.

## OBSER. XVII.

*Omissio conclusionis causa an uitiet sententiam? Itē quid facere liceat, postquam in causa conclusum est.*

**I**N causa appellationis Frederici Stormfeder & communitatis in Stozach contra Scultetum & communitatem in Jlsfeldt, relata mense Decembri, anno 1548. inter cetera dubitatum memini, an omissio conclusionis in causa uitiet sententiā? Et conclusum tum fuit, non uitiare iure ciuili, per ea quæ scribit Abb. in c. pastoralis de caus. possess. & propr. col. 3. Bald. l. nec causas. C. de app. & Felin. c. cum dilectus, uers. quarto scias. num. 33. de fide instrum. Et rectē: est enim conclusio in causa magis de consuetudine, quàm substantia iudicij, etiam in causis ordinarijs, ut pulchrè per Card. in cle. sæpe. §. & quia. quæst. 19. de uerb. sig. & Abb. Sicu. cum l. & ff. de re iudic. unde etsi omittatur, processus ualet: tanto magis in causis summarijs, in quibus de necessitate non requiritur, per tex. in cle. sæpe. §. & quia. Idem tenet Io. Andr. in addit. ad Specula. tit. de renun. & conclusum in prin. Bald. tamē in Margarita sua, uerbo, renunciatio & cōclusio, dicit, conclusionem esse de ordine substantiali, eiusq; omissionem uitiare sententiam. per Auth. iubemus. C. de iudi. Aduerte tamen, licet per conclusionem imponatur finis productioni actorum, adeò quòd ea facta nihil amplius produci possit in causa, neq; expectetur aliud, quàm sententia: est enim cōclusio in effectu nihil aliud, quàm renunciatio omnibus probationibus & defensionibus producendis, iuxta gl. in c. cum dilectus. de fi. instrum. Potest tamen allegari in iure post conclusionem, secundum Bald. in auth. iubemus. C. de iudi. item restitutio in integrum peti per minores, mulieres & ecclesias: Dd. c. auditis. de in inte. resti. & deferri iuramentum suppletorium, in modò ante conclusionem petitum fuerit: per Ias. in rep. l. admonendi. col. 154. c. de iure iu. ubi & alijs Dd. Admittitur item post conclusionem probatio per confessionem partis: Bald. in rub. C. de proba. uers. ego aliter. & ibi etiam Castr. rei q; euidenciam & aspectum loci: quoniam ista probatio omne probandi genus superat, iuxta Bald. in l. contra negantem in fin. C. ad l. Aquil. & in l. si quis testis. in fin. C. de testi. Interrogatio quoq; post conclusionem fieri potest, ad partis instantiam, præsertim in causis summarijs. glo. uerb. interrogabit, cle. sæpe. de uer. sig. Abb. & Feli. c. cum legationes. de fid. instrum. Deniq; omnis probatio ad defensionem rei admittitur in criminalibus confessione facta in causa, iuxta Bart. in l. Diui fratres. ꝛ. de pœ. & in l. j. §. fin. ꝛ. de quæst. Nota etiam, quòd iudex in uitis partibus, uel altera earum, si data sint sufficientes dilationes, possit causam conclusa acceptare: iuxta Panor. in c. pastoralis de caus. possess. & propr. & gl. in c. sæpe ad fi. de uerb. sig. Idq; in Camera iudiciali Imperij quotidie obseruatur.

## OBSER. XVIII.

*An in constitutione syndici uniuersitatis, nomina singulorum debeant exprimi.*

**A**N in constitutione syndici; uel in alijs gestis per uniuersitatem, ciuitatem, uel collegium aliquod, debeant exprimi nomina singulorū in instrumento, quod super re gesta conficitur: uarij uaria opinantur. Sed in Camera Oldradi sententia cō probata est, quam tradidit ipse consil. 100. eamq; refert etiam Ioan. And. ( licet sup-presso Oldradi nomine ) in addit. ad Specu. tit. de syndico. §. uers. quod nomina monachorum. Nam si tales constitutiones procuratoriæ sonant in nomina collectiua, certam iuris determinationem habentia ( qualia sunt, capitulum, uniuersitas, ciuitas, collegium, conuentus, & similia ) tunc non est necesse, nomina Canonicorum, uel singulorum de uniuersitate, ciuitate, aut collegio exprimere. Sin autem fiunt per nomina singularia corpora designantia, ut quia dicatur, Canonici talis ecclesiæ, ciues talis municipij, &c. tunc exprimenda sunt nomina singulorum, ea ratione: quia talis sermo posset uerificari de duobus tantum. l. inter illam. §. ult. de uerb. signif. Si tamen facta sit constitutio per tale nomen singulare, quod æquipolleat nomini collectiua, ut si dicatur: omnes Canonici talis ecclesiæ, omnes ciues talis oppidi, tunc pariter subsistit absq; speciali nominum expressione: iuxta Bald. in addit. ad Specul. d. tit. de syndico, ubi, Si instrumentum, inquit, syndicus sonat, omnes interfuerunt, omnes constituerunt, hoc sufficit sine nominum expressione. Atq; ita saluatum est mandatum syndicus Vlmensis in quadam causa, ubi erant talia uerba: *Wir Burgermeister Rath vnd alle Burger gemeinlich der Stadt Vlm. 2. die Junij, anno 1551.*

## OBSER. XIX.

*Constitutio de pignorationibus no tam in ipsis pignoribus, quàm etiam in eo quod pro redemptione pignorum datum est, locum habet.*

**C**Irca constitutionem in ordinatione de pignorationibus, quæ in 2. parte tit. 22. extat, inter cætera dubitatum fuit, si cui fiat pignorata aliqua animalia, puta uaccæ, uel oues, isq; ea pro uitando interitu precio suo redemerit, an mandatū de restituendo precio ex constitutione pignorationis decerni possit? Et conclusum fuit quod sic, ob id certè, quia precium loco rei succedit, & uidetur permutatio pignoris: atq; ita decreti sunt processus Nobilibus de Walborn contra Archiepiscopum Coloniensem, in causa *Der abgepfendten 125. thaler.*

## OBSER. XX.

*Pignorationis constitutio seruatur etiam in casu, quo pignoratus est subditus mini cum alijs communis.*

**S**I supplicans narret pignorum subditum in loco, in quo iurisdictionem communem habeat supplicans, cum alijs, decerni fuit, prædictæ constitutioni de pignorationibus pariter locum esse: sicq; decreti sunt processus Comitibus de Spanheim contra Archiepiscopum Treuerens. binis uerbis, anno 1550. & anno 1553.

## OBSER. XXI.

*Pignorata res si perempta sit, seu deteriorata, an locus sit constitutioni de pignorationibus.*

**Q**uid aut pignore perempto uel deteriorato, ut nō possit fieri restitutio, uel nō possit integrè, nunquid poterit iuxta processum dictæ constitutionis incidere & principaliter super damnis in Camera agi & pignorans aliàs Camera non subiectus, ea de re ibidē conueniri? Et responsum fuit non posse: quia tenetur pignorans integrè restituere rem captam, seu pignoratā in eo statu & bonitate, quo eam occupauit, aut rei precium iuxta mandatū emissum: quod si nō facit, actori permittitur super pœnis mādati procedere, et arctius mādatum petere, ob nō factā partitionem. Et hic est legitimus huius constitutionis processus, quo & damna consequentur, super quibus actionem instituere in Camera non potest, pendente quæstione restitu-

restitutionis, & obtemperacionis factæ uel non, tanquam præiudiciali, sed remittitur ad iudicem ordinarium pignorantis. Atq; ita seruatum fuit in causa Nobilis de Walboyn cōtra Alexiū de Chan, & Burchardū de Hertinghausen, 19. Augusti, ann. 1550.

OBSER. XXII.

*Quando & ex quibus causis appellatio censetur deserta.*

**Q**uoniam in Camera Imperiali frequenter causæ appellationum nō acceptantur ob desertionē: ideo utile fuerit uelut in parato habere, quando, & ex quibus causis appellatio dicatur deserta. Et sciendum est, quod iudex in dubio pronunciare debeat, appellationem non esse desertam: quia oportet ipsum eligere uiam mitiorem, per quam non perimatur ius litiganti, secundum Castren. Alexand. & Ias. in l. j. §. si quis caut. & Deci. in l. quoties nihil. §. de reg. iu. & Feli. c. significauerunt de testi. ubi autem euidenter constat, appellationem desertam esse, tunc iudex super desertione pronunciare obnoxius est, etiamsi de ea ab aduersario nihil fuerit obiectum, iuxta Phil. Fran. c. ex ratione. col. 20. uers. quod ad secundum dic. de appell. Bald. in add. ad Spec. tit. de appell. uers. iudex ex officio. & perinde habetur, ac si appellatum non fuisset: per glo. sing. in uerb. executioni. l. 2. C. de tem. appell. & Card. in cle. si appellationem. in j. quæst. de appel. adeo quod si iudex in principali pronunciet, sententia sit iure nulla, propter defectum iurisdictionis. Bald. in. §. fin. tit. quo tem. mi. inue. pet. de. Guid. Pap. decif. 437. quæst. 9. num. 16. Sunt autem hi præcipui casus, in quibus appellatio efficitur deserta: uidelicet si non sit appellatum intra decem dies, qui ad appellandum dantur: uel appellans non fuerit prosecutus appellationem intra tempora legitima, id est, intra annum, uel biennium, secundum formam auth. ei qui. C. de temp. app. & c. cum sit Roman. & c. ex ratione, ubi plene Dd. de appel. uel hodie intra semestre tempus ex ordinatione Camerali Imperij. Idem est, si iudex à quo breuiorem terminum ad prosequendum præstituit, quod potest facere, per tex. in c. personas. c. cum sit Romana. c. oblata. c. reprehensibilis, & c. saepe, ibiq; Dd. de appell. nam si intra præscriptum terminum non fiat prosecutio appellationis, habetur pro deserta, ut tenet glo. in l. præses. C. de appell. & ibi Alexan. & Guid. Pap. decif. 336. Idemq; in Camerali iudicio seruatur. Item si appellans intra 30. dies neglexit petere apostolos, cle. quamuis. de appell. c. ab eo. de appel. lib. 6. & l. iudicibus. C. eo. uel non comparuit in die per iudicem ad recipiendos apostolos præfixo, etiamsi iudex non uenerit ad locum. Card. d. cle. quamuis. §. fin. in j. quæst. Verum hodie illud cessat, cum ex ordinatione Camerali apostolorum petitio non sit necessaria, ut alibi annotauimus. Item appellatio ab interlocutoria efficitur deserta, eo ipso, quod non est admissa, & appellans non appellarit iterum ab ista non admissione. Item si appellans pendente appellatione, innouet aliquid in præiudicium aduersarij, ut quia ipsum spoliat, censetur appellationem deserere: & istos duos casus supra Cent. 2. obser. 49. & 50. quoq; annotauimus. Sed etsi appellans post interpositam appellationem petat dilationem ad soluendum id, ad quod erat per sententiam condemnatus: casus est in l. ad solutionem. & ibi Bald. C. de re iudi. & Lud. Roma. conf. 9. in fi. uel aliàs actum faciat incompatibilem et contrarium appellationi, ut quia adhuc litiget coram inferiori iudice: nam per hoc appellationē deserere cōsetur, huicq; renunciare. c. sollicitudinem. de appella. & notat Abb. in c. gratum. de offi. deleg. Secus tamen esset, si coram ipso actum faceret aliquem tenentem ad maiorem corroborationem sue appellationis, ut quia postulare, ne uelit progredi ad executionem: quia tunc uideretur recedere ab appellatione; prout decisum est per dominos Rotæ decif. 475. si ille qui à sententia. in No. idem tenet Abb. in c. quæstioni. de app. & Fran. d. c. sollicitudinem. col. 4. & 5. Et generaliter quando appellans adit iudicem à quo super innouatis & attentatis, non uidetur renunciare appellationi, secundum Abb. in c. cum teneamur. in 2. not. de appel.

OBSER.

OBSER. XXIII.

*De iure primogenitura: & an filius ex primogenito præferatur patruo, uel contra, in successione.*

**E**Xtra controuersiam est, ius seu consuetudinem ualere, quòd primogenitus exclusis fratribus in Regno uel Ducatu & Comitatu, alijs uero dominijs & iurisdictionibus solus succedat, de quo per Albe. de Ros. in proœ. ꝑ. Bar. Bal. Ias. in l. cunctos pop. C. de sum. t. ini. Feli. c. quæ in ecclesiarum. de consti. Ang. conf. 287. & eundem Bald. in l. cum antiquioribus. C. de lib. ubi hanc consuetudinem in Hispania, Anglia, Gallia, & alijs mundi regnis atq; dominijs uigere scribunt. An autem si primogenitus relicto filio patre uiuente moriatur, transmittat ius suum primogenituræ in suum filium, ita ut is præferatur patruo, id est fratri primogeniti defuncti, in successione regni aliarum uero dignitatum, perpetuò conflictantur Doctores: nonnullis existimantibus patruum nepoti præponendum esse: in qua sententia fuerunt Cy. in l. si uiua matre. C. de bo. mater. Bar. in auth. post fratres. C. de leg. hæred. & ibi Alex. in add. idem Alex. conf. 54. lib. 3. ubi dicit, se semper secutum esse istam opinionem pro patruo, uelut melioribus rationibus probatam, & magis communem dicit Oldra. conf. 93. Io. Faber. §. cæterum. de leg. ag. suc. Imo. & Gemi. in c. grandí. de sup. negli. prælat. & Luc. de pen. in l. ult. C. de tyroni. lib. 12. Alijs contra, nepotem patruo anteferendum tradentibus: ut per Io. Andr. ad Specu. in Rub. de feud. uers. redeundo ad indiuiduum. Oldra. conf. 224. ubi hoc probat de iure diuino, naturali & positiuo. Bal. in l. ex hoc iure. uers. sexto quæritur. ꝑ. de iusti. & iu. l. liberti. C. de oper. liber. & l. 3. ubi etiam Castren. C. de suis & leg. Sali. l. Imperialis. C. de nup. eundem Castr. in l. maximum uitium. C. de lib. præte. & latissimè conf. 165. in Nouis. Capel. Thol. decis. 433. Card. Alex. in c. j. in prin. uers. superest, ut de notab. arti. de feu. mar. ubi arguit pro utraq; parte per multas columnas. Fab. §. cum filius. uers. sed quid dices. Instit. de hæred. quæ ab in. def. Franc. de Are. conf. 164. diligenter & maturè discussis. & Ia. de S. Geor. in trac. feu. col. 2. col. 3. uers. sed pone decessit rex, quid dicendum? Nam Baldus in d. l. cum antiquioribus, post multa argumenta hinc inde relata dicit, soluat Apollo. & Ias. in d. l. maximum uitium, hanc quæstionem semper se putasse dubiam ait, nec illam alio modo resoluit. Ego in hac uarietate nepotis causam iure & equitate potiore esse existimo, cum natura pater & filius eadem esse persona pene intelligantur. l. ult. C. de imp. & al. sub. Imò, ut Canon dicit, una caro probetur esse pater & filius c. contradicimus. §. hac autoritate. 35. quæst. 3. & una persona reputentur secundum glo. j. in c. super eo. de testi. & Feli. c. j. col. 2. de magis, ubi citat Lud. Rom. in l. j. ꝑ. in ius uo. ut eant. dicentè, quòd pater, cui commissæ est legatio, possit substituere filium. l. sciendum. §. legati. ꝑ. de legati. quasi persona filij sit persona patris: & uox patris tãquam uox filij est. §. ei qui. Instit. de muti. sti. & filius personam patris representat. l. j. §. aut si unum, uers. si sit filius. de c. niu. cum emã. lib. Et nepos succedit in locum filij. l. si nepotes. ꝑ. de colla. bo. quare filius primogeniti mortui una quodammodo persona cum patre existens, ius primogenituræ, quod legis & consuetudinis beneficio pater eius, si non actu, at habitu & potentia consecutus fuerat, obtinebit. Quemadmodum querelam inofficiosi testamenti, licet non præparatam, sed spe habitã à moriente patre in filium cõstat transmitti, per l. si quis filium. C. de inoffi. test. Huic sententiæ adstriquitur quoq; ius diuinum & Canonicum, permittens primogenito, ut etiam uiuente adhuc patre ius primogenituræ & uendere, & cedere possit: Gene. 25. & 27. & c. quàm periculosum. 7. q. j. & c. ult. §. item opponitur. 22. q. j. Si itaq; ius primogenituræ cedi poterit uiuente patre, etiam ad hæredem transmitti poterit, per regulam qua dicitur, quod est cessibile, est etiam ad hæredes transmissibile. arg. l. ex pluribus. ꝑ. de admitt. tut. cum si. Pleriq; tamè distinctionis fœdere has dissidentes opiniones circa suprã dictam quæstionem conciliare conantur, sicut apud Alex. & Ias. uidere est, in l. is potest. ꝑ. de acqui. hæred. itè latifs. apud Mar. Laud. de primogenitu. quæst. 38. & Ant. Corse. de potest. reg. quæst. 102.

h OBSER.

OBSER. XXIII.

*Nominatio seu laudatio auctoris in actione reali.*

**N**otum est, quod si quis conueniatur actione reali ad aliquam rem, possit conuentus laudare suum autorem, & sibi litem denunciare ad effectum, ut possit contra eum habere recursum de euictione, per l. emptor. C. de euictio. de qua materia plenè tractat Andr. de Yser. in c. j. fi. pro feud. uasal. ab alt. inter. fue. & Alexand. in l. non solum. §. morte. ꝛ. de no. oper. nūcia. & l. 2. §. uoluntate. ꝛ. solu. matri. in quibus locis cumulat multos casus, in quibus absq; denunciacione habetur recursum de euictione contra autorem. Autor enim is intelligitur, à quo quis causam habet, l. Pomponius. §. cum quis. ꝛ. de acquir. poss. & l. an uitium. ꝛ. de diuers. & tempo. præscript. & l. auctore. C. de euictio. Sed an debeat supersederi in causa durāte termino dato reo ad denunciandum auctori, dubitatum fuit, & decisum, quod si quidem autor laudatus, sit præfens in loco iudicij, non suspendatur causa, sed procedi debeat: sin uerò sit absens, supersedendum esse durante termino ad denunciandum. Et hoc habetur etiā in constitut. Reg. Sicil. incip. dubitationem. cuius meminit Marāta in suo Spec. iud. parte 6. tit. de laudatio. fol. (mihi) 182. num. 4.

OBSER. XXV.

*Causa testati & intestati non cumulatur.*

**C**ausam testati & causam intestati non posse cumulari per hæredes, ualidè defendit Boer. decisio. 33. j. parte, per tex. clarum in l. ult. de codicil. & ibi Bart. Bald. Alber. Paul. de Castr. Salic. Phil. Corn. Alexand. & Ias. post Cy. & in l. ex sextante. in prin. ꝛ. de excep. rei iud. siue ex eodē testamēto, eodē tēpore, uel diuersis tēporibus siue ex diuersis scripturis quis agat: nisi probabilè & iustā ignorātiæ causam habeat, codicillorū postea factorū, uel alterius ultimæ uolūtatis. l. Clodius. & l. illud. ꝛ. de acqui. hæ. & l. nec is. §. hæres. eo tit. quia ignorantia iuris uel facti supina non iuuat. Ad idem uide Ludo. Roman. consil. 125. mater & soror, & Alexand. consil. 121. uol. j. Eandem opinionem amplexi sunt etiam Domini Assessorēs in causa Georgij Klein contra Lucretiæ Marschelcin hæredes, relata 14. Ianua. anno 1555.

OBSER. XXVI.

*De statuto exclusiuo fœminarum in successione: & an etiam in legitimatis locum habeat.*

**S**tatuta, per quæ fœminæ excluduntur à successione paterna, extantibus masculis, ualere notum est: maxime si doctibus prouideantur, ut latè per Dd. in l. cunctos pop. C. de sum. tri. & fi. cat. c. j. §. consti. Anch. in rep. c. Canonum statuta. eo. tit. Alber. Bru. in suo eleg. trac. de stat. exclud. fœ. & fusissi. per Bened. in rep. c. Raynucius. uerbo, duas habens filias. num. 126. & multis seq. de testam. ubi multis probat, huiusmodi statuta fauorabilia esse, non odiosa, uelut tendentia ad conseruationem nominis & familiæ. Vt tamen tale statutum exclusiuum fœminarum locum habeat, duo sunt necessaria: Primò quod filij supersint masculi, qui filias excludāt: sufficit tamen unum superesse masculum, iuxta Bald. in l. j. C. de cond. infer. & Bart. in l. j. §. omnem. ꝛ. ui. bo. rap. siue is laicus sit, siue clericus, quia uterq; filiā excludit. Quāuis enim in clerico cessare uideatur ratio statuti, quæ est familiæ conseruatio, quæ per clericos, qui matrimonium contrahere prohibentur, conseruari non posset: tamen cum hoc sit impedimentum accidentale, non naturale, non est attendendum, secundum Panor. in c. constitutus. 3. de in inte. rest. & c. ecclesiā S. Mariæ, ubi etiam Feli. quæst. 7. de consti. Prædicta tamen intelligēda sunt de filio legitimo & naturali. Nam naturalis tantum, uel spurius filiam non excludit: sicut nec filius legitimus tantum, id est, adoptiuus, per ea, quæ no. Cyn. & Ang. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & sub. sub. cō. fac. & Bened. loco supra citato. num. 149. Cæterum de legitimatis, an & hi filias excludāt, grauissimè disputant Dd. in l. si is qui per emptorem. ꝛ. de

¶ de usufructu. & Alb. Bru. in d. trac. 12. art. quæst. 4. nonnullis opinantibus in legitimatis statutum illud cessare: cum hi non dicantur proprie filij, sed improprie & fictè. l. filium. ¶ de his qui s. s. uel al. iu. alijs contra censentibus, legitimatum excludere filiã, ut per Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum tales filij legitimati dicantur naturales & legitimi, scilicet natura & lege cooperantibus, & sint uerè & non fictè legitimi. arg. l. 2. C. de iu. au. annu. ubi libertus restitutus natalibus, dicitur uerè ingenuus, cum legitimare aliud nihil sit, quam maculam abstergere illegitimitatis, quæ iuri naturæ non inhæret, sed erat iure gentium obfuscata ex defectu matrimonij, secundum glo. in l. manumissiones. ¶ de iust. & iu. Alijs deniq; prædictas opiniones fœdere distinctionis conciliantibus, quod prior obtineat, in legitimato per rescriptum principis, qui statuto non comprehenditur mentionem faciente de legitimis, aut filijs simpliciter: altera uerò in legitimato per subsequens matrimonium, uel alios mores legales, de quibus in c. per tuas. qui fil. sint leg. is enim (secundum eos) appellatione legitimorum continebitur. Et ratio differentiæ est, quia dato, legitimatum per rescriptum uerè esse legitimum: tamen non est legitimus iure communi, sed tantum iure speciali, de quo statutum non præsumitur cogitasse, maxime in præiudicium filiarum, sed solum disposuisse & sensisse de legitimis iure communi, quales sunt per consequens matrimonium legitimati, iuxta §. ult. Inst. de nup. ita tradit Bened. in d. rep. c. Raynucius, uerbo, duas habens filias. num. 148. ex doctrina Ant. de Butr. in c. cum uenerabilem. qui fil. sint leg. cui adde Castr. Bald. & Sali. in l. ult. C. qui ue. ætat. imp. Verum utcunq; sit, in Camera eorum opinio comprobata est, qui asserunt, statutum illud in legitimatis cessare: quia ualde absurdum esset, quod spurij legitimati ut aduenæ introducerentur ad exclusionem prolis legitimæ & naturalis, per text. in §. tribus. l. fin. Nouel. qui. mo. nat. effi. sui. Et hanc magis communem, nec ab ea in iudicando uel consulendo recedendum esse, Iason testatur in d. l. si is, qui pro emptore. num. 286. & nouiss. Carol. Molinæ. in consue. Paris. rub. j. §. 8. glo. j. num. 50. idemq; in addit. ad Alexand. cons. 2. uers. legitimato. lib. j. ubi ad nauseam hanc quæstionem in utramq; partem disputant. Porro secundum principale requisitum est, ut tale statutum uires habeat, quod filiã, de cuius exclusione quæritur, sit dotata, ut quia elocata fuerit nuptui, dosq; illi tradita, uel ei assignata per patrem in testamento, uel aliter secundum Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ¶ de cond. & demon. & l. qui pupillum. ¶ de adul. & Bald. in l. non sine. C. de bon. quæ bib. de quo uide latius Bened. loco supra citato, num. 157. & aliquot seq. Et prædicta uelut memoratu digna non contemne.

## OBSER. XXVII.

*Perditio omnium uel maioris partis bonorum iustum causat metum.*

**C**Lari iuris est, quod perditio omnium, uel maioris partis bonorum inferat iustum metum, per c. 2. quod ui met. caus. & quæ ibi Panor. & alij tradunt. Vnde uoluit Alex. cōf. 143. uol. j. quod habens litem mecum de maiore parte bonorum præsumatur inimicus, ideoq; testificari non possit: de quo uide latius Rom. cōf. 379. Butr. & Panor. c. j. de iud. Bar. Alex. & alios cōmuniter, in l. 3. in prin. ¶ de testib.

## OBSER. XXVIII.

*Præscriptio non obiecta, ex actis tamen apparens, an à iudice attendenda sit in pronunciando.*

**M**ultum conflictantur Dd. si exceptio præscriptionis non sit obiecta à parte, & iudex ex actis eam euidenter deprehendat, an possit supplere? Nam quod iudex non possit ex officio repellere agentem, contra quem est præscriptum, decidit Guid. Pap. decis. 221. ubi adducit plures casus, in quibus iudicium ualet, si per partem non opponitur. Pro quo facit glos. in l. sicut. uerb. facultatem. & ibi Bald. & Sali. C. de præscript. triginta anno. qui tenent quod præscriptio non tollat actionem

ipso iure, sed tantum ope exceptionis. Et in hanc partem multa congerit Boer. decif. 344. in 2. parte. num. j. 2. & 3. in contrarium uidetur, iudicem posse ex officio sine partis allegatione repellere agentem, cui obstat præscriptio, ut tenet Ant. de Butr. & Abb. Sicul. in c. ad aures. de præscript. per illum text. & l. j. §. j. C. de anna. except. & Luc. de Penna, in l. fin. col. pen. C. de censibus, lib. 11. & de hac opinionum uarietate, uide pulchrè Feli. d. c. ad aures, circa fin. & Io. Fran. Balb. in tracta. præscriptio. in 2. parte. quæst. 2. ubi uidetur inclinare in priorem partem, nempe quòd opus sit allegatione partis, aliàs præscriptio tollat actionem ipso iure, quam sententiam Boer. in d. decif. 344. post num. 8. dicit communem esse: addendo tamen, iudicem ex se & proprio motu hoc facere posse, non tamen ad hoc alstringi. Quicquid sit, in Camera decifum memini, præscriptionem etiam non opponente parte in ferenda sententia attendendam esse, si manifestè appareat probata.

## OBSER. XXIX.

*Si commissarius suspectus post recusationem pergat examinare testes, potest ab eo appellari: & talis appellatio in Camera recipitur.*

**Q**Vando decernitur commissio ad examinandum testes, ad perpetuam rei memoriam, & pars aduersa ad emissam à commissario citationem coram eo comparet, ipsiusq; personam uelut suspectam ex certis quibusdam causis recusat: tunc si commissarius nihilominus cum examine procedat, pars autem citata appellet ad committentem, solet in Camera recipi talis appellatio, & decerni citatio ad prosequendam appellationem. ita factum in causa Episcopi Aichstetensis contra tutores liberorum quondam Christophori de Schenkenstein, relata die 8. Martij, anno 1555.

## OBSER. XXX.

*Bannitus an potest prosequi accusationem institutam ante bannum.*

**I**N causa purgationis Goslariensium tunc bannitorum cōtra Henricum Ducem Brunswicensis & confortes, relata 19. Martij, anno 1541. in pleno consilio communibus suffragijs (uno dempto) conclusum fuit: quòd bannitus in Camera accusationem etiam ante bannum institutam pendentem prosequi nō possit, & quòd iudex ex officio ipsum non admittere, sed repellere debeat, idq; propter ordinationem Imperij.

## OBSER. XXXI.

*Responsio ad libellum cum protestatione non contest. litem, quid operetur.*

**S**I quis respondeat libello cum protestatione, quòd id non animo litē contestandi facit, aiunt Dd. talem protestationem operari, quòd lis non sit contestata. Sed hoc uerum intelligitur, nisi iudex prius iussisset litem contestari: nam tunc cum simus in casu necessario, protestatio nihil releuat. l. alimenta. C. de nego. gest. l. as. in §. fuerat. num. 109. Instit. de actio. ita tenet Franc. de Are. in l. qui in aliena. §. fin. col. pen. de acq. hæred. Alexand. conf. 42. uol. 3. Abb. in c. j. col. 8. & ibid. Feli. col. 2. de lit. contest. Bart. & Bald. l. j. C. eod. tit.

## OBSER. XXXII.

*Appellatio à pronunciatione de exequendo, uel ab executione in scriptis fieri debet.*

**L**icet iure ordinationis Hdrinbergen. ab interlocutorijs habentibus uim diffinitiuæ uera uoce, aut in scriptis appellari possit, & ita seruetur in Camera: prout etiam huiusmodi appellationes ex nouiter deducendis iustificari possunt, de iure communi, & ordinatione Imperij: tamen quando appellatur à pronunciatione de exequendo, uel ab executione in casibus de iure permissis (qui notantur per glo. & Dd. in l. ab executione. C. quo. appell. non reci.) debet appellatio huiusmodi interponi in scriptis cum causæ expressione: prout notat Bart. in l. ab executore. §. de appell.



appell. & Bald. in d. l. ab executore, quod si appellatum fuit uia uoce, tanquam nulliter facta pronuntiatur. & ita olim iudicatum fuit in causa appellationis contra Radingerum, anno 1541.

## OBSER. XXXIII.

*Attentatorum iudicium an suspendat causam principalem: & an sine causa principali expediri ualeat?*

**E**T si Iason & Aretinus in l. naturaliter. §. nihil commune. ꝛ. de acqui. possess. existiment, quod iudicium attentatorum suspendat causam principalem: attamen contrarium affirmant Bart. & Alexand. ibidem, quod unum non suspendat aliud, sed utrumque iudicium simul tractari possit, idque uidetur defendi posse per l. si constitit. C. fin. regun. & extat de hoc determinatio Neapolitana apud Matth. de Affli. decis. 131. Et hanc posteriorem sententiam amplexa est ordinatio Camerae, in 3. parte tit. §. 31. Vnde dieweil bissher, &c. fol. 152. Quid autem, si in principali sit conclusum, sed causa attentatorum necdum ad finem perducta, an in principali nihilominus pronuciari possit? Quod uidetur, iuxta ordinationem Camerae in praefata par. 3. tit. 31. §. Vnde dieweil. Ibi, vnd keine durch die andere verhindert/oder vsgelalten werden soll. Sed contrarium est uerius: quia ordinatio loquitur solum, quod ad processum utriusque causae, & ne una impediatur alteram, permittit, quod simul tractari possint per cotrouertentes: quod autem ad pronuciationem iudicis diffinitiuam, nihil disponit. Itaque cum hac quaestio ex facto in Camera incidisset (nempe in causa Iacobi Knobloch, aduersus Senatum oppidi Haganoae) censebam tantisper in principali non esse iudicandum, donec attentatorum iudicium etiam ad finem deduceretur: quo facto, primum in causa attentatorum, deinde in causa principali pronuciandum esse: per ea, quae scribunt Ioan. Andr. in c. non solum. de appell. & maxime Guido Pap. decis. 426. Et hanc sententiam in praedicta causa caeteri domini crebrius secuti sunt.

## OBSERVAT. XXXIII.

*An ob territoriorum imminutiones, exactiones quoque mereatur diminutionem.*

**A**Liquoties in Camerali iudicio circa collectas, siue exactiones Imperij colligendas dubitatum fuit, utrum imminutiones territoriorum iure leuamen & deminutionem exactionum mereantur: (Wan einem henn oder standt sein landtschafft wirt geringert / Ob die anlagen desselben henn oder standts derhalben auch geringert werden soll) Et ex Bart. & Ang. sententia in l. ab omnibus. §. si Titium. ꝛ. de lega. j. itemque Specul. in tit. de celsi. uers. quid si aliqua uniuersitas, decidebatur quod sic: nec obstare, culpa rei deminutionem contigisse, propterea quod culpa personalis sit, collectae autem non personis, sed rebus imponi soleant, l. indictio. C. de anno. & trib. lib. 10. & ideo reu non esse conueniendum ultra modum rerum, quas possidet. Hincque est, quod in publicis Imperij Comitibus Vuormatiae habitis prouidum fuerit, quod Status intra tempus ad hoc prestitutum suas querelas ratione deminutionis collectarum coram commissariis speciatim ad hoc destinatis proponere, atque probare, ac cognitionem desuper iudiciariam expectare deberent, &c. An autem etiam captiuus possit durante captiuitate conueniri ad soluendas collectas, uel earum solutio eousque, donec liber efficiatur, differenda sit, pariter controuersum memini. Et ex doctrina Bar. in l. liber homo. ꝛ. de cap. & postli. reuer. po. glof. ibidem responsum fuit, differendam esse. atque ita iudicatum fuisse in causa fiscalis contra Landtgrauium Hassie, nisi obstitissent prauiudicia non admissorum leuaminum. Moderationum etiam causarum non pertinent ad forum Imp. Camerae, sed suos peculiare iudices siue moderatores habent, ut supra diximus, nominatim ad hoc datos, ut coram ipsis Status sua grauamina ratione exactionum moderandarum uigore recessus Vuormatiensis proponant. Caeterum ad consequendas huiusmodi exactiones siue collectas agi solet conditione certae ex conuentione publica, per ea quae habentur in l. conuentionum. ꝛ. de pac.

OBSER. XXXV.

*Sententia super competentia est appellabilis, & in Camera recipitur.*

**A**ppellatio, quæ fit à sententia lata super competentia, id est, in qua iudex se cōpetentem, uel non competentem pronūciat, in Camera recipitur, & rectè. Est enim talis sententia appellabilis etiam iure ciuili, iuxta Bald. in l. 2. C. de episc. audi. licet dicatur interlocutoria, secundum Salicetum in l. post sententiam. C. de senten. & interlo. Ideo q̄ appellandum est in scriptis, & causa inserēda in appellatione: aliàs cēseret appellatio esse deferta: c. cordi. de app. lib. 6. de quo uide Guid. Pap. decis. 10.

OBSER. XXXVI.

*Sententia super desertione appellationis an sit interlocutoria, uel diffinitiuā.*

**S**ententia, per quam pronūciatur, appellationem esse desertam, seu fatalia esse Selapsa, dicit̄ interlocutoria, ut docent Bal. & Salic. in l. si præses. C. quo. & quan. iud. idem Bald. in l. 2. col. pen. in fi. C. de epi. & cle. Hoc tamen ita intelligitur uerum, si pronūcietur super desertione appellationis interpositæ à sententia interlocutoria: quia talis pronūciatio non imponit finem negotio principali: & hoc casu appellari debet in scriptis, per c. cordi. de appell. lib. 6. & causa legitima inseri. c. dilecto. de appella. Secus est, si pronūcietur super desertione appellationis interpositæ à sententia diffinitiuā: quia cū ex tali desertione imponatur finis causæ principali, ipsa pronūciatio super desertione meritò cēseri debet sententia diffinitiuā: ideo q̄ sufficit ab ea appellari uia uoce, sicut à qualibet diffinitiuā, ut latius tradit Guid. Pap. decis. 11. & 12. num. 4. Et quamuis domini de Rota decis. 427. fuit dubitatum, in Nouis censuerint, utrobicq; cum expressione causæ grauaminis in scriptis esse appellandum. hoc tamen in Camera meo tempore non fuit obseruatum.

OBSER. XXXVII.

*Citatio mariti executā in uxorem, an sufficiat ut aduersus maritum procedi possit?*

**Q**uæsitum fuit an citatio facta in personam uxoris ualeat, ut contra maritum, uelut contumacem possit procedi in iudicio? Et uidebatur ualere, argumento tex. in l. aut qui aliter. §. sed & Seruius rectè ait. ꝑ. quod uī aut clam. quo cauetur, absente fœmina satis esse uiro eius aliquid denunciari: quasi idem sit ē diuerso, cū aliquid denunciandum sit marito, quod sufficiat uxori pro marito denunciare: & sic dispositum in uiro, debeat quoq; in uxore dispositum cēseri, per l. ult. & ibi latè Bart. Bal. Ang. & Moder. C. de indic. iud. toll. Sed Iac. de Are. tenet contrarium, quia ex hoc posset sequi incōueniens, si fortè uxor odio prosequeret uirū, uel econtrā, & sic non notificaret unus alteri: item quia scientia patris non nocet filio. l. 4. ꝑ. quis or. in bo. pos. ser. Nec etiam ualeat argumentum à reciprocis in uiro & uxore, ubi est diuersa utriusq; ratio. l. curator. C. de interd. mat. & l. ult. cum glos. ult. C. de rescin. uendit. Dd. communiter in l. ultimum interest. ꝑ. de uerbor. obligat. Ias. post alios in d. l. ult. C. de indi. iud. tē. Et certum est, mulieribus minus peculiare ac propriū esse, ut causas & negocia forensia & extranea curent atq; administrant, propter l. 2. ꝑ. de reg. iur. proindeq; & ipse uir uxorem suam defendat, non uxor uirum. l. j. §. ult. & l. seq. ꝑ. de in iur. qua ratione motus ipse Accur. in d. §. sed & Seruius, expressim tradit, non satis esse uxori denunciare, quod uiro est denunciandum: licet ecōtrā fieri posset per illum tex. Et aliàs uidemus, quod dispositum est, uno correlatiuorum, non habere locum in altero, quando est diuersa ratio, ut præter Bal. uoluerunt Bar. Ang. Flor. Nellus à S. Gem. & alij recentiores in c. 1. ult. C. de ind. iur. tol. Ex quibus inferitur non ualere citationem mariti in personam uxoris, ut aduersus eum tanquam contumacem procedi ualeat, ut post Iac. Are. Guido Pap. censuit, decis. 445. in prin. & consil. 121. indubitanter. in 5. dubio. Quod tamē intelligit ipse, nisi ea citatio fieret in personam uxoris in domo habitationis uiri, per quædam iura quæ in id allegat, præsertim si ei detur copia, siue exemplum citationis, per gl. quam dicit notab. in l. licet. C. de repu. subditq; sic in Curia Parlamenti Delphinatus obseruari, maxime ubi non agitur

agitur de magno præiudicio, & uerisimile sit, citationem ad notitiam mariti peruenisse. Prædictis & illud addendum est, maritum censerì habere domicilium in ea domo, in qua uxor & familia ipsius habitat. l. j. §. domū. ibi. ubi Larem matrimonio collocauerint. ꝛ. de lib. agnos. ideoq; sufficit eum citare ad eam domum habitationis uxoris, ut aperte uoluit Inno. in c. ult. & ibi Host. & Io. And. de eo qui mit. in pos. idem Inn. in c. ex parte B. post prin. de fo. comp. Bar. l. j. §. permittitur. ꝛ. de lib. agnos. Bene. Capra. cōf. 142. punctus quidā. Bar. in 2. dub. & Guid. Pa. in trac. præsump. col. 9. uers. præsumit clericus, & Alciat. in eo. tract. reg. j. præsump. 35. & fa. tex. in l. 2. C. ubi sena. uel clarif. Sed cogita, an id procederet, etiā si uir & uxor seorsim habitatē, honorē tñ matrimonij inuicē habentes, l. cum hic status. §. si mulier. ꝛ. de dona. inter ui. & uxo.

OBSER. XXXVIII.

*Feudi possessio an continuetur in filium ipso iure.*

**A**N possessio feudi, quam defunctus habuit, in filium hæredem ipso iure intelligatur continuari, grauitèr fuit disputatum in causa feudali *Gent cōtra Bochen*, relata 18. Maij, anno 1555. quam quæstionem etiā Doctores diuersimodè resoluunt. Nam glos. in c. j. ad fi. de feud. cogni. uidetur uelle, quod sic, saltem in feudis antiquis: quam glossam feudistæ ibidem probant, idemq; Baldus tenet in l. cum antiquioribus. quæst. 10. C. de iure delib. & in c. j. uers. quæro si possessio. de contro. in masculu. & fœmi. Aliqui uerò contrà censent, sicut in alaudialibus bonis, sic etiā in feudalibus possessionē non continuari ipso iure, sed actuali apprehensione opus esse, per glo. in l. cum miles. ꝛ. ex qui. caus. maio. l. cum hæredes. & ibi Bart. de acqui. poss. Bald. & Alexand. l. in suis. ꝛ. de libe. & posthu. Et hanc posteriorem sententiam amplexi sunt domini in præfata causa, maxime per ea, quæ congeffit præceptor meus *Zafius conf. 30. num. 8.* & aliquot sequentibus, lib. j. ubi etiā argumenta in contrarium facientia abundè diluit. Non etiā contemnenda uidetur *Oldendorp* hac de re tradita dissolutio, in actionibus beneficia. Nam si habitum spectemus, certissimū est, tam dominium, quàm possessionem in liberis continuari mortuo parente: siquidem in suis heredibus non est necessaria aditio, cum statim ipso iure heredes existāt: ut dixi in §. sui inst. de hæ. qua. & disse. Si uerò effectum rei & actum possidendi corporalē respiciamus, impossibile est illū cōtinuari in liberos: quia cum facti sit, per mortē parentis esse desit: igit opus est noua apprehensione. uide etiā, quæ in hac rē perelegāter scripsit *And. Tiraq. in trac. le mort faitit, & c. in 4. par. præfat. fol. 118.* & *Inf. de clar. 5. par. fol. 195. in maio. impres.* Et hanc tenet etiā *Io. Cora. lib. 6. Miscel. cap. 12.*

OBSER. XXXIX.

*Apprehensione unius rei hæreditaria an totius hæreditatis possessio apprehensa dicatur? Et an consuetudo ualeat quòd possessio rerum hæredit. ipso iure in heredem proximum transeat.*

**I**llud quoq; controuersum fuit, an apprehensione unius rei hæreditariæ, totius hæreditatis possessio apprehensa dicatur? Quod uidebatur, per l. 3. post princ. & ibi Bart. ꝛ. de acqui. possess. ubi dicit per introitū partis totū acquiri: quod certè in hæreditatibus præcipuè habere locū uidetur. l. restituta. ꝛ. ad Trebel. ubi re aliqua hæreditaria particulari restituta, tota hæreditas restituta intelligit. Et facit quod uoluit Bart. in d. l. 3. empto castro. per unū actū iurisdictionis quasi possessionē totius acquiri. uide etiā, quæ in hanc sententiā scribit *Alua. in c. j. uers. quæro ab extra. quid sit inuest.* Sed cōtrariū est uerius, magisq; receptū, nepe quòd in plurib. fundis possessione unius apprehensa aliorū fundorū possessio apprehensa non dicatur, quodq; ex aliquarū rerū hæreditariarū apprehensione, aliæ res, quæ non essent apprehense, possideri non censeant etiā concurrente animo acquirere uolentis, iuxta gl. & *Dd. potissime Iaf. in d. l. 3. per l. j. §. ueteres. & l. prædia. de acq. pos. ubi etiā allegat Bal. in l. 2. uers. super. 3. col. 10. C. de fer. & aq. et Ang. in l. licet. C. de acq. pos. subiūgēs prædicta procedere non solū, quādo plures res distincte, & separate essent, sed etiā, si plures sub uniuersitate iuris, puta hæreditatis cōtinerentur: nam & eo quoq; casu per apprehensionē possessionis unius*

h 4 rei hæ-

rei hereditariæ, aliarum rerum possessionem non comprehendit. Et hanc sententiam tanquam ueriores & receptiores secutus quoque est Zas. consil. 10. lib. primo, num. 6. circa fi. Hoc quoque controuersum aliquando fuit, an consuetudine induci possit, ut transferatur possessio sine naturali apprehensione: Nam Bald. in l. j. in prin. C. de usucap. & Bart. in l. si is qui. col. 4. ꝑ. eo. uoluerunt non posse: quoniam actus apprehensionis sit actus naturæ, quæ positua lex inducere nequit. l. 2. ꝑ. de usufr. ea. re. & c. Alij tamen frequentius contra censuere, ualere consuetudinem siue statutum, quod possessio rerum hereditariarum transeat ipso iure in hæredem proximum sine apprehensione, ita ut hæres statim post mortem defuncti succedat in dominio & possessione rerum omnium hereditario iure obuientium, contra l. gerit. cum siml. ꝑ. de acqui. hæ. Et horum sententia sicut receptior, ita & uerior est, ut quæ perspicue probetur in c. ex literis. de consue. quæ etiam Coras. probat lib. 6. Miscel. cap. 13. Et de hac consuetudine uide etiam quæ late scribit Pyrrhus Angli. in consue. Aurel. tit. de testa. cap. 6. ubi dicit talem consuetudinem per totam fere Galliam obtinere: quod certe est mirabile, & notatu dignum.

## OBSER. XL.

*Commissio receptionis testium an etiam in criminalibus causis locū habeat.*

**S**ine pugna est, quod testium receptio in causis civilibus possit alij per iudicem committi: sed an idem in criminalibus iudicijs obtineat, uariarunt interpretes: ut per eos præsertim Cyn. & Bart. in Auth. apud eloquentis. C. de fi. instr. Verum stylus Camere Imperialis obseruat, quod etiam in criminalibus, puta in causis fracte pacis, ubi agitur ad pœnam banni, ex causa possit fieri in alio loco commissio pro recipiendis testibus. Quam sententiam pluribus defendit Bald. in d. Auth. apud eloquentissimum, & Sali. ibidem in eam quoque partem inclinat: de quo uide etiam Franci. Curt. in tract. de testibus. conclus. 29.

## OBSERVAT. XLI.

*Commissarius subdelegare potest ad examen testium, si partes consentiant.*

**S**i is, cui commissio est testium receptio, subdeleget alium ad examinandos testes, parte reclamante, tunc examen est nullum: per ea, quæ scribit Panor. in c. cum Bartoldus. de senten. excom. Fallit tamen hoc, si partes consentirent expressè, uel etiam tacite: uel si duo, aut plures dati sint commissarij coniunctim & diuisim (prout communiter in iudicio Camere fieri solet) & unus ita subdeleget: quia saluatur examẽ, utcunq; pars contradixerit, & dissimulatur hæc nullitas, quod ideo est, ne utile per inutile uitietur. Valuisset enim examen aliàs etiam sine eo, qui alium subdelegauit. Ita decisum in causa Henrici de Bulaw contra senatum & communitatem oppidi Gustraw, quod subest Ducibus Megapitanis, relata die 23. Octobris, anno 1555.

## OBSER. XLII.

*Suspenso effectus banni.*

**S**æpe determinatum est Camera, declarationem banni non posse fieri in euentum: interim tamen uerum est, quod interdum quis declaretur in bannum, & tamen effectus banni ex causa suspendatur ad certum tempus. Ita factum fuisse legi in Camera in causa fiscalis contra Dominum Ericum Ducem Brunswicensem, Die drey iârige vnderhaltung belangende, ibi fuerunt septem correi simpliciter banniti & denunciati: contra reliquos tres effectus banni ad quatuor hebdomadas ex officio fuit suspensus. Eandem practicam secuti sunt domini meo tempore in causa Neitharti contra Dominum Ioachimum Electorem Marchionem Brandenburgensem, anno 1551. partes deinde amicabiliter transegerunt.

## OBSER. XLIII.

*Appellatio à mulcta iure permittitur.*

**Q**uod etiã possit à mulcta appellari, crebriori calculo obtinuit in causa senatus ciuitatis Colonie Agrippine, cõtra Siegen, primæ appellatiõis, relata 8. Aprilis, ann. 1552. cum sit de genere permissorũ. l. et in maiorib. C. de app. Nã nec Soci. in

Soci. in suis fallentijs, regu. 24. ponit illam, nec Spec. tit. de app. §. 2. in prin. ubi recen-  
set omnes casus, in quibus appellatio impermissa est: ergo manet sub regula, argu-  
mento ducto à sufficienti partium enumeratione, quod in iure est ualidum, docen-  
te Baldo in l. conuenticula. C. de episco. & cleri. & tex. in l. patre furioso. ibi commu-  
niter Dd. ꝛ. de his qui sunt sui uel ali. iu. Nic. Euera. latissime in suis Topi. loco 51. hoc  
argumentum examinat. uide etiam Ph. Francum in rub. de appellatio. & l. & à mul-  
ctis. C. de appell.

## OBSER. XLIIII.

*Instantia perit triennio in causis ciuilibus, biennio in criminalibus tam corā  
iudice ordinario, quā delegato: & an idem in arbitro locum habeat?*

**P**RO regula traditur, quod in omnibus causis tam ciuilibus quā criminalibus  
pereat instantia, duretq; in ciuilibus per triennium, in criminalibus uerò per bi-  
ennium. l. properandum, ibi Dd. C. de iudi. idq; locum habet non solum in cau-  
sis, in quibus per uiam actionis uel accusationis proceditur, sed etiam ubi proceditur  
per inquisitionem, iuxta Bald. ibidem, uel ex nobili iudicis officio. Abb. c. uenerabi-  
lis. de iudi. item in executiuis & instrumetalibus, in quibus est executio parata. Lud.  
Rom. conf. 174. amplifs. Doctor Soci. conf. 95. uol. j. & Alexand. conf. 50. uol. 2. Et  
hanc regulam uolunt interpretes non tantum coram iudice ordinario, sed etiam de-  
legato locum habere, propter uerba d. l. properandum. ibi, sed omnes iudices, & c.  
Hinc est quod controuertant Doctores, an instantia pereat triennio etiam coram  
arbitro, sicut coram iudice: & frequentius obtinuit, etiam coram arbitro perimi in-  
stantiam triennio, quando nullum tempus fuit per partes compromisso appositum,  
cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. j. ꝛ. de recep. arbi. quod Spec. quoq;  
uoluit in tit. de arbi. §. differt. col. ult. uers. item ut infra triennium, & Abb. in d. c. ue-  
nerabilis. col. pen. idemq; probat Iason in d. l. properandum. in prin. in 7. notab. Se-  
cus tamen est coram arbitratore, quia nulla instantia coram ipso currit, cum nec ul-  
lum sit coram eo iudicium, secundum Specul. & Abb. in locis iam citatis.

## OBSER. XLV.

*Instantia an pereat moriente litigatore dum lis pendet.*

**Q**UOD autem traditur, instantiam non interire, si moriatur litigator pendente li-  
te, sed eam durare usq; ad triennium, continuariq; in hæredem. l. hæres absens.  
l. si petitor. l. si is qui Romæ. ꝛ. de iudi. & l. si cum hominem, ibi Bart. & Io. de  
Imo. ꝛ. de fideiusso. & c. quia G. ibi Panor. Feli. & Soci. de iud. hoc singulariter limi-  
tatur non procedere, quando instantia fuit accepta cum defuncto laico, cui successit  
hæres clericus, quia non continuatur in hæredem clericum, sed perit instantia, ratio-  
ne priuilegij, debetq; de nouo inchoari coram iudice ecclesiastico. Et quanquā mul-  
ti Doctores contrarium teneant, tamen hæc opinio est magis communis, & melio-  
ribus rationibus fundata, prout multis argumentis eam defendunt & probant Abb.  
& Feli. in d. c. quia G. ubi uideas latius.

## OBSER. XLVI.

*Instantia breuiatio per statutum uel rescriptum est licita, & ualet.*

**T**RADUNT Doctores, præsertim Bald. & Alexand. in d. l. properandum. C. de iu-  
di. & Panor. ac Feli. in c. uenerabilis. ext. eo. dit. instantiam non solum per sta-  
tutum, sed etiam per rescriptum principis abbreviari posse: ut quia princeps rescri-  
bat officiali, uel delegato, quod causam intra semestre tempus expediam: nam tum  
finito tali tempore interibit instantia. Et quod possit per statutum breuiari, compro-  
bat Alexand. conf. 42. uolum. 3. & Bald. in l. si cum ipso. ꝛ. de excusa. tut. quod item  
per rescriptum, est tex. in c. super eo. 2. ibi Phil. Fran. & Abb. de appel. idem Abb. in c.  
de causis. de offi. deleg. Verum in hoc est differentia, quod si sit breuiata per statutum,  
incipiat currere à die litis contestationis, sicut instantia iuris communis: Alexand. d.  
consil.

consil. 42. Bald. Auth. clericus, qui. uers. deinde quæritur. C. de episc. & cler. Sed quando fit per rescriptum Principis, incipit à die præsentationis rescripti, per text. & ibi Phil. Fran. in 4. notab. & sequent. dicto c. super eo. de appellat. ubi plus dicit, quòd ante præsentationem rescripti delegatorij non acquirat delegatus iurisdictionem. Obserua tamen, ut cunq; instantia taliter breuiata sit, si petatur dilatio ultra metas instantiæ, ad examinandum testes in longinquis partibus morantes, possit post illam peremptam sententia ferri: quia ista iusta causa excusat, iuxta Bald. in d. l. si cum ipse. Abb. d. c. uenerabilis. de iudi. & Alexand. conf. 72. uol. 3.

## OBSER. XLVII.

*Instantiæ abbreviatio consensu partium fieri potest.*

**S**I tempus instantiæ, nempe triennium in causis ciuilibus & biennium in criminalibus sit breuiatum communi partium cõsensu, tunc perit ante triennium, uel biennium, prout partibus placuerit. Aetiologia est, quia talis abbreviatio tendit in fauorem publicum, scilicet ut lites citius finiantur. Ita tenet eleganter Lud. Roman. in l. 2. ñ. de re iud. & Alexand. in d. l. properandum. in prin. col. penult. & ibi etiam lafon post num. 23. uers. quarto limita.

## OBSER. XLVIII.

*Instantiæ prorogatio an consensu partium fieri possit.*

**S**Ed an econtrà tempus instantiæ possit consensu partium prorogari? Et Accursius in l. 2. §. sed si iudex. ñ. de iudic. censet non posse: quem Bart. Alexand. & Iaf. in d. l. properandum, sequuntur, addentes non ualere prorogationem, etiam si pœna apponeretur, uel interueniret iuramentum. Idem Bart. & Alexand. in d. l. Seius & Augerius. ñ. ad leg. Falcid. Panor. & Feli. in d. c. uenerabilis. Alexand. conf. 138. uol. 2. adeo quòd nec per compromissum prorogari ualeat, & sic nec tacite, nec expresse. Lud. Roman. consil. 174. Specul. titul. de iudic. deleg. §. restat. uers. sed nunquid de tẽpore, & ibi Ioan. And. in addit. Prædicta tamen limitantur procedere in tempore instantiæ de iure communi, secus in instantia breuiori inducta per statutum, uel principem: ea enim potest prorogari consensu partium usq; ad triennium, sed non ultra: iuxta Sali. Alex. & Iaf. in sæpe dict. l. properadũ, tex. & Dd. in c. de causis. de offi. deleg.

## OBSER. XLIX.

*Instantiæ prorogatio in causâ appellationis iure permittitur.*

**Q**Uod suprà dictum est, tempus instantiæ nec tacite, nec expresse partium consensu prorogari posse: hoc intelligi debet de instantia primæ causæ: nam in instantia appellationis est secus; potestq; tempus exercendæ appellationis per partes prorogari, cle. quamdiu de appella. non modò tacite per compromissum, sed etiam expresse, ut cunq; Bart. in Auth. si tamen. C. de temp. appell. §. nunc breuiter. uers. licet autem. in addit. magis circa finem & Abb. c. ex ratione. de appellat. & etiam Roman. in d. l. 2. de re iudic. contrarium tenuerint. De quo uide latius Maran. in Specul. iudic. parte ult. §. appellatio. 3. quæst. princip. uers. secundo limita. num. 225. fol. (mihi) 276. ubi argumentis contrarijs abundè respondet. Quamuis autem non potest prorogari instantia partium consensu, ut dictum est: perempta tamen instantia restaurari potest: si partes communi consensu, reperant omnia acta uno contextu, ut per Bart. & Alexand. in d. l. properandum, & eundem Bart. in l. Seius & Augerius. ñ. ad leg. Falcid. Feli. d. c. uenerabilis, & Soci. consil. 31. lib. primo.

## OBSERVAT. L.

*Instantia etsi perempta sit, non tamen perit causa ciuilis: secus in causa criminali.*

**C**ommune dogma est, perẽpta instantia nõ perire causam, sed ius partis, & posse actorem de nouo causam incipere: ut d. l. properandum. §. ult. ibi gl. uerbo, uigorem. & Dd. ibidẽ communiter. Hoc tamen procedit in causa ciuili, secus in criminali, quia elapso biennio nõ audif ulterius accusator, uolens iterare suã accusationẽ. Ita te-

Ita tenent Alexand. & Sali. in d. §. ult. & Bald. l. abolitionem. C. ad leg. Jul. de adult. etiam si offerat soluere expensas ad inchoandum nouum iudicium, secundum Sali. in l. §. C. ut in re. temp. per ea quæ habentur in l. si is. & l. ult. C. ad Turpilia.

## OBSERVAT. LI.

*De iure congrui siue prothomiseos, quòd statuto uel cōsuetudine induci possit: & quanto tempore duret.*

Si lege municipalī cautum sit, uel aliās longa consuetudine receptum (nam tale statutum siue consuetudinem ualere, probant Bald. in l. dudum. C. de contrah. emp. Bart. in l. 2. C. de debi. ciui. lib. 1. Inno. in c. constitutus. de resti. in inte. Alexand. conf. 52. uiso themate, lib. j. & Alber. de Ros. in j. par. statu. quæst. 93. sicq; in multis Germaniæ locis obseruatur) ne coniunctus uel uicinus alienare possit, nisi prius interpellet coniunctum, uel uicinum (quod appellant ius prothomiseos, siue ius congrui) & facta sit alienatio sine interpellatione prædicta, uariarunt interpretes, intra quod tempus possit ipse coniunctus, aut uicinus precium offerre emptori, & petere dictam rem, si per consuetudinem uel statutum certum tempus non sit præstitutum. ut per eos in d. l. dudum. C. de cōtrah. empt. Sed in Camera Imperiali cum hæc questio incidisset, Baldi sententia obtinuit, existimantis, coniunctum seu uicinum habere ad hoc spacium unius anni tantum, quo elapso non possit amplius dictam rem uendicare, siue retrahere contractum etiam oblato precio, ut per eum & Card. Alexand. in c. j. §. si Titius, per illum tex. si de feud. sue. contro. inter domi. & agna. in uisibus feud. ubi dicunt, hoc esse mente tenendum: quia nisi ipsi coniuncti, uel confortes intra annum consequantur rem alienatam, contractus factus cum extraneo confirmatur. Quod dictum refert & sequitur Ias. post Alex. in l. 2. col. 8. C. de iure emphy. & in l. prætor ait. §. si aliquando. ꝛ. de no. ope. nunc. Deci. conf. 276. & conf. 328. And. Barb. in c. plerumq; col. 5. de rescri. ubi refert se ita consuluisse Senis. & idem tenet Hippol. de Marsil. sing. 64. in multis partibus. Bart. Soci. consil. 64. uers. sed his non obitantibus. lib. j. Castren. conf. 350. præfata reformatio. & conf. 429. circa primum. Boer. in consue. Bituri. tit. du. retrahit lignagier. §. j. ubi multa allegat, hancq; consuetudinem ex iure diuino originem traxisse asserit, quo licitum non erat possessionem transire de tribu & de familia, nulliq; alij poterat uenundari nisi ei, quæ propinquitas sanguinis expectabat, ut habetur Leuit. cap. 25. & Hier. cap. 32. & ibi D. Hiero. pro qua etiam est tex. in c. j. §. sed & res, & ibi Bald. & Card. Alexand. per quos si. inuest. & in d. c. j. §. porro qua. ob. feud. alie. po. fa. etiam tex. in l. si in emptionem, ibi uelut quod maiorum eius fuisset, & ibi Dd. ꝛ. de mino. idemq; tenet Io. Fab. in l. cunctos populos. §. quid ergo. C. de sum. tri. & si. ca

## OBSER. XII.

*Quanquam in causis fractæ pacis publicæ articuli in contumaciam pro confessis non recipiantur: secus tamen est in causis purgationis.*

AN in causis fractæ pacis publicæ, articuli in contumaciam non respondentis pro confessis acceptari debeant: sæpiissime in Camera controuersum fuit: sed postea quarta die Octobris, ann. 1554. in pleno senatu decisum est per dominos crebrioribus calculis, in talibus causis articulos non posse pro confessis recipi, etiam si aduersarius conuentus in non respondendo sit contumax: sed opus esse liquidis & legitimis probationibus ad conuincendum absentem crimine uiolatæ pacis publicæ. Aetiologia est, quia iudicium, quod ex constitutione pacis publicæ instituitur, non solum criminale est, sed etiam capitale. Cum enim poena banni eximat aliquem à ciuitate, id est, à iure ciuili, & eum ponat extra protectionem iuris communis, & totius Imperij, prout latè declarauī in consilio à me cōscripto in causa Episcopi Bambergensis cōtra Marchionē Albertū, & c. allegādo præter cæteros Hippol. de Marsil. conf. 99. consequitur banni Imperialis poenam capitalem, & iudiciū ipsum, in quo

in quo ad istam ordinariā legis pœnam agitur, pariter capitale esse. Plures rationes uide in Centur. j. Respon. iuris, resp. 64. ubi late hanc rem tractauī, allegando etiam diuersitatis rationem, cur in causis purgationis (ubi tamen etiam ad pœnam banni agitur) ex ordinatione ipsa Camera, liceat articulos in contumaciam non respondentis pro confessis recipere: & tamen in causis, ubi ad pœnam uiolatae pacis directò agitur, sit fecus. Vide ibi, si placet, de hoc ubertim.

OBSER. LIII.

*Maritus agens pro uxore, an speciali mandato opus habeat.*

**S**I maritus agat, uel prosequatur litem aliquam nomine suae uxoris, an opus habeat speciali mandato ab ipsa uxore, quaeritur? de qua quaestione tractant Dd. in l. maritus. C. de procu. Et in causa Christophori de Arnheim contra Ducem Megapolitanum, per dominos Assessores fuit determinatum, maritum non indigere speciali mandato, cum agat tanquam curator coniugalis, Als ein Ehevogt, &c. Attamen postea in alia quadam causa, nempe in causa Ioannis Burcharti contra Maborian, Bartoli sententiam in d. l. maritus, amplexi sunt, eamque sequendam decreuerunt. Distinguit autem ibi Bart. inter bona dotalia, parapherna, & receptitia, quae marito non sunt tradita. Nam in bonis dotalibus, maritus admittitur ad agendum pro uxore sine mandato: l. doce ancillam. C. de rei uend. l. quot. C. de iure dot. In bonis quoque paraphernis, quae ultra dotem uxor attulit, potest maritus esse procurator, etiam si non caueat de rato. per l. ultra. C. de pac. conuen. in receptitijs uero bonis non traditis marito, opus habet maritus speciali mandato, si efficaciter uelit agere, & eo casu loquitur d. l. maritus. Interim tamen uerum est, pro quacunque re mulier tradidisset marito instrumenta, ex illa traditione satis probari mandatum, per d. l. ult. Illud quoque memoratu non est indignum, si maritus agat uelut procurator uxoris, cum reuera non haberet mandatum, quod processus non reddatur nullus, dato quod potuisset agere, ut maritus, & legitimus administrator: nec saluatur illa uia, quia maritus: & imputatur ei, quare talem uiam elegit agendo, ut procurator. ita singulariter Lud. Roman. conf. 446. ubi uide.

OBSER. LIIII.

*Appellationis fatalia quae sint iuxta ordi. Camera. Declaratur etiam tit. 30. in 2. par. ordi.*

**E**X ordinatione Camerae Imperij necesse est, intra semestre tempus interpositas appellationes prosequi, prout habetur in 2. par. ord. Camerae tit. 30. in princip. & sic derogatur iuri ciuili, quo annus integer ad prosequendas appellationes conceditur. Et adeo strictè hoc seruatur, ut non sufficiat parti tantum insinuare per primam scripturam appellantis, sed opus quod sit iudicialiter intra praefatum tempus introduci appellationem in Camera. A quo ita decisum est in causa commendatoris in Mergenthen & Nobilium de Stettin contra Comitem de Boenloe, 27. die Augusti, anno 1550. Et idem iuris est in appellatione extraiudiciali, quod in iudiciali, scilicet quod a tempore interpositae appellationis currant fatalia: Clement. sicut. de appellat. & c. quandiu. & c. concert. i. eod. tit. lib. 6. Quod autem in praedicta ordinatione adijcitur interdum propter distantiam loci semestre tempus ad prosequendam appellationem prorogari posse: hoc ita accipiendum est, dummodo ista prorogatio petatur intra sex menses, & sic intra fatalia: quia per lapsum fatalium, nempe sex mensium, non potest fieri prorogatio, sed opus est uia restitutionis, & sic extraordinaria, quae non facile conceditur, cum partibus habeant uiam ordinariam prorogationis, ut iam dictum est: nisi impediti sint iustis ex causis etiam ea uti. Solet autem ita decerni, Sendt die fatalia ausf furbrachten vrsachen vff vi. montat hiemit erstreckt. Alias uero tempus fatalium debet praecise obseruari, per not. in l. eos. C. de appella. quo elapso ultimo die, parti aduersae est ius quaesitum. l. j. ibi glo. de appella. cle. sicut ext. eo. tit. Castrenf. in l. j. si quis cautio. ubi tamen subdit, in dubio semper inclinandum esse, ut appellatio non habeatur pro deserta.

OBSER.



## OBSER. LV.

*De appellationibus à denegatione processuum iudicum inferiorum, à quibus appellatum fuit.*

**E**tiamsi iudex appellationis, uel immediatus recipere appellationem ad partis appellantis petitionem, & processum seu citationem decernere aduersus appellatum recuset uel denegat, & appellas deinde ab huiusmodi denegatione prouocet ad Cameram, processusq; contra partem appellatam sibi decerni postulet: tamen denegantur sibi. Veruntamen si in defectum iusticiæ processus à Camera petatur contra appellatum, decernuntur illi perinde, ac si peteret mandatum super administranda iusticiæ contra iudicem immediatum. Et ita decretum fuit in consilio, 26. Aprilis, anno 1542.

## OBSER. LVI.

*Consuetudo, quòd appellantes iurent de non temerè appellando, ualeat, potestq; tale iuramentum etiam ab hærede præstari.*

**I**n multis locis Germaniæ obseruatur, quòd appellationes ad superius tribunal non admittantur, nisi appellantes iurent, se non temerè, aut ad differendum calumniosè negocium appellare: & tales consuetudines iure ualere, ac laudabiles esse, extra pugnam est. Præterea huiusmodi iuramenta à lege uel statuto requisita etiam per hæredem præstari possunt, licet aliud sit in iudiciali uel necessario iuramento: de quo uide Bald. in l. si per alium. §. ultimo. ꝛ. ne quis eum, & c. post gl. ibi, & Roman. in l. ait prætor. §. iurari. ꝛ. de iureiuran. Sufficit etiam, quòd appellantes asserant, se talibus statutis seu priuilegijs in petitione Apostolorum satisfacturos, etsi per eos non stet, quò minus fiat. Nam si iudex à quo non recipiat, nihil obest appellanti, sed ipse admittitur in Camera ad satisfactionem seu præstationem illorum requisitorum. Sed etsi quandoq; appellantes non possint fideiussoribus uel pignoribus cauere in Camera, ad iuratoriã cautionem admittantur. Ita enim factum memini in causa Leuen contra Ioannem Matthesen, 28. Augusti, anno 1551.

## OBSER. LVII.

*Denegatio uel dilatio iusticiæ requirit documentum: & quæ distinctio in ea seruetur ex stylo Camera.*

**A**d hoc, ut causa aliqua per uiam denegatæ uel dilatæ iusticiæ ad Cameram Imperialem deoluatur, necesse est, hoc esse notorium, aut ut legitimum super hoc documentum producat. Et circa hoc consueta est seruari talis distinctio. Nam aut dilata est iusticia per negligentiam magistratus, siue in cognoscendo, siue in exequendo aduersus suos subditos: & tunc solent in Camera ut plurimum decerni promotoriales ad talem negligentem magistratum: quas etiam sufficit insinuari absq; ulteriori requisitione. Aut penitus denegata est iusticia: eo casu decernuntur processus & citationes contra subditos: quia iudex per tertiam denegationem perdit iurisdictionem. Auth. statuimus, ibi Dd. C. de ep. & cler. & hoc casu potest appellari. Alias autem à neglecta uel dilata iusticia non appellatur, quia habet quis remedium adeundi iudicem superiorem, ut cogat inferiorem ad iusticiam ministrandam. Nouel. ut differ. iud. in l. in. & c. 2. de except. lib. 6. Bart. & eius Apostil. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ꝛ. de no. oper. nunc. ubi etiam Alexand. ponens multas remissiones. Idem Bart. in l. ult. ꝛ. de appell. reci. & l. j. C. quo. & quan. iud. Bald. l. ult. C. de sentent. & interlo. & l. ult. §. istud. C. de temp. appell. & l. 2. C. ut li. pend. Paris de Put. in tracta. de syndi. uer. syndicatum. & seq.

## OBSER. LVIII.

*Iuramento probari potest, quòd quis non speret, se consecuturum iusticiam.*

**I**llud etiam quesitum fuit, an quis iuramento probare possit, quòd non speret sese iusticiam apud talem iudicem consecuturum: Et ex Felini autoritate conclusum fuit

fuit posse, in c. accedens. 2. ut li. non conte. num. 13. ubi allegat decis. Rotæ de rescrip. 55. & de probatio. 20. in antiq. quod tamen intelligitur uerum, quãdo ille, qui uult iurare, non antea peierarit, nec sit periurus. Nam qui semel periurus fuit etiam in causa uel negotio diuerso, ut cuncq; poenitentiã egerit, ad iurandum amplius admitti non debet, per tex. in c. nullius. 22. quæst. 15. c. non potest. 2. quæst. 7. c. quicumq;. 23. q. 1. & c. paruuli. 22. quæst. 5. quia talis amisit omnem facultatem probandi per iuramentum, ut per Dd. in l. admonendi. 7. de iure. præsertim Rom. & Ias. ibi num. 117. uers. 2. species. Ripa. num. 56. uers. retenta. Vnde etiam si statutum dicitur, de damno dato standum esse sacramento damnum passi: tamen si damnum datum sit alicui, qui aliãs iurauit falsum, & sic periuro, eius iuramento nõ stabitur, sed necesse habet, aliter probare damnum, non obstante prædicto statuto: prout sing. docet Io. And. in add. ad Specu. tit. de teste. §. j. & Barba. c. per tuas. per glo. ibi de Simo. de quo uide Hippol. de Marsil. sing. 74. tu habes regulam, & sing. 273. notissimum. & sing. 458. libet, eundem latifs. in rub. de fideius. num. 167. usq; ad num. 179. & in cons. 78. salus omnium. quibus adde Alciat. de præsump. in 2. reg. præsump. 10. & Ioan. Bap. Plot. in rep. l. si quando. num. 794. ubi plura congerit. C. unde ui.

## OBSERVAT. LIX.

*Impedito quando seruetur ius saluum sine protestatione.*

**C**ommunis est doctrina, & generaliter traditur, ad hoc ut impedito saluum sit suum ius, protestationem esse necessariam. Sed sciendum est, hoc dogma in tribus præcipuis casibus non procedere. Primus est, ubi non sumus extra lapsum temporis, sed intra tempus, intra quod allegatur excusatio: quia sufficit impedimentum interuenisse, licet non sit facta protestatio, ut per Innocen. in c. plerumque. de rescript. Secundus casus, ubi non requiritur protestatio, est, quando tempus est utile, quia non currit impedito: & iura loquentia de protestatione impediti, intelliguntur, ubi tempus est continuum, secus si est utile, ut per Card. consil. 128. incip. in quaestione, quæ uertitur inter And. in dubio tamen omne tempus censetur continuum: cle. §. uerbo, continuum, ibiq; Canonistæ, de resti. in integ. Tertius casus est, quando impedimentũ surgit ex persona impediti: tum enim licet utile sit protestari, non tamẽ est necessarium: ut per Inno. in c. ult. de appell. & Phil. Fran. in c. ex ratione. eo. tit. idem Fel. tenet in c. uenerabilis. num. 7. de iudic.

## OBSER. LX.

*Hæres non conficiens inuentarium, an perdat Trebellianicam.*

**C**vm in consistorio Imperiali hæc quæstio incidisset, an hæres ob non confectum inuentarium rerum hæreditariarum perdidisset commodum Trebellianicæ: in utraq; partẽ disputatum, & à dominis. Nam pro affirmatiua allegabatur Iaco. de Are. Cy. Bald. & Sali. in Auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. item Bald. consil. 99. super primo quæsto, 4. par. & l. cum tale. §. j. 7. de cond. & demon. Oldrad. consil. 134. & Corse. in tract. de p. test. reg. ac ma. Trebel. quæst. 73. ubi asserit hanc opinionem uideri magis communem. Eandem secuti sunt etiam Ang. §. penult. Insti. de hæred. qua. & diff. Flori. Imo. & Soci. in l. Marcellus. §. quod autẽ. 7. ad Trebelli. per rationes ab eis ubertim relatas. Attamen pro negatiua fuit tandem conclusum per dominos, quam Rosse. tit. de Trebelli. & Iaco. de Be. in §. hinc nobis. Nouel. de hære. & Falci. tenuerunt, ut eos refert & sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. uerbo, fecerit. ing. in §. sin uel expressim. Nouel. de hære. & Falci. & in d. Auth. sed cum testator, & ibi etiam Bart. idem consil. 2. incip. domino Ioanni, ubi affirmat ita seruari communiter, & in d. l. Marcellus. in prin. quæst. ult. & ibi Alex. idem Alexand. consil. 29. perspectis, lib. 5. ubi expressè asserit, hanc esse ueriores & communiores. Et præcipuum huius opinionis fundamentum est, quod à iure conceditur Trebellianica, quæ non reperitur expressè prohibita omisso inuentario, ut inquit Bald. in d. consil. 99. nostrum ergo nõ est extendere, minus corrigere: l. si uerò. §. de

§. de uſu. ꝑ. ſolu. matri. cum ſimilibus: præſertim in pœnalibus. l. interpretatio. de pœnis. c. odia. de regu. iu. lib. 6. Et poſtea reperi hanc eandem ſententiã approbaſſe Caſſad. deciſ. 3. tit. de teſtibus, ubi etiã argumentis contrariã opinionẽ ſuadentibus abundẽ reſpondet: prout ibi iuris ſtudioſus reperire poterit.

## OBSER. LXI.

*Princeps reuocans, quod ſeruatum oportuit, præſumitur deceptus: ideoq; ſe-  
cunda conçeſſio non ualet, ſed prima.*

**Q** Vando princeps reuocat, quod ſeruatum oportuit, præſumitur circumuentus ex obliuione, uel ex factõ impetrãtis, etiã ſi id faciat motu proprio, ut late deducit Deci. conſil. 236. num. 4. 7. & 8. & Alex. conſ. 122. num. 26. lib. 4. ubi iura ad nauſeam. unde ſi ueniat contra factum ſuum, & contrariã faciã conçeſſionem, prima ualet, non ſecunda: prout pluribus argumentis cõuincit Lud. Roma. conſil. 298. circa præmiſſa: ubi inter alia inducit bonum text. in c. cum olim. de re iudic. & idem in ſimili caſu tradit Paul. de Caſtr. conſil. 156. uifo & examinato puncto. Idemq; ex factõ conſultus reſpondit Alexand. conſil. 3. ex his, quæ in themate narrantur. uol. 5. & conſil. 23. uerſ. nec ad hoc obſtat. eo. uol. imò adeõ cenſetur deceptus fuiſſe princeps, quando reuocat, quod ſeruare tenebatur, ut contrariũ probari non poſſit, teſtante Baldo, conſ. 279. pridie enim conſuluit, col. 10. lib. 3. ubi allegat text. ad hoc in l. prædia. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. quod uelut ſingulare non contemne, cum sæpe id in aulis principum uſuuenire ſoleat.

## OBSER. LXII.

*Contractus ex modicitate precij & pacto retrouenditionis, præſumitur fœ-  
neraticius.*

**V** ALDE diſceptant interpretes, utrum contractus ex tenuitate ſeu modicitate (ut loquuntur) precij, & pacto de retrouendẽdo præſumi debeat fœneraticius, etiã ſi emptor non ſit ſolitus fœnerari. Et Iaco. de Are. Cy. & Sal. in 2. C. de pac. in emp. & uend. & l. emptione. C. plus uale. quod agitur, & c. tenent, quod non: quos ſequitur Bald. in c. j. de feud. in uim leg. commiſ. & Alexand. conſ. 109. uol. 4. ubi aſſerit hanc eſſe magis communem, præſertim quia contrariũ nõ appareat iure cautum. De quo uide etiã Archidia. in c. pleriq; 14. quæſt. 3. Cardi. cle. j. §. ult. quæſt. 18. de uſur. & Henr. Bohic. in c. ad noſtram. de empt. & uend. & Deci. conſil. 167. ubi plures enumerat, qui eiufdem ſunt opinionis. Contrariã tamen ſententiã, utcumq; minus receptã, quò imò ſufficiat modicitas precij concurrente pacto de retrouendendo, tradidit glo. in d. c. ad noſtram. & c. conquæſtus, circa finem, de uſur. cui Inno. Hoſti. Ioan. And. Imol. Butri. & Panor. ſubſcribunt. Sed & Alexand. ſibi contrariũ idem cenſuit conſil. 120. eod. uol. & conſil. 46. uol. 3. ubi aſſerit iſtam ſententiã uideri magis communem: quod etiã fatetur Dec. in loco ſuprà citato, adducens ultra Alber. de Roſa. in d. l. in emptione. plures conſulentes in hanc partem. Et hæc quoq; domini Aſſeſſores crebrius ſecuti ſunt, uelut ſecurẽ, & communiõrem, maxime quò ad Canoniſtas, quibus magis in huiufmodi materia peccati eſt credendum, per not. c. nouit. de iudic. c. j. & 2. de no. ope. nũc. & iurã ſcribit Caſſa. deciſ. j. tit. de uſur. ubi multa in hanc ſententiã congerit.

## OBSER. LXIII.

*De reſuſatione iudicis ſuſpecti, & quomodo in eã procedendum: item an  
cauſa ſuſpicionis ſit exprimenda: & an cauſa committi poſſit reſuſatio-  
ne remota.*

**Q** Vanquam lege Pontificia cauſa ſuſpicionis proponi ac exprimi coram iudice reſuſato debeat, ac deinde coram arbitris eligendis probari: c. inter monaſterium. de re iud. c. cum ſpeciali. & c. ſecundo requiris. de appella. tradunt ta-

men interpretes in l. apertissimi. C. de iudi. quòd iure ciuili non sit necesse causam recusationis exprimere, sed sufficiat dicere, se habere iudicem suspectum, licet iurare teneatur recusans, se non calumniandi animo recusare. Et dicit Bald. quòd sicut eo iure causa non est inferenda, ut per glo. ibi, ita nec probanda, nisi per recusatoris iuramentum: quia statim arbitri procedent ad merita causae, omisso suspicionis articulo principali: prout etiam tenet Angel. in d. l. apertissimi, & idem Bald. in l. j. §. j. ¶. à quibus appell. non lic. Hoc uerum est in iudice delegato, secus in ordinario, quia tum causa suspicionis exprimi debet, ut per Salic. ibi, licet non sit probanda coram ipso. Quanquam autem hæc sit communis opinio, tamen Ioan. Fab. & Jac. de Are. in d. l. apertissimi, subscribunt Canonistis, nempe causam suspicionis etiam coram ordinario exprimendam esse, & arbitri utroque casu, de causa suspicionis cognoscent, non autem de principali. Et ita, quòd ad expressionem causae, seruat consuetudo, quæ est optima legum interpretis: l. si de interpretatione. ¶. de legi. uide etiã Steph. Aufre. de recus. in prin. num. 3. ubi recenset causas, ob quas potest iudex uelut suspectus recusari. Easdem refert etiam Rob. Maran. in Specu. iudi. par. 6. tit. de appell. à mun. 26. usq; ad num. 77. De hac etiam materia iudicis suspecti, & eius recusationis plenè tractatur per Lanfran. in c. quoniam contra. uer. recusationes. de probati. & per Dd. in c. suspicionis. de offi. deleg. c. postremo, & c. secundò requiris, & d. c. cum speciali. de appell. & in d. l. apertissimi. ubi præ cæteris Iason more suo multa congerit. Obserua etiam, quòd cum recusatio iudicis suspecti uideatur esse de iure naturali, iuxta c. quia suspecti. 3. quæst. 5. non possit princeps causam committere, recusatione remota, quia sic tolleretur defensionem, quæ est iuris naturæ, secundum Abb. in c. ad hæc, de rescript. ubi etiam est glof. sing. & in c. cum inter. de excep. & Gem. c. iudex ad apost. de offi. deleg. lib. 6. Specul. tamen tit. de recus. §. j. uerf. quid si sit causa, & Bald. in l. fi. C. de sent. Ang. & Imo. in l. j. §. interdum. ¶. de qui. ¶. de qui. ap. non lic. & Inno. c. extramissa. de fo. compe. contra tenent, principem posse sicut appellatione, ita & recusationem tollere per d. §. interdum, & c. pastoralis. de appell. ueritas est, etiã si princeps ex certa scientia causam deleget notoriè suspecto, licet ualeat commissio, per hoc tamen non intelligitur tollere exceptionem recusationis, ut per Hipp. de Marf. sing. 292. quòd si etiam exprimat se causam delegare, recusatione remota, tamen id accipi debet de friuola, non autem graui & iusta suspitione: ut ibi per eum latius, & per Phil. Fran. c. postremo de appell.

## OBSER. LXIIII.

*Testis secundario examinatus, referens se ad primum dictum, an probet?*

**B**artolus in l. eos. ¶. ad leg. Cornel. de sal. tradit, iudicantis arbitrio relinquendū esse, si primum dictum testis nō ualeat, propter solennitatis defectum: & ad illud in secundaria examinatione per testem fiat relatio, num uelit admittere dictam depositionem, uel minus: quæ sequuntur etiam Ang. & Alexand. in l. legata inutiliter. ¶. de leg. j. per illum. extra. Nam quemadmodum legatum inutile per receptionem utile redditur: sic & dictum testis, ob iuramentum uel alterius solennitatis defectum inutile, per repetitionem robur adipiscitur. Et hoc in Camera Imperiali aliquoties uidi obseruari: & cuius dogmatis confirmationem allegatur etiam Bal. in l. gesta. col. 3. C. de re iud. Petrus de Anchar. in Clem. de testibus. ext. de testib. Anton. de Butr. c. cum in una. ad fin. de testib. & Salic. l. iurisiurandi. C. eod. tit. & Flo. extra de testib. & Nicol. Boer. decis. 108. part. j. ubi multa in hanc rem ab ipso cumulantur.

## OBSER. LXV.

*Emphyteuta ob non solutum canonem à suo iure cadit, non tamen ipso iure, sed si dominus uoluerit.*

**E**xplorati iuris est, quòd ob non solutum canonem spacio triennij in emphyteusi priuati, uel biennij in emphyteusi ecclesiæ, emphyteuta cadat à iure suo, resq;

resq; emphyteutica in commissum cadat. l. 2. C. de iure emphy. Non tamen ipso iure hoc existit, sed ita demum, si dominus uoluerit rem ob cessationem solutionis canonis ad se reuerti, & uoluntatem suam expressim declarauerit: iuxta Bart. in d. l. 2. per illum text. in uer. si modò uoluerit. & glos. parua in l. 2. ff. si ager uectig. Abb. in c. potuit. de locato. Specul. eo. tit. §. nunc aliqua. uerf. 43. Iason d. l. 2. num. 6. C. de iure emphyt. ubi plura allegat. Facitq; pro hoc generalis doctrina Bald. in l. fin. C. de reuoc. donat. qua traditur, ubicunq; dicimus, quòd res ipso iure reuertatur ad dominum propter aliquod maleficium, semper intelligi, si dominus uoluerit, & hoc postulet, per d. l. 2. ff. si ag. uectig. quod etiam sequitur Alexand. consil. 315. uiso themate & scripturis, ad finem. uol. 2. & Abb. consil. 174. in ult. col. Interim tamen uerum est, quòd dominus propria autoritate possit rem emphyteuticā occupare, si emphyteuta cessarit à solutione per biennium, uel triennium, secundum Deci. consil. 146. num. 7. & Corne. consil. 271. uol. 3. ubi hanc opinionem communiter obtinere tradunt.

## OBSER. LXVI.

*Patre non soluente canonem, an præiudicetur filijs? Item, si ex pluribus hæredibus unus non soluat, an cæteris præiudicetur?*

**S**ed quid si pater, qui accepit emphyteusim pro se & filijs, ac nepotibus, uel suis hæredibus, non soluat canonem spacio triennij uel biennij, an filius etiam perdat ius suum emphyteuticum? & sic an cessatio solutionis facta per patrem præiudicet filijs? & sic deinceps. Et Specul. in tit. de emphyteu. §. nunc aliqua. uerf. 44. simpliciter tenet, quod non, per l. emancipatum. §. si quis. ff. de Senat. & quod ibi glos. dicit de feudo & l. adoptiuum. §. ult. cum gl. & ibi Bald. & Modernos. ff. de in ius uoc. & ita simpliciter uidetur etiam ibi transire Ioan. Andr. in add. Verùm hæc quæstio cum in quadam causa incidisset, conclusum fuit crebrioribus sententijs, referre, an pater rem in emphyteusim receperit pro filijs, ut hæredibus, & tunc cessando soluere ipsis præiudicet: an uerò pro filijs, ut filijs, & tunc nihil præiudicetur filijs, etsi pater cesset soluere. idq; autoritate Iasonis in d. l. 2. num. 191. C. de iure emphyt. ubi hæc sententia latius tractatur, & solidis argumentis firmatur, quæ huc referri possunt. Quid item si ex pluribus hæredibus non soluat unus pensionarium canonem, amittunt ne alij totam emphyteusim? Et Dd. communiter definiunt, quòd amittant: sed ea opinio summi iuris est, cui æquitas repugnat, quam tutius pleriq; sequuntur, & propterea in iudicando etiam uidetur præferenda, secundum Olden. in Clafs. acti. emphyteut.

## OBSERVA. LXVII.

*Filius an soluat patris debita ex bonis feudaliibus, si alaudialia nō sufficiant?*

**C**um incidere quæstio, an filius teneretur etiam ex fructibus bonorum feudaliū debita patris exoluere, si alaudialia non sufficiant? Respondebatur communiori sententia, multum referre, in quo feudo loquamur, an in hæreditario, puta recepto à uasallo pro se & hæredibus, an uerò in eo quod ex pacto seu prouidentia concedentis profectum sit, ut quia uasallus receperit pro se, & liberis, uel filijs. Nam hæreditarium feudum uenit etiam in petitione hæreditatis: sicut pulchrè docet Andr. de Yfernia. in c. j. an ag. ff. de fil. per glos. in l. item uidendum. §. nunc uideamus. ff. de pet. hæredi. Et ideo successor patris non potest amplecti huiusmodi feudum hæreditarium, nisi sit hæres, & ipsius hæreditatem amplectatur. d. c. j. an ag. uel fil. & c. j. §. j. de capit. qui iur. uend. Alexand. consil. 19. lib. 5. Francif. Aretin. consil. 14. num. 14. Matth. de Afflict. decif. 112. num. 3. Matthesil. singul. 182. & 188. & Ludouic. Roman. consil. 105. Car. Ruin. consil. 108. num. 5. lib. 2. Iason in l. si non sortem. §. libertus. uerf. istud facit, secundum Bartolum. ff. de cond. indeb. ubi dicit Iason, si feudum sit acquisitum pro se & hæredibus, nunquam tale feudum transit ad agnatos, nisi sint hæredes acquirentis, allegat Iaco. de Bellui. & Aluarotum in c. j. de eo qui sibi aut hæ-

red. suis masc. Andr. de Yser. in c. j. §. sed hoc quoq. de success. feud. & d. c. j. an agna. uel fi. & Alexand. conf. 335. uol. 4. Aliud est in feudo simpliciter concesso pro se & filiis: quia tunc potest filius repudiare hereditatem patris, & amplecti feudum: per Andr. de Yser. in d. c. j. an agnat. & Alex. d. consil. 19. idem uoluit Alexand. in addit. ad Bald. in l. qui se patris. C. unde lib. dicens filium posse renunciare patris hereditati, & acceptare feudum acquisitum pro se & filiis: quia filius illud habet iure contractus, iuxta Alexand. in l. quod dicitur. ꝛ. de uerb. oblig. & Bald. ad Specul. tit. de sen. uerf. filius post. Est enim liberum filio, repudiare hereditatem, & stare contractui patris. Idem Bald. in Auth. unde si parens. C. de inoffi. testa. & l. filio quem pater. ꝛ. de leg. j. & tali casu, quando filius tale feudum amplectitur repudiata hereditate, non tenetur ad debita patris ex fructibus feudalibus. Si autem hereditatem adiuit patris, tunc siquidem id fecit cum beneficio inuentarij, non tenetur respondere creditoribus de bonis feudalibus, sed solum quatenus uires bonorum alaudialium se extendunt: per text. in d. c. j. an agna. uel fi. iuncta l. fin. C. de iure delib. Secus si sine beneficio inuentarij, quia tunc tenetur. Et hæc distinctio duntaxat locum habet in feudo ex pacto seu prouidentia concedentis obtento: aliud est in feudo hereditario: ut per Andr. de Ysernia in d. c. j. & Alexand. dicto consil. 19.

## OBSER. LXVIII.

*Sententia, quæ transijt in rem iudicatam exequenda est ab eo, qui eam tulit.  
Sententiam unius iudicis an alius possit exequi?*

**N**otum est, quod omnis sententia possit executioni demandari, postquam transijt in rem iudicatam, & ab eodem iudice, qui eam tulit, c. quod ad consultatorem de re iud. l. cum quædam puella. ꝛ. de iurisd. Nam sententia habet executionem paratam. l. minor 25. annis cum fidei com. ꝛ. de mino. an autem si ab aliquo iudice lata sit sententia, eius sententiæ executio etiam ab alio iudice (puta originis, aut domicilij) peti possit sine requisitione iudicis, qui eam tulit: Et crebrius placuit, non posse, nisi per literas prius fuerit requisitus ab eo iudice, qui sententiam pronunciauit: iuxta Bart. & Dd. præsertim Ias. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ꝛ. de re iud. allegatam ad hoc textum in l. j. ꝛ. de off. consil. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. c. Romana. §. contrahentes. de fo. comp. lib. 6. quod etiam tenet glos. in d. l. cum quædam. in princip. uerb. generaliter, ubi dicit Bald. post Cynum ira fuisse de facto obtentum Florentiæ, quod exemptio sententiæ fuerit nulla, quia facta erat per iudicem alterius territorij, seu iurisdictionis, non habentem literas imploratorias (ceu uocant) primi iudicis. Neq. hoc caret ratione: cum de alieno processu non possit quis se intromittere, nisi requisitus: quo casu bene potest, quia tunc refert imaginem iudicis, qui sententiam protulit, iuxta Baldum in l. sup. de edict. diui Adr. toll. Quod tamẽ uerum existimarim, nisi uel statuto, uel præscripta consuetudine diuersum fuerit introductum, & seruatum.

## OBSER. LXIX.

*Iudex, cui mandatur executio, an possit etiam cognoscere, super obiectis contra executionem.*

**I**n signis quæstio est, an iudici, cui mandatur executio in subsidium iurisdictionis, competat etiam cognitio: quæ cum disputata fuisset in Camera uariantibus sententijs, tandem hac distinctione fuit resoluta. Nam aut talis cognitio uersatur circa res, in quibus executio facienda est, & de istis executor cognoscendi facultatem habet, iuxta l. à diuo Pio. §. in uenditione, & §. si super rebus, cum §. sequenti. ꝛ. de re iud. aut uersatur circa exceptiones, quæ opponuntur post sententiam, & tunc refert, an tales exceptiones respiciant merita causæ principalis, & non potest cognoscere, uel eas discutere, sed remittere debet ad priorem iudicem. l. penult. ꝛ. de confess. An solum tangant executionem, nec impugnent sententiam: ut si is, contra quem debet

debet fieri executio, obſtinet exceptionem competentiæ, uel fideiuſſori opponat exceptionem epiſtolæ D. Adriani, tales exceptiones executor audire, & de ipſis cognoſcere, pronunciareq; poteſt. An uerò tales ſint exceptiones, quæ directè ſententiã impugnent, ut eſt exceptio nullitatis, falſorum inſtrumentorum, & ſimiles: has audire quidem & admittere executor poteſt, non tamen ſuper eis pronunciare, ſed ſi cognouerit eas eſſe ueras, ut quia nullitas euidenter appareat: tunc remittere cauſam debet ad priorem iudicem, iux. c. decatero. de re iud. & l. ſi prætor. §. Marcellus. ꝛ. de iud. Sin eas falſas repperit, his non attentis, exequi poteſt ſententiã primi iudicis, per text. in l. ſatis. C. ad l. Corn. de falſ. Et hanc diſtinctionem uelut ſingularem obſerua.

OBSER. LXX.

*Claufula, ſimpliciter & de plano, quis ſit effectus.*

**I**S, cui committitur cauſa, ut in ea ſummarie, uel ſimpliciter & de plano procedat, poteſt neglecto iuris ordine procedere, ita ut ſtatim deueniatur ad teſtium examen, & diffinitiuam, lite non conteſtata: ita docet Lanfran. in cle. ſape. uerb. de plano. num. 7. de uerb. ſig. allegans de hoc Imol. in c. olim. de accuſ. quod etiam tenet & ſequitur Marian. Soc. in c. quoniam frequenter. num. 26. uerſ. 18. Fallit in cauſis ſummaris. ut lite non cont. & Hippo. de Marſil. ſing. 102. ubi allegat ita tenere Io. Monach. in c. ſin. uerb. figura, lib. 6. dicentem, quod uigore illius ſolius uerbi (procedat iudex ſine figura iudicij) poſſit iudex incipere ab articulis, iſq; probatis ſtatim progredi ad ſententiã. Quod dogma refert etiam & probat Lud. Rom. conſil. 512. in cauſa propoſitã, in ſi. ubi allegat idem uoluiſſe Do. de Rota in deciſionibus ſuis, allegatis ibi per eum. Amplius ait Caſſad. tit. de reſcriptis. deciſ. 3. in prin. Quando prima commiſſio cauſæ habet clauſulam (procedatur ſummarie) ſufficere iſtam prout in beneficialibus, & totum proceſſum eſſe ſummarium, non ſolum in prima inſtantiã, ſed etiam in ſecunda & tertiã, & uſq; ad finem cauſæ: ſicut res ſemel effecta alienabilis durat perpetuò alienabilis, l. pater. §. is. de leg. 3.

OBSERVAT. LXXI.

*An & quando ſententiã lata ſine citatione præuia ualeat.*

**T**Raditum eſt, ſententiã ſine præuia citatione latam, iure nullam eſſe, c. j. extra de cauſ. poſs. & propriet. & l. de unoquoq; ꝛ. de re iud. uſq; adeò, ut etiam ſententiã principis ſine citatione præcedente non ſubſiſtat: iuxta Abb. in c. uenerabilẽ. col. 3. de elect. & eſt textus in cle. paſtoralis. de re iud. cum ſimilib. Et dicit Imo. in c. aduerſarius, de eo, qui mit. in poſs. & c. citationem perſonalem requiri ad quaſcunq; diffinitiuas: aiuntq; Paulus & Zarabel. in cle. ſape. de uerb. ſig. 15. 16. & 17. not. hoc etiam locum habere in ſummaris iudicis, ubi partes controuertentes, maximè reus, ad audiendam ſententiã citentur, nec ſufficit generalem citationem, ſed exprimendum eſſe, ut compareat ad audiendam ſententiã. Verùm contrarium in Imperiali Conſiſtorio obſeruatur. Sufficit enim ſi procedat prima citatio generalis ad totam cauſam, quæ ſit facta in perſonam ipſius rei, uel iuritate cuius, poſtquam non fecit ſui præſentiam, progreſſus fieri ſolet ad omnes actus iudiciarios, etiam ad ſententiã diffinitiuam incluſiue ſine alia citatione. Si uel generalis illa citatio facta eſſet per edictum, tunc non ſoleat pronunciarı diffinitiuẽ, niſi præmiſſa ſpeciali citatione ad audiendam ſententiã: prout notant etiam Dd. poſt Inno. in c. conſuluit. de offic. deleg. c. auditis. de procur. & c. ſin. in litibus. de dol. & contu. Notat etiam Bart. in extrauag. ad reprimendum, & Abbas plenè in c. ſin. de dilatio. uerbo ſuprà dicto termino, & probatur in l. conſentaneum. C. quomodo & quãdo iud. idem tenet Ferrar. in ſua præct. in forma ſent. diffini. in gl. nos Bernhardinus. uerſ. item eſt nulla, ſi pars non fuit legitime, & c. & Bar. in l. ſtatu liberis. §. Stichus omnia. ꝛ. de ſtatu lib.

i 4 OBSER.

## OBSER. LXXII.

*Si sententia prior sit nulla, an iudex ad quem super ea teneatur pronuntiare.*

**I**N causa appellationis Sabinæ Welferin contra Leonhardum Hirsvogel, cum deprehendissent domini Assessores nullitatem sententiæ à prioris instantiæ iudicibus latae, ita quòd meritò pronuntiandum fuisset, à prioribus iudicibus nulliter esse iudicatum, superflue appellatum: tamen eorundem iudicum honori parcere uolentes super iniquitate sententiæ pronuntiarunt, scilicet in priori instantia malè iudicatum fuisse, & bene appellatum. Ex quo constat quòd etsi iudex appellationis, uideat sententiam nullam, possit tamē super iniquitate eius pronuntiare, etiamsi nullitas sola fuisset proposita, & à controuertentibus disputata: per ea quæ tradit Petrus de Ferrar. in sua Pract. in for. lib. appell. à sent. diff. in glos. Et in quatum sit aliqua: quod non contemnendum est, ad reseruandum honorem iudicum, qui fortè nulliter uel processerunt, uel iudicarunt.

## OBSER. LXXIII.

*Tertius interueniens an impediatur executionem.*

**I**N eadem causa, cum quidam tertius ad impediendam latae sententiæ executionem comparuisset, asserendo se, uelut tertium contradictorem admittendum esse, ad impediendam executionem, iuxta l. à D. Pio. §. si super rebus. ꝛ. de re iud. distinguebantur communiori sententia tres casus. Aut enim fit executio in re uacante, id est, à nemine possessa, & tertius cōtradictor impedit eam, de quò ipsius iuribus cognoscitur, per l. fin. in fi. C. de edi. D. Adri. tol. & in c. ueniens. ibi Inno. extra de testib. Aut fit executio in re per alium possessa: & tunc si petitur executio in re petita, non obstante contradictione tertij, poterit fieri executio, per text. in l. Stich. ꝛ. de rei uendic. l. pen. de pet. hared. si tamen uictor cautionem præstet de restituendo, si tertium contradictorem cōtingat obtinere: ut per Imol. in c. cum super. extra de re iud. Bart. & Dd. in l. si finita. §. si de uectigalibus. ꝛ. de dam. inf. Aut deniq; est facta condemnatio in una re, & fit executio in alia: tunc tertius contradictor impedit executionem. Imol. d. c. ueniens. de hac tamen materia uide quæ Zas. late scribit post Bart. in d. §. si super rebus, & Ferrar. in sua pract. in for. exe. sent. diffi. num. 16.

## OBSER. LXXIIII.

*Litis contestatio omissa reddit iudicium nullum: & de litis contestatione in euentum facta. Item an protestatio facto repugnans prosit.*

**N**Otum est, quòd ob omissam litis contestationem iudicium reddatur nullum. c. j. de lit. contest. c. protestant. C. de sent. & interlo. & per Afflictum decif. 283. num. 4. nec possint partes illam uel expressim, uel tacite prætermittere, secundum communem doctrinam Iur. consultorum, per l. si non secundum. ff. de don. inter uir. & uxo. & d. l. prolatam. Nota decif. 88. num. j. in Nouis: quod ideo est, quia sit de ordine substantiali iudicij & litis principium. l. 2. C. de iureiurand. per cal. c. ex parte. de uerb. sig. unde finis sine ea, tanquā sine suo principio subsistere nō potest. l. 2. de orig. iur. Decius in c. de causis de off. deleg. Socin. d. c. j. num. 8. de lit. cōtest. Quid autem si pars conuenta contestetur litem in euentum, nempe cum illa protestatione, si, & in quantum exceptiones ab eo obiectæ reiiciantur per interlocutionem iudicis, non aliàs: an hoc sufficiat? Et cum hæc quæstio in Consistorio Imperiali fuisset mota, atque in utramque partem disputata, tandem conclusum fuit, quando respondens protestatur, se non animo litem contestandi respondere, quòd talis protestatio iuuat protestantem, impediaturq; litis contestationem, per gl. in d. l. j. C. de lit. contest. uerbo, cum iudex, & in d. c. j. & utrobique Dd. Specul. eod. tit. §. j. uerf.



uerf. illud. & ratio est, quoniam ad litis contestationem requiritur animus, glos. in d. c. j. cum sit quasi contractus. §. j. uerf. illud. Nouel. de exhi. reis, & l. 3. §. idem scribit. de pecu. Sed ex protestatione declaratur animus, & c. Et ideo domini Assessores consueverunt huiusmodi litis contestationes in euentum, q̄ obiectæ exceptiones reijcerentur, factas, pro puris acceptare, & partes ad progressum ulteriorem admittere. Sed nonne prædictis obstat, quod aliàs dicitur: protestationem facto repugnātem non iuuare protestantem? c. cum M. Ferr. de constit. respondeo, illud uerum esse, quando ordinatur ad tollendum factum: facta enim non possunt pro infectis haberi: unde si protestor, quod non respondeo, me respondente, nihil agit protestatio. l. in bello. §. facta. de capti. & postli. reuer. Sed si protestatio ordinetur ad tollendam mentem facto, tunc bene operatur, atq; ita Soci. explicat in loco supra allegato, per iura ibi allegata. Et Spec. d. tit. de lit. contest. §. j. uerf. illud.

OBSER. LXXV.

*Testem instruere licet de facti ueritate.*

**L**icet testis instructus fuerit à producente de ueritate facti, ut melius recordetur, & ipse testis dicat se sic instructum, non tamen per hoc uitiatur ipsius testimonium, dummodo à ueritate non recedat: est elegans dogma Baldi in l. uti. ff. de ferijs, qui refert idē notare Rofred. in suis libellis, in tit. de senatuscon. Liboni. secundū Cato. in d. l. ult.

OBSERVAT. LXXVI.

*Testes singulares, an & quando probent.*

**E**xplorati iuris est, testes singulares de aliquo facto deponentes non probare, iuxta c. licet ex quadam. de testibus. c. licet causam, de proba. & c. bonæ. de election. cum similibus. l. ob carmen. §. ult. ꝛ. de testi. & habetur per Specul. tit. de teste. §. j. uerf. item quod testes sunt uarij, & late Hipp. de Marf. in rep. l. ult. C. de probat. Quinimò etiā si essent mille testes singulares, nullam tamen facerent fidem: quia tantum probant mille testes singulares, quantum unus, secundum Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. & tam literis. ext. eo. Prædictum tamen dogma intelligitur uerum, quando tractatur de probando actum in specie particularem: ceterum ad probandum in genere aliquid, scilicet aliquem esse infantem, furiosum, hæreticum, testes singulares probare, fidemq; facere Innocen. tradidit, (quem Dd. sequuntur) in c. qualiter & quando. 2. & c. cum oporteat. de accusat. Alexand. conf. 92. uol. 5. sed contrarium tenet Ioan. Andr. in c. ut officium. §. j. uerbo, testium, de hæret. lib. 6. & Anto. de Butr. in d. c. qualiter. Hanc Doctorum repugnantiā sic reconciliatam à dominis Assessoribus fuisse memini: quod prior opinio locum habeat, quando testes inducuntur ad probandum hæresim aut furorem in genere: sed quando in specie, tunc procedat opinio Ioan. Andr. Et ita intelligit etiam Fel. in d. l. licet ex quadam, fallent. 2. & Alexan. consil. 147. uol. 7. & Alb. de Rosa. in l. turpia. ꝛ. de leg. j. ubi tamen addit, plus credi duobus testibus in specie, quam mille in genere deponentibus. Prædictis adde, quod singulariter Paul. de Castr. uoluit in l. admonendi. ꝛ. de iureiu. & in l. Lucius. ꝛ. de his qui no. infa. si testes ita sint nobiles & spectatæ fidei, quod iudicem adducant ad indubitatam fidem, iudex non debet curare illam singularitatem, sed iuxta eorum testimonia iudicare: quod dictum ualde commendat Hippo. de Marsil. singul. 114. idemq; refert & sequitur Cas. Jalup. in rep. d. l. admonendi. char. 7. faciuntq; not. Bald. & Bartol. in d. l. in cuius. & Alexand. consil. 236. per spectis, lib. 6. & consil. 2. lib. 7. & Feli. in c. quia uerisimile, de præsumpt. ubi uide ad nauseam. uide etiam & adde ad prædicta quæ habet Franc. Marcus in decif. Delphinat. quæstion. 462.

parte j.

OBSER.

*Furoris probatio cui incumbat?*

**M**emini in quadam causa & hanc quaestionem fuisse controuersam, quis teneretur furorem aut sanam mentem hominis probare? de qua quaestione tractatur per Dd. in l. furiosum. C. qui test. fa. poss. & c. cum dilectus. de success. ab intest. Et tum Speculatoris opinio caeteris praeferebatur, qui in tit. de probat. §. j. uers. pone, quidam erat furiosus, concludit, quod illi, qui fundat intentionem suam in furore, uel sana mente, incumbat probatio alterutrius istarum qualitatuum: ut si uellem infringere actum alicuius, qui tunc temporis erat demens, mihi incumbet probatio: uel si haeres institutus petat ex testamento haereditatem tanquam a sano, & non furioso condito, tunc incumbet sibi probatio: per l. eum qui dicit. ꝛ. de prob. et Lapum allega. 26. incip. disputat primò an prodigus. Et de hac quaestione uide latius Boerium decif. 23. in j. parte.

*Quandoque quis inuitus agit: & de intellectu l. diffamari. C. de ingen. & manum.*

**R**egula, quod quis non possit cogi ad agendum (de qua in rubro & nigro. C. ut nemo inuit. & c.) multas habet exceptiones. Sunt enim plurimi casus, in quibus quis etiam inuitus agere compellitur, recensiti partim per glos. & Dd. ordinarie. in l. j. C. dic. tit. ut ne. inui. & per Hosti. & Ioan. And. in gl. c. j. §. solet aut. in uer. aestimamus. de resti. spol. lib. 6. & copiose per Georg. Nattam in rep. cle. sape. in princ. 32. col. cum seq. de uer. sig. inter caeteros tamen casus & hic praecipuus est, quando quis alium diffamat de aliquo delicto, aut praetextendo se habere ius in fundo & bonis alterius, & quod debito loco & tempore intendat agere: nam tali casu potest sic diffamatus petere a iudice, ut statuatur terminum diffamanti, intra quem agat, uel accuset, quo casu intra terminum a iudice illi constitutum agere uel accusare cogitur, nisi in totum iuri suo renunciauerit uideri uelit, per l. diffamari. C. de inge. & manu. quae l. etiam locum habet in diffamatione ciuili, iuxta Innocen. in c. conquerente, in glos. 2. de officio ordin. & ibidem Felin. & Boer. late decif. 255. num. 7. ubi concord. Nec hoc solum in actionibus personalibus locum obtinet, sed etiam in realibus: & non tantum in petitore, sed etiam in possessore, ut per Boerium in loco supra citato. Debet autem praedicta termini praefixio ad agendum, fieri cum quadam causae cognitione, ut scilicet prius summarie iudici consistat de diffamatione: sicut tenent Hosti. in summa tit. de lib. oblat. §. utrum possit actor. & Ioan. Fab. in d. l. diffamari. uers. caue. Angel. de malef. in gl. nec non quere. in Titij. uers. quareo an iudex possit. & Bart. in l. mancipiorum. uers. quareo utrum istud officium. ꝛ. de opt. leg. & in l. Titia. ad finem. ꝛ. de uerb. oblig. alias (secut. iur. iur. um) potest a tali praefixione termini appellari. Caeterum de forma petitionis seu conclusionis libelli, uide Ioan. Fab. & Bald. in d. l. diffamari repetitionem, quam Bartol. Blarerus Iuriscons. nostri temporis non postremus nuper edidit, in qua amplissimum & uerum eius legis usum dilucide ostendit.

*Causa principalis num possit tractari, priusquam cognoscatur de appellatione ab interlocutoria?*

**C**um quidam appellans ab interlocutoria, seu grauamine impetrasset literas Caesareas, uel porrexisset supplicationem ad appellationem annullandam, & cognitionem causae principalis retinendam, dubitatum fuit, an id fieri possit, antequam super appellatione pronuncietur? Et censuerunt domini, primò pronunciantum esse super appellatione, uel eius annulatione, priusquam super negotio principali, aut praetenso grauam-

grauamine procederetur, per glos. in c. ut debitus. uerbo, alioqui. ibi Ioan. de Imol. & Abb. Sicul. & Card. Alexand. col. 12. uerf. habes etiam ex gl. ibidemq; Phil. Fran. num. 40. & 43. de appel. Et ita factum est in causa Ducis Lotharingia contra Comitē de Nassaw. Quinimò nō posset ex prorogatione partiū cōgnosci de causa principali, priusquam pronuncietur bene appellatum fuisse, secundum Anto. de Butr. in c. pen. col. 12. de offi. deleg. Bart. in l. eius. quæst. ult. ꝑ. de appella. recipi. Ioan. de Imo. in repetit. l. iudex postquam. ibi. Moder. ꝑ. de re iudi. Lud. Rom. cōf. 362. post princ. & Rot. decis. 237. ordinauerunt & uoluerunt, in Nouis.

## OBSERVAT. LXXX.

*Testes non iurati an & quando probent: item testibus expressim iuramenta remitti posse.*

**S**I testes deponant, priusquam iurauerint, etiam si postea iurent, non ualet eorum testimonium: quia de natura & ordine iudiciorum est, ut testes primò iurent, & postea testificentur: l. si quando. cum Auth. seruilis conditionis. C. de testi. ita Cy. tradit in l. iurisiurandi. C. eod. tit. & dixi latè de hoc in c. tuis quæstionibus. de testi. idq; tam in plenarijs, quàm summarijs iudicijs obtinet: Imo. cle. sape. col. 36. de uerbo. signi. idq; non solum procedit in teste producto ab una parte, sed habet etiam locum in eo, cuius dicto standū est, de uoluntate utriusq; partis, uel uigore alicuius statuti, seu alterius dispositionis secundum Ang. in rep. l. si uacantia. C. de bo. uacan. lib. 10. & Hippol. de Marfil. sing. 214. ubi amplius dicit, nec Papam dispensare posse, quòd testi in iudicio credatur sine iuramento: quod tamen postea limitat non habere locum in arbitro seu iudice, cui data est potestas procedendi de facto, sed sentiendi de iure: nam tali casu uigore talis arbitri poterit (secundum eum) arbiter uel iudex fidem habere testibus non iuratis, ut per eum sing. 434. ubi allegat Bald. in c. confanguinei, ad fi. de re iudic. idemq; refert tanquam singulare, et sequitur Ias. in repet. l. admonendi. col. 84. ꝑ. de iure. Si tamē iuramentum expressim remitteretur testibus ab utraq; parte, ualere etiam non iuratorum testificatio, secundum Ioan. And. & Panor. in d. c. tuis. & est gl. de hoc memorabilis in d. l. iurisiurandi. C. de testi. de quo etiā aliqua dixi in d. c. tuis, et nonnullos casus speciales annotaui, in quibus dictum testis non iurati recipitur, quos ibi uide. Et quod supra ab initio dixi, testium non iuratorū dicta non confirmari, etiam si postea iuramenta præstent: hoc ex eo quoq; probari uidetur, quòd etiam captura non iustificatur per superuenientem probationem legitimam, ut Roma. respondit consil. 241. quemadmodum & indicia sequentia nō confirmant tortutam præcedentem, nec confessionem ex ea extortam, etiam si in ea pluries quis perseuerauerit: Bald. in l. fin. C. de accusa. Et est ratio secundum eum, quia fuit ordo peruersus, cum indicia præcedere debeant ipsam torturam & quæstionem, ut dicit ibi gl. per tex. in l. j. C. de quæst. & l. j. in prin. ꝑ. eo. de quo uide etiā Boer. decis. 269. par. j. & Guid. Pap. decis. 59.

## OBSER. LXXXI

*Confessio delicti spontanea an sufficiat ad condemnandum, si nō constet delictum fuisse patratum.*

**S**PONTANEA delicti confessio non sufficit ad condemnandum aliquem pœna capitali, nisi etiam constet, delictum fuisse commissum, per l. j. §. item illud, & l. necessarios. §. non aliàs. ibi Bart. Alber. & Rom. ꝑ. ad Silleia. Bald. Pau. Castr. & Moder. in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. imò iudex qui cōfitētem ad mortē dānauit absq; probatione alia delicti, pariter mori debet, si occisus nemo fuit, per text. sing. in l. qui seruū. in pr. & ibi Bal. & Iac. de S. Geor. ꝑ. de inter. act. & Ias. in l. error. C. de iu. & fac. ig. Alex. tñ cōf. 19. li. 7. putat, talē spontaneā cōfessionē delicti, licet de eo aliàs nō appareat, excusare iudicē à mortis cōdēnatione, & ne teneat in syndicatu, ut ibi latè

latè per eum. Pro quo facit, quod scribit Ioan. And. ad Specul. tit. de accus. §. ult. uers. sed pone, adfuit aduocatus. quod licet primum sit de iure uerius, tamen secundum eum seruatur ita de facto, quòd ex sola confessione spontanea, quamuis non constet de crimine, possit quis condemnari. Verùm hæc reprobatur Hippol. de Marfil. in l. penult. num. 31. §. de quæsti. & rectè: quia debet uerè & plenè de delicto constare, nec auditur perire uolens. l. non tantum. §. de app. & l. j. §. si quis ultrò. §. de quæstioni. prout latius hoc probatur & prosequitur Boer. decis. 164. & decis. 259. par. j. idem in cõ sue. Bituri. tit. de iurisd. om. iud. §. 20. ubi multa pulchra, & notatu digna in hanc rem congeffit. Huc quoq; pertinet, quod Ang. scribit in l. certum. §. in pupillo. §. de confes. quòd si minor confiteatur, se delictum aliquod commisisse, de quo tamen aliter non constat, nisi per suam confessionem, is tanquam læsus restitui debeat in integrum aduersus hanc confessionem: allegans ad hoc Io. Andr. in c. 2. de in inte. resti. lib. 6. quod uelut memorabile & quotidianum refert & sequitur Hipp. de Marfil. sing. 445.

## OBSER. LXXXII.

*Reuocatio sententiæ an requirat citationem iudicis, qui eam tulit?*

**V**ariant Doctores, an si de reuocatione sententiæ alicuius iudicis agatur, is quiasseritur malè iudicasse, sit citandus ad defendendum honorem suum, uel non: ut per eos in c. sacro. post gl. ibi. uerbo, constiterit. de sent. excom. & per Salic. in l. ult. C. si reus uel accus. mor. fue. & Bart. l. j. §. ult. ad Turpil. communiori tamen sententiæ obtinuit, hæc in quæstione sic distinguendum esse, ut siquidem tractetur de reuocatione simplici sententiæ iudicis, eum non esse citandum: sin uerò agatur de pœna ipsi infligenda, uel de interesse & expensis parti soluendis, tunc debeat citari ad defendendam sententiam per se latam. c. hoc etiam. 2. quæst. 7. ibi si conuinci non potuerint. per not. Io. Andr. in c. dilectus. de rescrip. & per Boer. decis. 259. ad fi. par. j. ubi tamen hoc uerum affirmat, si ex officio sine parte processit, ut ibi per eum.

## OBSER. LXXXIII.

*Mater tutrix tutelam amittens ob secundas nuptias, eam non reassumit mortuo secundo marito.*

**M**ater quædam, cum post mariti mortem facta esset tutrix suorum liberorum, eiq; tutela per iudicem concessa, iuxta Auth. matri & auia. C. quand. mu. tut. offic. fi. pos. eadem tutelam hanc, ad secundas postea conuolando nuptias amisit: mortuo deinde secundo marito uult recuperare priorem tutelam, quærebat an posset: Et quamuis Specul. tit. de t. p. o. §. nunc uidendum. uers. quid si mater. in illa quæstione, an mater binuba reassumere tutelam possit, arguendo in utramq; partem, tandem ita distinguat: aut res est integra, quoniam liberi nullum habent tutorem, nec habere possunt, tunc mater admittitur: sed si alium habent tutorem legitimum, uel habere possunt, non admittitur. Quam distinctionem sequuntur etiam Ang. in d. auth. matri & auia. Ioan. Fab. Auth. sacramentum. C. eo. tit. & Alex. ad Bartol. in l. sciant. C. ad Tert. Attamen aliter est decisum per dominos, quòd sci licet mater, quæ per transitum si secunda uota perdidit tutelam, etiam si in testamento fuisset data tutrix, illam post mortem secundi mariti reassumere uetetur indistinctè: & hoc autoritate Cyni in d. Auth. matri & auia. §. ult. quæst. Hippol. de Marfil. in l. etiam si reuocatis. num. 6. §. de quæst. Bald. §. nos autem. col. 10. & 12. Inst. de Attil. tut. amplius etiam uoluit idem Bald. in d. Auth. sacramentum. quòd si mater deposuerit tutelam, quia sit nuptura, nec tamen nubat, adhuc non possit tutelam hoc prætextu amissam recuperare. Hoc tamen ultimum reprobatur Salic. cuius opinio, uelut æquior est sequenda.

## OBSER.

## OBSERVATIO LXXXIIII.

*Restitutio contra tres conformes sententias, an concedenda minori, vel Ecclesiæ: & an executionem impediatur?*

**F**Vit quandoq; controuersum inter dominos, an restitutio concedenda sit minori, uel Ecclesiæ, contra tres conformes sententias: & si concedatur, an executionem impediatur? Et Bald. in l. j. C. ne lic. ter. prouoc. tenet quod non, nisi facta plenaria executione, Cle. ut calumnijs, uerb. plenariè. de re iud. Salic. uerò cōtrā sentit, ex quo restitutio datur, etiam ubi appellatio denegatur, glo. in l. j. C. si de mom. poss. fuer. appellat. & d. cle. loquitur, quando nullitas proponitur, non quando quis uult iuari ratione ætatis, uel beneficio speciali. Alex. in l. 4. §. condemnatum. ad fi. ꝛ. de re iud. putat opinionem Baldi sustineri posse, ex causis ibi per eum relatis. Mylis tamen in suo repert. dicit in uerb. executio trium sententiarū, contra Bal. sentire Lauden. ut refert Card. in d. clemen. & ipse prosequitur. In Camera meo tempore domini non semel in restitutione secuti sunt opinionem Baldi & Alex. etiam eo nō attento, ut aliquando litium esset finis, & ne tot sententiæ cum tanto dispendio, labore & tempore obtentæ ludibrio sint. Interdum tamen etiam Saliceti opinionem amplexa est Camera, quando iuxta casuum uarietate præsumptio malitiæ cessabat, & tum frequentius conclusum fuit, Saliceti opinionem intrepidè seruandam esse, quando ex nouis aut antiquis aliquid appareat, quod præsumptionē calumniæ faciat filere. Ad quod uideatur Mylis in dicto loco, & in uerb. restitutio in integrū, ad app. & Cassad. de cis. j. tit. de restit. in integ.

## OBSERVATIO LXXXV.

*Canon redintegrandæ, datur contra possidentem cum titulo & bona fide, contra Bart. duratq; ultra 30. annos.*

**T**Ametsi Bart. & sui sequaces in l. rem quæ nobis. ꝛ. de acqui. poss. & in l. si coloni. C. de agri. & cens. lib. 11. itemq; Ang. conf. 116. existiment, remediū Cano. redintegrandæ. 3. quæst. j. nō dari aduersus singularem successorē possidentē cum titulo & bona fide, id est, ad quē ignoranter peruenit res uiolenta, seu uitio aliquo affecta: cū in pari causa melior sit cōditio possidentis, l. in pari. ꝛ. de regu. iu. & l. siue aut. §. si duobus. ꝛ. de Publicia. item necesse esse, quod possidens habuerit causam à uitioso autore, & sic res sit uitiosa, per tex. in d. c. redintegrandæ, ibi spoliatis uel eiectis episcopis, item, per quascunq; iniustas causas: attamen frequentius utriusq; scholæ interpretes censuerunt contra Bart. quod imò beneficium d. c. redintegrandæ, competit aduersus titulo possidentem, etiam si res ad eum sine uitio peruenerit: nec solum pro recuperanda possessione rerum mobiliū, sed etiam immobiliū, ut probat Ias. in d. l. rem quæ nobis. nu. 19. ubi allegat ita ibidem communiter Dd. tenere & Cano. omnes in c. cū ad sedem. & c. sæpe. de resti. spol. Item Lopus alleg. 52. & Castr. in l. & ideo. ꝛ. de cond. fur. aitq; Alexand. in d. l. rem quæ nobis, quod secundum hanc sententiam in iudicijs sæpenumero iudicari uiderit: quod madmodum & ipse aliquoties ex facto cōsultus ita respondit, puta conf. 117. uiso processu in causa & lite, & conf. 199. uiso & discusso processu. lib. 2. item conf. 6. circa processum causæ. & conf. 78. clariss. doctor & illustriss. dominus. lib. 3. & quibusdam alijs consilijs, eandē quoq; sententiam secutus est Bart. Soc. conf. 89. col. fin. & conf. 276. col. 5. uers. quinto uidentum est, & cōf. seq. ubi late, de intellectu d. c. redintegrandæ, pertractat. & nouiss. Ripa in d. l. rem quæ nobis nu. 27. & Cora. in l. regulariter §. nihil commune. nu. 66. ꝛ. de acqui. possess. ubi hanc communem fatentur. Et pro ista communi opinione (quam in iudicando Cameræ Assessores aliquot uicibus meo tempore obseruârūt) optime facit tex. in d. c. redintegrandæ. in uerbo, per quascunq; iniustas causas: qui textus concedit generale remediū amittentibus possessionem ex causa iniusta: & ex parte personarum passiuè, contra quas indulgetur, loquitur impersonaliter.

k Ad idem

Ad idem facit text. in c. cum Ecclesia. 3. quæst. 2. qui similiter in genere concedit hoc remedium aduersus quoscunq; possidentes res contra uoluntatem spoliati. Cum ergo generaliter loquatur, generaliter debet intelligi, ut maximè aliquid inducat, & nõ loquatur in casu aliàs per multa iura prouiso. l. quod Labeo. 7. de Carb. edi. l. Domitius. 7. de testa. & c. cum in iure. de offi. dele. Nec aduersatur huic sententiæ textus in d. l. siue autem. §. si duobus, in quo Bart. ubiq; se fundat: quia is in possessorio loquitur, quando actor simpliciter se fundat in possessione, quam se dicit prius habuisse, ab eaq; sine causa cecidisse: tunc debet obtinere in possessorio, in quo petit se restitui, cum spoliatus ante omnia sit restituendus, nec sibi obstat exceptio tituli seu domini. l. si quis ad se fundum. C. ad l. lul. de ui. & sic tunc non debet esse potior conditio possidentis propter antiquiorem possessionem agentis, qui sine causa ab ea cecidit, ideoq; ante omnia redintegrari debet. Ita eleg. post Alex. respondet Iaf. in loco supra citato: ad quam responsionem bene faciunt uerba Bart. in l. ult. col. 14. C. de ed. di. Adr. tol. quæ Alex. in d. l. rem quæ nobis ad uerbum refert. quibus adde Bald. in l. quoties. C. de rei uend. & Io. Andr. in add. ad Specul. tit. de causis pos. & propr. §. nunc uidendum. in ult. col. quæ omnia uelut singularia commendata habeas. Illud etiam ualde controuertitur à Dd. utrum prædictum remedium canonis redintegranda, 3. quæst. 1. duret solum ad annos triginta uel etiam ultra perpetuò detur: ut per eos in d. l. rem quæ nobis. & ibi Soci. quæst. 8. & in c. sollicitè. de restit. spoliat. ubi glo. dicit, non excedere triginta annos: aitq; Bal. in tract. de præscrip. in 4. par. quæst. 24. hanc esse communem. Alij uerò putant, quòd perpetuò duret, etiam ultra tempus prædictum, sine præfinitione tali. Verum de hoc latius uidendi sunt interpretes in locis supra allegatis: & præsertim Cassado. decif. 6. tit. de rest. spoliat. fol. (mihi) 131.

## OBSERVATIO LXXXVI.

*Citatio unica in l. Diffamari, iudicio an sufficiat.*

**M**agna est inter Dd. concertatio, an ad hoc ut in iudicio l. diffamari. C. de in ge. & manu. ad sententiam procedi possit, à iudice semel tantum diffamantem citatū, eiq; terminum assignatū fuisse sufficiat, an uerò secundaria citatione opus sit? Nam unicam sufficere docet glo. aperta in Nouel. de hæred. & Falcid. §. si quis autem non implens. in uerbo admonitus. quam opinionem multis firmat Roma. in l. quamdiu. num. 12. 7. de acqui. hæred. quem ibidem sequitur Aret. col. 6. communem hanc asserens: sicut idem etiam uoluit Alex. in l. fin. 7. de fer. cum alijs, quod ibi in 3. col. Iaf. refert, & in hoc rationes Romani comprobant. Feli. in c. ex literis. col. 5. de consti. eandem & Deci. sequi uidentur in l. fin. col. 17. C. de ed. D. Ad. tol. & Hierony. Cag. in d. l. diffamari. sicut & ea in praxi seruari finaliter contendit Hiero. Schurpf. conf. 75. qui prædicta. cent. 2. Alij contra unicam monitionem non sufficere, sed ulteriorem necessariò requiri autumant, quam sententiam uelut æquiorē, rationiq; magis consonant. Imperialis iudicij Assessores non semel comprobauerunt. Cum enim in d. l. diffamari, iudicio de priuatione iuris sui, & sic pleno ac magno præiudicio agatur, ut uidetur, uet quis excludatur ab agendo uel accusando, & citato nõ comparenti perpetuò per iudicem imponatur silentium, diffamatusq; ut reus, ab obseruatione iudicij in posterum penitus absoluitur: meritò secundaria citatione opus est, arg. l. procedendum. C. de iudi. & glo. cum tex. in cle. sæpe. de uerb. sig. Inno. in c. ad petitionem. de accus. & c. consuluit, ubi etiam Abb. in 4. col. de offi. deleg. Bald. in d. l. diffamari. circa fi. uers. & 7. tra hanc interlo. Mylis in suo reper. uerbo actor agens. Et hanc sententiam, quòd quoties de pleno agitur præiudicio, iudex non possit perpetuum silentium imponere, nec quenquam iure suo priuare, nisi præcedente bina monitione, comprobauerunt etiam Bart. in l. Titia. num. 7. de uerb. obli. Fran. de Are. post Roma. in l. quamdiu. 7. de acqui. hæred. Ang. Perus. in d. §. si quis autem non implens: quem refert & sequitur Ang. in rub. Inst. de excep. in 9. quæst. uers. unum tamen tene mente. & in tracta. malefi. in glo. uerbi. nec non ad quere-

querelam Titij. col. 4. uers. unum tamen singulariter. Feli. c. pen. col. 4. uers. secundò nota. de iud. & latius in d. c. ex literis. uers. fallit. 9. de consti. Card. Alex. c. cum in tua. qui matri. accus. pos. Cepol. caut. 110. quando aliquis. Ias. d. l. rem quæ nobis. ad fi. de acqui. hære. Idem in l. 2. ubi etiam Fran. Purpu. nu. 53. Aquen. col. 2. Curt. col. 3. & Ripa. col. 5. C. de eden. & c. fin. in 3. not. 4. limit. ubi in hanc sententiam plures enumerat. 7. deser. Et secundum hanc eandem sententiã decifum quoq; iudicatumq; fuisse per concil. Neapol. asserit Math. de Affli. decif. 264. nu. 3. quẽ & in hoc refert & approbat Boer. decif. 255. nu. 9. 10. & 11. Itemq; Hiero. Schurpff conf. 34. cent. j. quam etiam à Dd. crebrius approbatam esse in d. l. 2. C. de eden. Oldendor. in explicacione d. l. diffamari, ab omnibus inferioribus iudicijs attestatur: ut meritò in iudicando sequenda sit.

## OBSERVATIO LXXXVII.

*Inhibitio an & quando permissa sit, & quid in hoc obseruet  
Imp. Camera.*

**Q**Vando iudex, ad quem est appellatum, possit inhibere, siue à definitiua, siue ab interlocutoria appellatum sit, tractatur in c. non solum, & c. Romana. §. si uerò. cum §. seq. de appellat. lib. 6. nempe cum de deuolutione constat: item in interlocutorijs, cum iudex recepta appellatione ex causa saltem probabili, de ueritate eius incipit cognoscere, id est, iam deuoluta & acceptata causa appellationis, ut pulchrè per Fran. de Aret. conf. 20. col. 3. & conf. 33. ubi dicit, ante citationem appellati, & receptionem appellationis non esse inhibendum, quia cognitio, an sit iudex, debet præcedere omne exercitiũ iurisdictionis, c. super literis. extra de rescript. Vnde quando in puncto competentie obijcitur dubietas, quòd iurisdictione redditur dubia, interim nõ est inhibendum, donec cognoscatur de iurisdictionis ueritate, prout factum fuit in causa Philippi de Samal contra relictam uiduam N. Struels: iuxta Innoc. in c. dilectus. de præscrip. ubi generaliter refert, quòd iudex appellationis pendente cognitione, an appellatio sit recipienda, nunquam inhibere debeat. Similiter quando est appellatum in casu, in quo appellatio prohibetur, uel quia causa est iniusta, uel appellatio frivola & frustratoria: non debet iudex ad quem inhibere, nisi prius adhibeat causæ cognitionem super iusticia appellationis, aliàs inhibitio non ualet: Specul. tit. de appel. §. de officio. uers. sed queritur. & Feli. c. dilectus. 2. col. pen. de rescri. per tex. in d. c. Romana. §. si uerò. & §. si autem. & ibi Gemi. Item semper debet fieri inhibitio parte citata, aliàs non ualet, ut per Alex. conf. 91. col. pen. lib. 2. & eundem in l. Titia, in fi. 7. sol. matri. ubi dicit hanc esse communem opinionem. item in l. 4. §. condemnatum. col. 4. 7. de rescri. iudi. & Ias. in l. si opus. 7. de no. oper. nunc. Vnde dicit singulariter Abb. in c. cum uenissent. in 4. not. de resti. in inte. quòd inhibitio iudicis contra ius facta non inducat nullitatem actus postea gesti. Et de prædictis uide etiam Hieron. Schurpff conf. 60. Pars. 1. titia decifio. cent. j. Verum in Camera quoties de iurisdictione saltem ex narratione appellantis constat, inhiberi solet, siue à definitiua, siue ab interlocutoria (modò appellabili) prouocatum sit: & quando post inhibitionem procedit iudex à quo, illa tanquam attentata reuocantur. Vide latè de hoc Spec. tit. de appellat. §. officio in iudicis ad quem, & §. seq. ubi materiam attentatorum bertim tractat, licet satis confusè. Et quando attentata debeant reuocari, & in libello peti, uid. Bart. in l. chirographis. §. adeò. 7. d. admin. tut. & Guid. Pap. conf. 4. & conf. 66. num. 6. & 7.

## OBSERVATIO LXXXVIII.

*De interlocutoriarum differentijs, & quando dicantur habere uim definitiuam, uel non.*

**H**Aud rarò in ordinatione Camera reperias distingui inter interlocutorias continentes irreparabile grauamen per appellationem à definitiua, & interlocutorias habentes uim definitiuam, ut tit. 29. §. 3. & 4. in secund. part. & tit. 31. §. 11. & §. 12. in 3. parte. ad quod pulchrè facit, quod scribit Franc. Aret. conf. 20. incip. in quaestione & causa Barnabai. Vt ergo scias, quæ sint istæ interlocutoria habentes uim definitiuam, quomodo cognoscantur, ac eorum plura exempla, adeundum consulo Felinum in rubr. de re iud. & nouiss. Rob. Maran. in Spec. iudic. in 3. parte 6. partis princ. num. 42. & aliquot seq. fol. (mih) 236. ubi aliquot conclusionibus id pereleganter declarat. Tu dic, quòd omnis interlocutoria, quæ non sperat aliam sententiam post se, uel per quam finitur officium iudicis, aut quæ diffinit unum articulum substantialem causæ principalis, dicitur habere uim definitiuam: tales sunt sententiæ absolutionis ab instantia, uel obseruatione iudicij, appellationem esse desertam, de præcepto soluendo, de secundo decreto, item competentia, reuocationis attentatorum, de procedendo, uel non procedendo in causa: item exceptionem peremptoriam obstare, uel non, probatum esse, uel non, & si quæ sunt prædictis similes. Licet enim sequatur & speretur aliquando alia definitiua: tamen hæ feruntur super eo, in quo pender uictoria causæ. Afferunt enim, uel parant præiudicium super toto negotio, uel super aliquo fundamento principali, & substantiali ipsius negotij. Et hoc etiam importat nomen ipsum, quòd ita præiudicet, sicut definitiua. ita Bald. in l. j. C. quand. prouoc. nō est. nec. Bar. in l. Titia. ꝛ. de uerb. obli. Franc. Aret. d. conf. 20. ubi tamen in sententia desertionis & absolutionis ab instantia, contrariū tenet, scilicet, quòd sint meræ interlocutoria. de cuius dicti ueritate uide etiam Guid. Pap. decif. 11. & 220. ubi distinguit, an fuerit appellatum ab interlocutoria, uel definitiua, quasi priori casu desertionis sententia dicatur interlocutoria, cum ex tali desertione appellationis non imponatur finis negotio principali: altero uerò sit definitiua, cum negotium principale prorsus diffiniat & perimat. Ad prædicta uide etiam, quæ habentur apud Phil. Fran. post cæteros in c. cum cessante. de appel. Bart. Alexan. & alios in l. quòd iussit. ꝛ. de re iudic. Alexan. in rubr. ꝛ. eo. tit. ubi hæc latius examinantur.

## OBSERVATIO LXXXIX.

*Appellationem in Camera nō recipi nisi summa excedat 50. aureos, quomodo sit intelligendum.*

**C**ontinetur inter cetera in ordinatione, quòd causæ intra summam quinquaginta florenorum per appellationem non deuoluantur ad Camera, ut habetur tit. 28. §. 4. in 2. par. Hoc adeo uerum est, quòd etsi pars appellata de hoc nihil opposuerit, iudex tamen si intelligat causam non excedere prædictam summam, eam nihilo magis acceptare possit. Sed si sine aduersarium nihil de hoc opposuisse ante litis contestationem, sed litem contestatam fuisse, an nihilominus postea opponere queat? Et id eum posse, fuit iudicatum in causa Ioannis Wolphgangi de Habspurg contra Eccardum Raushen: & recte, cum tali casu iurisdictione Camera deficiat. quemadmodum idem in desertione appellationis obseruari, alibi diximus, si ea ex actis appareat: quia etiam post litem contestatam, & ulteriorem processum non pronuncietur in principali, sed tantum quòd sit deserta propter defectum iurisdictionis: prout obseruauerunt domini meo tempore in causa Dobeneck contra Schotten, & in causa Iosephi Hornlins contra Hoya die Becker, 5. Martij, anno

1550.

OBSER-



## OBSERVATIO XC.

*Exceptio illegitimè executæ citationis non prodest, si citatus comparuit: item citatus illegitimè comparens potest contra actorem non comparentem proclama petere.*

**A** Libi dictum est obiter, si citatio sit illegitimè executæ, & nihilominus compareat citatus, licet se nolit intromittere, sed excipiat de illegitima citatione, petatq; terminum pro circumducto haberi, quòd non attenda illa exceptione acceptari soleat in Camera comparitio, & citans admitti ad prosecutionem causæ, si formaliter in causâ procedat. ita decretum in causâ Matthiæ Tackler contra civitatem Haganoensem. Et videtur ratio: quia non est opus aliâ executione, uel citatione, si aduersarius fateatur se citatum, licet illegitimè, quia citatio inualidatur per subsequutam comparitionem, ut supra Cent. 2. obser. 18. annotauimus: & citatio etiam illegitima, quæ ad noticiam partis peruenit, perinde arctat, sicut legitima: per text. in clem. causam. in fin. de elect. & Roma. consil. 410. faciunt not. in l. ex quacuncq; . $\pi$ . si quis in ius uoc. non ier. & l. si quis ex alièna.  $\pi$ . de iud. Canonistæ in c. super literis. de rescript. & in c. cum in iure. de offic. deleg. Alexan. in l. 4. §. meminisse.  $\pi$ . de no. ope. nunc. Obserua etiam circa hoc, quòd si illegitima executio, uel insinuatio citationis facta est, & citatus nihilominus compareat, citans uerò non tunc citatus petere possit proclama contra citantem non comparentem: licet ipsi actori, qui citationem obtinuit denegaretur aduersus citatum emanentem, si defectus appareat commissus in citatione. Sed cur tam uariè? Quia diuersa ratio est illegitimæ executionis inter citantem & citatum: citans enim, qui scilicet culposus est in citando, si non compareat, meritò contumax censetur: sed comparitio aduersarij citati sibi & non suo aduersario proficere debet: quia eiusdem non comparitio sibi non noceret, si nō compareret, uel fateretur de citatione transmissa. Et ita quandoq; decretum est proclama ad instantiam illegitimè citati N. Mager comparentis aduersus F. Mager actorem non comparentem in termino.

## OBSERVATIO XCI.

*Fiscus succedit nato ex incestuoso coitu.*

**M**ortuo eo, qui natus est ex damnato coitu, sine liberis, non admittuntur eius fratres uterini & sorores, etiam ex legitimo matrimonio procreati, sed succedit Fiscus aut alius temporalis: prout tenet Mathesil. in tract. de suc. ab intest. & Ang. Aret. in §. uulgò quæsitos. Instit. de succes. cogna. Et quamuis Nico. de Ubal in suo tract. contrarium doceat: tamen prioriori opinione iudicatum fuit in Camera, in causâ appellationis Georgij Webers contra Fiscalem Patauensem, & Fiscalis admissus ad probandum, defunctum fuisse conceptum ex incestuoso coitu, die 20. Aprilis, anno 1540. Cæterum qualiter Spurijs siue Bastardi de iure succedant patri & matri, uel alijs agnatis & cognatis, uide tex. in 2. h. l. et. & ibi Dd. C. de natur. liberis. & §. nouissimè. ibi Por. Fab. & Areti. Inst. ad Caphit. & Mathesil. in tract. de suc. ab inte. in j. prin. art. Lud. Bolog. in add. j. & seq. & quid. Pap. decis. 280. Io. Fab. & alios in auth. si qua illustris. C. ad Orphi. & Roma. c. ff. 232.

## OBSERVATIO XCII.

*Impedimenti probatio qualiter fieri debeat.*

**F**requenter & hoc controuersum fuit, si alterutrum litigantium alleget impedimentum aliquod, propter quod non comparuerit, uel appellationem intra tempus debitum non introduxerit, aut testes suos intra terminum sibi præstitutum non procurarit examinari, aut instrumenta sua non produxerit propter niues, pluuias, inundationes aquarum, aut propter pestem in domo sua, uel etiam generaliter in loco fauientem, aut aliàs quomodolibet se impeditum fuisse, asserat: an strari debeat

ipsius iuramento, quò ad probationem talis asserti impedimenti? Hac in quaestione Ioann. Andr. in Nouel. c. j. de dolo & contumacia, ac lib. 6. uarias opiniones recenset. Nam plerique tale impedimentum probandum esse per testes, uel instrumenta: alij iuramentum sufficere aiunt, maximè cum uno teste: alij denique hoc iudicis arbitrio relinquunt, ut is considerata qualitate personæ & modo impedimenti, alijsq; adminiculis, uel plenam probationem exigat, uel deferat iuramentum: & hanc posteriorem sententiam tanquam magis æquam probant Ioan. And. loco supra citato. Archid. & Petr. de Anchar. ibidem: quibus adde Guid. Pap. decis. 64. & decis. 105. in hac uarietate domini Assessores sic distinguebant: quòd ubi aliter impedimentum probari nõ possit ob loci distantiam, uel alias, tum inspecta causæ & personæ qualitate standum sit iuramento: sin uerò aliter probari possit, allegans tamen impedimentum asseueret se illud aliter, quàm mediante iuramento probare non posse, tunc non solum considerari debeat honestas personæ, ac qualitas & quantitas causæ, uerum etiam ponderari modus impedimenti, & fama, ac alia adminicula, &c. Quòd autem dicatur iustum impedimentum, uide gl. in c. quam sit. uerbo, iusto impedimento. de elect. lib. 6. & M. Ant. Bart. in tract. de uti. & conti. cap. 4. per totum, ubi de impedimento ex facto appellantis, ex facto iudicis, ex facto appellati, ex facto appellantis & appellati simul, & ex facto tertij proueniẽte, an & quãdo tale tempus currat.

## OBSERVATIO XCIII.

*In feudis ascendentes non succedunt descendentibus, excepto uno casu, in quo feudum à filio ad patrem reuertitur.*

Notum est, quòd ex feudali consuetudine, ascendentes in stirpite non succedant filijs, seu nepotibus, iuxta c. j. de nat. succes. feud. Aetiologia est: quia si feudum sit antiquum, impossibile est patrem filio succedere, uel auum, aut proauum, &c. cum feudum à patre uel auo præ defunctis in filium defluat: si autem feudum nouum sit alicui concessum, eo sine descendentibus decedente, feudum ad dominum reuertitur, non ad patrem uel auum, contra Romanas leges, d. c. j. Excipe tamen casum (in Camera imperiali, cum ex facto incidisset, sic determinatum) ubi feudum antiquum ad patrem à filio reuertitur: ut si pater in filiorum fauorem feudo renunciet, & filij postea, patre superstite sine liberis moriantur, quia feudum ad patrem redibit, secundum Iacobum de Ardizo. in titul. de succes. feud. §. ascendentes, quem præpositus in c. j. de uasal. decrepit. atat. allegat, & sequitur Zas. in usibus feud. titul. de succes. feud. in j. conclus.

## OBSERVATIO XCIIII.

*Fratrum filij an in stirpes, uel capita succedant patruo in feudis.*

Illud extra controuersiam est, in feudo paterno, siue antiquo filios fratris defuncti loco patris eorum cum patruo, in stirpem succedere, sicq; tantam assequi debere portionem, quantam eorum pater, si in humanis esset, consequeretur. c. j. §. his uerò. ibi Aluar. in ult. quaest. de gradibus success. Sed an si uasallus defunctus nullum fratrem, sed utrinque fratrum filios reliquerit, an hi in stirpem, an uerò in capita patruo succedant, mirabiliter conflictantur interpretes. Nam Bald. in c. j. de feu. succes. censet, eos in capita inter se succedere: allegat c. extrauagans, quod incipit, decedente fili deli absq; liberis. Verum quia hoc capitulum dubiæ autoritatis est, iuxta glo. singularem in c. satis bene. de prohib. feud. alien. per Lotha. ideo alij censent, hanc dubitationem ex iure communi resolendam esse, iuxta c. j. de feud. cogni. At iuris ciuilis interpretes hoc in themate magna semper contentione, & grauissimis in utramque partem rationibus disputarunt, alijs existimantibus fratrum filios patruo defuncto in capita, alijs in stirpes, parentum loco succedere, ut per eos in auth. cessante. & l. lege 12. tabul. C. de legit. hære. §. hoc etiam. Inst. de leg. agn. succes. Ang. latissi. in §. cum filius. Inst. de hæred. que ab int. defe. l. post cõsanguineos. §. agnati. 7. de suis & legit. & multis alijs in locis. Verum hanc disputationem Carolus V. Imperator in Comitibus, an-

1729. Spiræ habitis, assentiente senatu Imperij sustulit sanciendo, filios fratrum inter se partiri debere hæreditatem patris in capita, non in stirpes: ita ut quot sint capita, tot etiam fieri debeant hæreditariæ portiones. Et rectè sanè. Est enim firma & indubitata iuris regula, quæ dicitur, omnes transversales eiusdem gradus, ad successionem in capita uocari. d.l. lege 12. tab. & l. 2. §. hæreditas. ꝛ. de suis & leg. nec uerum est fratrum filios hac specie patris personam repræsentare, eiusuè persona niti: nam suo opte successionis iure suffulti, non ex patris, sed ex propria sua persona uocantur, ut meritò tot fieri partes hæreditariæ debeant, quot sunt personæ. Iniquissimum enim esset, si pari gradu coniunctæ sed multiplicatæ soboli naturalis successionis commodum adimeretur, data illis prærogatiua, qui non gradu coniunctiores, sed numero essent pauciores: cum alioqui per rerum naturam inter pares non cadat quid præcipuum, sed pares meritò pari debeant iure censerì. Diuersa autem est ratio, quoties nepotes cum patris uocantur ad successionem: nam cum gradus coniunctione à patris superentur, & mediante paternæ repræsentationis beneficio ad successionem patris admittantur. §. sed & ipsi. Nouel. de hæ. ab int. ne. non mirum, si tunc nequeant plus consequi, quàm habiturus fuisset pater, cuius innixi personæ unà cum patris admittuntur: at in superiori specie non ulla patris repræsentatione, sed sui iuris robore innixi, & æqualiter defuncto coniuncti, æqualem quoque in capita merentur successionem. Cum ergo hoc iure hodie ex Carolina cõstitutione in rebus alaudialibus utantur: idem quoque in successione feudali intrepidè dicendum erit: atque in hanc sententiam meo tempore determinatum est in Camera.

## OBSERVATIO XCIV.

*Dies solutionis regulariter interpellat pro homine: & quando id fallat: item an dies termini sit computandus in terminum.*

**Q**uamuis regulariter requiratur interpellatio ad inducendam moram iuxta Hipp. de Marsil. sing. 147. & sing. 341. attamen quando facta est promissio ad certum diem, tunc dies semper interpellat pro homine, & debitorem constituit in mora sine alia interpellatione, per l. magnam. C. de cõtrah. & com. stip. l. traiectionis. §. de illo. ꝛ. de act. & obli. ita ut mox post lapsum diei solutioni destinatę incipiat cursus usurarũ, tex. & glo. sing. l. si mora. ꝛ. sol. matri. & gl. l. si duo. §. si uerb. constituti. de const. pec. & Bart. in l. ita stipulatus. 2. quæst. pr. uers. 3. est uidentum. ꝛ. de uerb. oblig. Hæc tamen regula inter cætera singulariter limitatur non obtinere, nec diem solutionis faciendæ in certo loco debitorem constituere in mora, quando creditor & debitor sunt diuersi fori, nec accessit ea die creditor ad locum destinatum solutioni, ut reciperet: per tex. eleg. in l. si in rem. in princip. ꝛ. de condit. & demonstr. & Bart. in l. item illa. uers. eadem ratione. ꝛ. de constit. pecun. Si tamen solutio fieri deberet respectu alicuius rei, puta pro canone, contra Bart. tenet plerique Dd. quos refert Alex. conf. 92. in fin. 5. col. uol. j. Illud quoque dubitari consuevit, an dies termini in terminum computari debeat, uel minus: nam uerè aiunt, alij negant. Verum in hac uarietate opinionum Cæs. Contur. in l. diffamatus. quæst. 14. nu. 92. magis communem dicit non computari. quod tamen amplia & limitata, ut per Tiraq. de retract. muniti. §. j. gl. 11. nu. 20. & aliquot seq. & tangit etiam l. Ant. Bar. in trac. de temp. uti. & conti. cap. 3. sub. nu. j. ubi uide latius.

## OBSERVATIO XCVI.

*Cessionis reuocatio permittitur, si cessionarius non stat pactis.*

**S**cessionarius non seruet cedenti conuenta & promissa, potest cedens reuocare cessionem, & actionibus prioribus experiri, ac rem cessam uendicare, etiam si intercesserit unus de tribus casibus, in l. 3. C. de nouati. secundum Bal. & Salic. in l. pacto successorum, per illum tex. C. de pact. Ad idem uidetur casus in l. j. C. de donat. quæ sub mod. in l. quæro. §. inter locatorem. ꝛ. de loca. in c. peruenit. 2. de iureiur. & est elegans ac singularis limitatio ad d. l. 3. ut utilis cessionarij præferat directo cedentis in

calibus ibi positis, nisi cessio sit facta ob causam, quæ impleta nõ fuit, ut dicit ibi Sali.

## OBSERVATIO XC VII.

*Emphyteuta non soluens canonem an ipso iure priuetur re emphyteutica, vel requiratur sententia: & quid in uasallo committente Feloniam.*

**Q**UOD supra dictum est (obserua. 65.) emphyteutam cessantem à solutione canonis, non cadere à iure emphyteutico, nisi dominus uoluerit & declarauerit se uelle: hoc adeò uerum est, quòd nisi dominus uoluntatem suam declarauerit, emphyteuta adhuc uiuente, non possit postea aduersus ipsius hæredem declarare: ita pulchrè docet Guid. Cassad. decis. 2. tit. de loca. & conduc. per iura ibi allegata. idemq; tenet Petr. de Ferr. in for. lib. ad reuo. feu. nu. 26. & Ro. conf. 70. itemq; Fulgo. conf. 4. Sic si uasallus commiserit Feloniam, & dominus non sit conquestus ipso uiuente, nõ poterit postea eius hæredì de Felonia moueri quæstio, ut cunq; feudum uideatur reuerti ad dominum: ita Bald. in d. l. fin. C. de reuoc. donat. subiiciens, quòd ubicunq; dicitur ipso iure aliquis reuerti ad dominum, intelligatur, si dominus uelit, sic quoq; feudum non est filio auferendum ob Feloniam patris, si patri uiuenti quæstio mota nõ fuerit: per d. gl. fi. in c. ult. de donat. Porro quemadmodũ poena emphyteute cessantis soluere non declarata, non transit in ipsius hæredẽ, ita nec ad successorem domini, qui tacuit: quia si dominus caducitatem nõ declarauerit, eius successor eam declarare amplius nõ potest: quoniã potestas declarandì regulariter nõ transit ad hæredem, nec personam egreditur: glo. est elegans in l. idem Pomponius. §. ultimo. ꝛ. de rei uend. Bar. & Alex. in l. inter stipulantem. §. j. ꝛ. de uerb. obligat. quod tamen intelligendum est, domino sciente & ualente reuocare: aliàs secus. Atq; ita decisum fuit per dominos, autoritate Cumanì conf. 164. per motiua ibi relata, & l. fin. C. de reuoc. donat. ibi Ang. Bald. & Sal. & glo. fin. in c. fin. de donat. & per ea, quæ late scribit Cassad. dic. tit. de loca. & conduct. decis. 3. ubi iura ad nauseam.

## OBSERVATIO XC VIII.

*De probatione doli in causa fractæ publicæ pacis.*

**V**T poena fractæ pacis publicæ infligi possit, requiritur uerus dolus, propter uerba (*geuerblich/oder fürseztlich andere zübeschädigen*) in constitutione pacis publicæ (*im landfriden*) expressa. Nec id mirum est, cum etiam delicta furti, item uirginitatis raptorum, sine uero dolo non committantur, quæ tamen sunt delicta priuata, ad hoc scilicet, ut ad poenam pecuniariam dupli uel quadrupli agi possit. l. j. ꝛ. de fur. l. 2. §. dolo malo. & §. doli mentio. ꝛ. uirginitatis rap. Quare multò magis in isto publico iudicio ruptæ pacis publicæ dolus eiusmodi desiderat. Habet itaq; hic locũ regula, qua dicitur, in casibus, in quibus lex expressum dolum requirit, quamuis causam seu ignorantiam, etiã iniustam & crassam excusare à dolo, & per consequens à poena: quæ regula colligitur ex l. j. §. ult. ꝛ. de abig. l. plagij, iuncta gl. C. ad leg. Fla. de plagij. Probatur tamẽ quomodo dolus etiã præsumptiue ex qualitate & euidentiã ipsius facti: ut si appareat uis publica, coadunatio hominũ, manus armata, incendiũ, inuasio alieni territorij, & quod in simili notat Sali. in l. senatus. in fi. C. de his qui sibi in testa. Et licet causa etiã iniusta seu temeraria excuset à dolo, nõ tamẽ à poena legis uel statuti: de quo uide Ias. l. iuste possidet. in fi. ꝛ. de acqui. poss. aliàs pax publica & eius poena penitus eludet. Ipsa uiolentia probat dolum, l. j. §. doli. ꝛ. uirginitatis rap. Alex. conf. 103. uol. j. ubi dicit, etiam si nõ sit facta uiolentia, parati tamẽ erant facere, si quis restitisset, attendit propositũ, & dicitur uolentia, per l. si quis ex domo. in princ. ꝛ. de furt. ubi est clarus tex. ad decernendã citationẽ ad uidendũ, &c. Cæterum si ita citatus in Camera imperiali compareat, & neget qualitatẽ fractæ pacis, declinando forum (puta princeps aliquis cõtra suum subditũ) offerens articulos & probationẽ, factũ ciuile esse, nõ criminale, seu fractæ publicæ pacis, &c. si ista negatio & probatio respiciat negociũ principale, tunc ante litẽ contestatã non admittit, sed litis cõtestatione impolita, itemq; responsione, referuant ei omnes exceptiones, & defensiones post litem

post litem contestatam proponenda. Et hoc ideo, ne duplicibus probationibus, disputationibus, & impensis, partes in tractatione principalis negocii grauentur. Atque ita decisum fuisse memini in causa *Aschenburg* contra *Walborn*, anno 1549. Ad quod uide *Ant. de Butr. & Soci. in c. clericus. col. 5. de for. compet.* Porro non probata qualitate uiolatae pacis publicae, absolui solet reus à citatione, cum refusione expensarum.

## OBSERVATIO XCIX.

*Iuramenti relaxatio tam ab Imperatore quàm imperiali Camera fieri potest.*

**I**mperator, siue consistorium Principis, potest relaxare iuramentum, ut sunt *tex. in l. fin. ꝛ. ad municip. l. fin. ꝛ. de re milit. & l. adigere. §. ult. ꝛ. de iure patro. ubi glo. ult. dicit, legem obtinere uicem apostolici, quam glo. sequitur, & commendat Bald. in l. non dubium. col. 2. C. de legibus.* Et per hæc aliàs in Camera imperiali conclusum fuit, quod cum aliquis princeps, uel status Imperij subicitur banno imperiali, Imperator, siue eius consistorium possit subditis relaxare iuramentum fidelitatis, quo illi principi, uel statui antea fuerant obstricti: atque ita aliquoties factum esse nostra memoria negari non potest.

## OBSERVATIO C.

*Limitatio iurisdictionis non trahitur ad incrementum.*

**Q**uæsitum est, an iudex habens iurisdictionem limitatam usque ad certam quantitatem (puta in causis ad centum aureos) petita re ualoris centum tempore petitionis, si pendente lite eius ualor creuerit, possit de causa cognoscere & iudicare? Et censuerunt domini cõmuniter, posse: quia incrementum æstimationis non debet excludere iurisdictionem in tali casu: secundum *Guid. & Bart. in l. si idem cum eodem. ꝛ. de iurisdic. omn. iud. per l. ampliorem. §. fin. & ibi Salic. C. de appellat.* Idem est in actione crescente propter inficiationem: quia debet attendi principium petitionis. *l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ꝛ. de petit. hæred. facit glo. in l. certi condic. in princ. ꝛ. si cert. pet. idemque tenent Ang. in l. qui tabulas. ꝛ. de furt. & Panor. in c. cum inter ad fin. de re iud.* Ex quibus potest fieri talis conclusio: quod limitatio iurisdictionis non trahitur ad incrementum, sed ad principium: nisi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur, ut in actionibus hæreditarijs, in quibus ex iudicis officio potest interesse excedere id quod petitum est, secundum *Guid. & Ang. in d. l. si idem cum eodem.*

## TERTIAE CENTURIAE FINIS.

## SINGULARIUM OBSERVATIO

NVM IVDICII IMPERIALIS CAMERAE, Centuria quarta.

## OBSERVAT. I.

*Valor monetæ à quo tempore sit inspiciendus.*



**Q**uod ualor monetæ inspiciendus sit à tempore contractus, seu obligationis, & non à tempore solutionis, post mutam disputationem decisum fuit per dominos Assessores Imperialis Camerae in causa episcopi *Basilienensis* contra *N. de Schaunburg*, die 23. Decembris, anno 1552. Quare si pecunia mutata fuerit, & debiliior facta, non tenetur quis eam recipere: nisi forte aliter tempore contractus fuisset actum inter partes: quod pluribus probat *Guid. Pap. decif. 493.* addendo tamen, non esse negandum, quin possit fieri solutio in moneta

neta usuali, siue currente tempore solutionis, ad ualorem alterius monetae, quae contractus tempore in usu erat: per c. olim, cum ibi not. de censibus. & per not. glo. in l. eleganter. §. qui reprobos. ꝛ. de pignora. actio. Quod maxime uerum est, si moneta, quae contractus tempore usurpabatur, amplius non extet, uel difficulter haberi possit. Atq; ita factum fuisse memini in causa dominorum in Creuznach contra Vuirichium Comitem de Salckenstein (cuius etiam supra in prima Centur. obserua. 16. feci mentionem) cum reuictio quorundam pagorum deberet fieri Florentinis aureis (mit flörentzer güldin) nec hi amplius reperirentur, pro quolibet Florentino aureo taxati fuere in Camerali iudicio uiginti quinque batzi, respectu scilicet habitò ad intrinsecam bonitatem horum aureorum tempore contractus initi exantem. de hac materia uide Dd. in l. cum quid. ubi Bart. Sali. & Casti. hoc tenent. ꝛ. si cert. peta. & Canonistas in c. quanto, de iure iur. Zabarel. in cle. fin. de deci. & Abb. Brun. late in tract. de aug. & demi. mone. in ult. conclusione, ubi multa congeffit.

## OBSERVATIO II.

*Quomodo cognoscatur an feudum sit hereditarium, an ex pacto & prouidentia: & quid in dubio praesumendum, si inuestitura non extet.*

Communis est doctorum assertio, quòd si feudum sit hereditarium, puta receptum à uasallo pro se & haeredibus, agnatus uel filius non possit repudiare hereditatem retento feudo: secus esse in feudo, quod ex pacto & prouidentia concedentis profectum est, ut quia uasallus receperit pro se & filijs, uel liberis, uel posteris, quia hoc casu potest filius, repudiata patris hereditate, amplecti feudum, de quo dictum est supra in 3. Centur. obseruat. 69. ubi iura. Idem obtinet, si in inuestitura dicatur pro se, & haeredibus masculis, & foeminis, ita quòd masculus praeratur foeminae, & natu maior minori: uel pro se & filijs, siue exprimatür nomen proprium filij, siue non, semper est feudum ex pacto & prouidentia, ut per Andr. de Yfer. in c. j. an agnat. uel fil. Et praedicta procedunt, quando constat de inuestitura. Quid autem in dubio, quando non apparet, quomodo sonet inuestitura: ut quia sit forte deperdita, & feudum longo tempore fuit possessum, & per uasallum factus sit contractus alienationis, uel diminutionis feudi: deinde uasallo mortuo, ipsius filius uel agnatus nolit stare contractui, quæritur an feudum censendum sit hereditarium, uel ex pacto & prouidentia: & sic an successor factum praedecessoris possit infringere uel non: & communiter obtinuit, quòd non possit uenire contra factum defuncti, cum in dubio feudum debeat praesumi hereditarium, idq; autoritate And. de Yfernia. in d. c. j. an agnat. uel fil. & c. j. de natu. suc. feud. & ꝛ. duo fratres. per illum tex. de duob. frat. à cap. inuest. Verum cum hic casus meo tempore incidisset in Camera, contrarium fuit decisum, uidelicet, feudum in dubio, praesumendum esse concessum ex pacto & prouidentia: & hoc ea ratione. Nam quòd feudum censerì debeat hereditarium, hoc iure non reperitur expressum, sed ex iuris interpretatione sic existimandum, non autem transmissione in haereditatem. Ergo si non exprimitur de haerede, & in dubio praesumitur pro se & haeredibus, iuris autoritate, & ius intelligit uerbum (haereditis) de filio. l. ex facto. §. si quis. ta. ꝛ. ad Trebell. c. j. §. etsi clientulus. de alie. feudi. Et uerbum (filius) est ex pacto & prouidentia: consequitur feudum in dubio, non hereditarium, sed ex pacto & prouidentia concessum esse. Nam recipiendo feudum, quis uidetur recipere pro se & haeredibus, id est, filijs: non autem de haerede transmissione, seu haerede hereditatis, quia hoc non fuit expressum: & ista qualitas, scilicet de haerede hereditatis, cum sit extrinseca, in dubio non praesumitur. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. & tenet Yfer. in c. j. ex quib. caus. feu. amitt. Et hanc sententiam uerissimam esse, nec contrarium uoluisse And. de Yfer. luculentissime comprobat Matth. de Afflict. in d. c. j. an agnat. uel fil. à nu. 14. usq; ad nu. 20. nempe si non extet inuestitura, feudum praesumendum esse ex pacto & prouidentia: quod signa.

## OBSERVATIO III.

*Testis ultrò ad testificandum sese offerens pro suspecto habetur: item testis aliàs inhabilis rogatus à partibus pro habili recipitur.*

**N**otum est, quòd testis non debeat se ultrò ad testificandum offerre, sed expectare iussionem iudicis, coram quo controuersia tractatur: aliàs enim haberetur pro suspecto. Ferè enim fit, ut quia operas suas ingerit (inuito præsertim) hoc ipso suspectus habeatur. argum. l. quæ omnia. §. sed et si aduersarius. ꝛ. de procurat. de quo habetur in l. si quando. in princip. c. de testib. & c. 2. ext. eod. Porro constat, multos inhabiles esse ad testificandū ex uarijs causis, quas Dd. suis locis recensent. Pone, quòd partes rogarent aliquem, aliàs ad testificandum inhabilem, ut testimonium dicat, an admittendus sit? & crebrius obtinuit, admittendum esse, cum rogatio uideatur eum reddere idoneum, iuxta gl. in l. inuiti. ꝛ. de testib. & glo. in c. licet. uerb. supplicijs. Nouel. de testibus. & gl. in c. decimo. uer. duorum. 19. quæst. 2. Bald. in l. parentes. C. de testibus. & in l. ad testium. §. & ibi Imo. de testi. Poterit tamē opponi contra dictum talis testis, licet non contra personam, ut probant Panor. & Fel. in c. causam. de re iudic. Idem Fel. in c. cum inter. col. 8. de exceptionibus.

## OBSERVATIO IIII.

*Veritas conuicij prolata per libellum famosum an excuset.*

**Q**uamuis nonnulli tradant, quòd edens libellum famosum aduersus aliquem, ueritatemq; conuicij probans, excusetur ab iniuria, nec puniri possit, præsertim quando hoc fecerit cum distinctione, quam tradunt doct. & præsertim Oldra. conf. 53. & Panor. c. cum te. de re iud. post tex. in c. j. & 2. quæst. j. eo. tit. contrarium tamen docet Ludo. Roma. conf. 96. nempe quòd non liceat ueritatem criminis pandere per libellum famosum ad probationem ueritatis criminis: quæ sententia iudicando obtinuit in Camera, in causa Vogelsperg cōtra Comitem Vuilhelmum de Fürstenberg, 22. Augusti, anno 1541. per l. j. C. de famo. lib. gl. j. in l. eum qui nocentem, & tex. in l. lex Cornelia. §. si quis librum. ꝛ. de iniu. & l. 3. C. de offi. rect. prouin. Ibi etiam si ueræ sint uoces, quamuis & tunc in eadem causa crimen adhuc articulatum non fuerat: tamen domini concluderunt concorditer, quòd et si aliquod crimen articulatum fuisset, nihilominus tamen illud per libellum famosum publicare non licuisse, contra opinionem, quam quidam Cyno non tam sanè adscribere uidentur. Et ideo Comitibus articuli defensionales, in causa scilicet conuentionis, tanquam non releuantes sunt reiecti. Ad prædicta uide etiam Fel. in d. c. cum te, ad fi. ubi regulam ponit cum quatuor fallentibus, siue limitationibus: & Lud. Bolog. in add. Io. de Ana. conf. 44. & decif. Cap. Tholo. quæst. 127. quæ omnia huc congeri possunt.

## OBSERVATIO V.

*Libellus sustinendus, etiam si uerba sint improprie accipienda.*

**L**ibellus semper sustinendus est, etiam si uerba improprie sunt improprianda, iuxta Innoc. in c. cōquerente. de offi. ordina. & c. ex minata. de iud. ubi etiam Panor. & Anto. de Butr. cōcludens ibi, quòd si libellus cōplectatur duas uias, unam competentem, alteram incompetentem, adhuc procedat libellus super competenti: satis enim esse, libellum ex una parte sustentari posse. quòd etiam sequitur Lud. Roma. conf. 105. Idemq; probant Inq. & Zafi. in l. si cum nulla. ꝛ. de re iudic. maxime si confet de iusticia causæ, quo casu non attenditur ineptitudo libelli, per c. dilecti. de iudi. Et hoc Camera imperij obseruat. Et cuius confirmationem uide etiam Heming. conf. j. lib. 5. fol. (mih) 141. in prima parte, ubi hoc prosequitur integro consilio.

## OBSERVATIO VI.

*Præscriptio cum mala fide an & quando hodie procedat, explicatur.*

**Q**uamuis de iure ciuili præscriptio triginta annorum procedat cum mala fide, l. sicut. C. de præscriptionibus 30. uel 40. anno. cū similibus: tamen cōmunis est  
Theori-

Theorica Dd. omnes leges ciuiles, quæ dicunt præscriptionem in certis casibus nõ requirere bonam fidem, per ius Canonicũ (quo necesse est, quòd præscribens in nullo parte temporis habuerit conscientiam rei alienę. c. fin. de præscrip.) esse correctas, ac prorsus sublatas, tam in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus, & personalibus: quoniã illud sequi tenemur, cum in præscriptionibus tractetur de peccato, quo casu standũ est iuri Canonico. Dd. in l. fin. de præscrip. l. 3. §. genera. nu. 18. de acquir. possess. Ferr. in forma. rei con. uerb. præscriptionis, nu. 40. & nouiter Olden. in tract. usuc. in prin. nu. 17. ad finẽ. Bal. & Ang. in l. super longi. C. de præscrip. long. tẽp. & pulcherrimẽ Fran. Bal. tract. de præscrip. in tertia parte 6. partis prin. quæst. 2. & uide Alcia. in rub. ext. de præscrip. nu. 48. Et in hanc sententiã non semel iudicatum est in Camera, puta in causa episcopi Bambergensis cõtra Radenrod, item in causa Principis de Anhalt cõtra Eisleben, & in causa Iacobi de Wilsberg contra episcopum Argentinensem: & quibusdam alijs. Porro prædictum cõmune dogma nõ solum in tempore 30. uel 40. annorũ procedit, sed etsi sit tempus immemoriale, modò constet de mala fide præscribentis, quia immemoralis temporis cursus non suffragabitur iuxta Alex. in l. cum aliquis. C. de iu. delib. limita tamen illud nõ procedere in actionibus, quę de sui natura temporales sunt, nec poenã continent, sed potius dantur ad interesse: item in iure adeundi per 30. annos, cum ius sit quærendũ & nõ quæsitum, ut per Bald. in d. trac. de præscrip. col. 48. & 88. Deniq; non procedit in fide mala prædecessoris, quæ non impedit inchoare præscriptionẽ, ut per Afflic. decis. 40. nu. 7. Cagno. tamen in l. qui in alterius. nu. 16. 7. de reg. iu. contrariũ tenet. Sed pro conciliatione distinguendũ est, prout Panor. distinguit in c. 2. de præscrip. nu. 7. & 8. quòd scilicet prior opinio obtineat in singulari successore: & posterior in uniuersali, qui tenetur exonerare conscientia defuncti, ut per Curt. Iuni. conf. 170. nu. 14. & Pyrrhum in consue. Aurel. de execu. cap. 14. ubi uide.

## OBSERVATIO VII.

*An uno ex paciscentibus frangente inducias, ceteri quoq; teneantur, & impunè offendi possint.*

**H**Aec quæstio, an uno ex paciscentibus inducias frangente, ceteri quoq; teneantur, & impunè offendi possint: à multis annis uariantib. sententijs à Dd. est tractata: quibusdã existimantibus, sicut in pace, ita & in treuga siue inducijs locũ esse regulæ:

*Fallere fallentem, fraudemq; repellere fraude,*

*Exemploq; licet ludere quemq; suo.*

uel ut uulgaris habet uersiculus:

*Frangenti fidem, fides frangatur ei dem.*

Idq; ea potissimum ratione, quòd LL. ex quibus hæc regula sumpta est, generaliter de quolibet, qui contra fidem, seu pactũ conuentionis egit, loquuntur, nec inter pacem perpetuam, & temporalem distinguunt. Ita Panor. in c. 2. de treug. & pace. Imo. l. qui seruũ. de uerb. oblig. Idẽ in l. peruenit. 2. de iureiur. Alex. & Deci. l. cum proponas. 2. C. de pact. Aegid. Bell. 2. j. nu. 10. de treu. & pace. & Ant. Corsetus in tract. de priuileg. pac. quæst. 117. Alij contra sententibus, præfatam regulam in pace tantum, non etiam inducijs, siue treuga, id est pace temporanea, locum habere: hi sunt Vinc. d. c. j. ad finem, Io. And. a. spec. eo. tit. in rub. Archa. c. illi. 34. quæst. 3. Imo. Io. And. Ant. de But. & Card. d. c. peruenit. 2. Ang. & Cas. l. qui seruũ. Fel. rubr. de treuga & pace. nu. 6. Iaf. d. l. cum proponas. 2. & Alciat. ibidẽ. nu. 39. & Mart. Laud. tract. de cõfoede. quæst. 16. item Mol. Soci. conf. 27. Manuensium Dux, & Soci. Iunior conf. 162. in causa magnifici, lib. 2. Et hanc posteriorem sententiam, ut sanioerem & æquioerem amplexi sunt domini Assessores in causa Comitiss Vuilhelmi de Bennenberg cõtra Duces Bauariæ, relata mense Octobri, anno 1548. Aetiologia est, quare aliud sit in treuga, quàm pace, & cur, & si aliquis inducias ex parte sua uiolauerit, alter nihilominus, quod est in se obseruare debeat: quòd treuga sit ad tempus, quare lapsa die ul



cisci se potest: quod in pace non est, cum sit perpetua. Atque ita consuetudo etiam obseruat, ut præfati Dd. attestant, ut omne scilicet uiolati fœderis dedecus apud uiolatorẽ sit, nec calumnię ulli locus esse possit, cū facillẽ quis se præoccupatũ mentiretur.

## OBSERVATIO VIII.

*In principe statuente contra ius, an & quando præsumatur iusta causa.  
Item rescripta principum intelligenda esse, saluo iure tertij: & aduersus ea  
de surreptione & obreptione opponi solere.*

**Q**uod in dubio præsumatur iusta causa in principe dispensante cõtra ius naturale, uel gentiũ, tenet Cynus in l. rescripta. 3. & 4. quæst. & ibi Bald. C. de prec. Imp. offer. Butr. & Abb. c. quanto. de iureiur. & in alijs locis relatis per Fel. c. quæ in Ecclesiarum. col. 12. uersic. quinta conclusio, de consti. Contrariã tamen sententiam, quod in dubio non præsumatur iusta causa in principe, ut ueriorẽ, & magis receptã approbarũt domini Assessores in supra dicta causa Comit̃s de Hennenberg cõtra Duces Bauarię, quam firmãt Fulgos. in l. ult. C. si cont. ius uel uti. pub. & conf. 61. domina Catharina, Bald. d. c. quę in Ecclesiarum. Ro. conf. 352. quæritur primò, in fine. Felin. Deci. & Moderni in d. c. quæ in Eccles. l. si testamentum, & in rep. l. quominus. 7. de fluminibus. Alciat. quoq; eandem sequitur in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsum. 8. nu. 3. & Bello. conf. 2. nu. 2. Cæterũ si princeps cõtra ius positiuũ ali quid statuat, uel rescribat, semper præsumit iusta causa moueri: per gl. cõmuniter approbatã in l. relegati. in fine. de pœn. faci. tex. in cle. j. de probatio. & c. cum à nobis in fine. ubi Dd. de testib. cum princeps iure positiuo nõ ligetur. l. digna uox. C. de legi. l. princeps. 7. eo. l. ex imperfecto. 7. de leg. 3. quod tamẽ uerũ est, quando motu proprio aliquid facit, secus si ad postulationem alterius, quia tunc iusta causa non præsumitur, sed potius cõcessum uidetur ob importunitatẽ petentis. ita Roma. conf. 436. quod indultum Petri. nu. 19. per l. j. C. de peti. bo. subla. lib. 10. Idem in l. si uerò. §. de ui ro. 7. solut. matri. And. Sicul. conf. 13. col. 6. lib. 3. Debent autem omnia mandata & rescripta principis intelligi cum iusticia, & saluo iure tertij. Et hinc est, quod cotidie uidemus contra rescripta principum opponi de surreptione & obreptione, quia in eis debet subintelligi clausula, si preces ueritate nitantur. c. 2. c. super literis. & quasi per totum. C. si cont. ius uel uti. pub. ita not. Archid. in c. qui autẽ. 17. quæst. 4. Io. And. c. à nobis. 2. de sent. excom. & Bald. in l. j. de consti. prin. quod mente tenendũ esse, admonet quoq; Nico. Euer. in loc. à pleni. pot. 99.

## OBSERVATIO IX.

*Duces belli inuicem pacificentes an & quando præiudicent subditis, quò minus contra damnificantes agere possint?*

**I**n eadem causa controuertebatur etiam, an si duo principes inuicẽ bella gerentes pacem ineant, paciscendo, quod de damnis hinc inde illatis nõ debeat per subditos institui querela, talis transactio noceat subditis, quominus possint contra delinquentes de ipsorũ iusticia experiri: & frequentius concludebant nõ nocere, idq; auctoritate Hostiensis in c. quãto. ubi etiã Anto. de Bur. de iure. Idẽ Hostiensis in sum. de pœnit. & remissio. §. quibus & qualiter: uers. sed p. ne quòd guerra. Idẽ tenet Dd. cõmuniter post Inno. in c. in nostra. de iniur. Bal. in l. penia. C. de in ius uocando. Castren. l. 2. 7. de pact. Mart. Laur. tract. de cõfœde. quæst. j. & ita se ex facto consultum respondisse refert Anchar. in rep. regulæ peccatũ. col. 17. uersic. sed moueo unã quæstionẽ. lib. 6. Si tamen huiusmodi cõpositio fieret cõsensu eorũ, qui damnificati essent, aut pax aliter haberi nõ posset, nisi per remissionẽ taliũ damnorũ, idq; cõstaret, tunc secus esset, noceretq; remissio per principem facta, quia utiliter censeretur gefsisse negociũ subditorũ: arg. eorũ, quæ not. in l. ult. C. si cont. ius uel uti. pub. & c. quę in Ecclesiarũ. C. de constitut. cũ similibus. adde Alb. Rosa. in dictio. suo. uerbo, bellũ. itẽ Syl. summã. tit. de bello publico. nu. 13. Et in his terminis loquit d. c. in nostra. de iniur.

## OBSERVATIO X.

*Remittens iniuriam, an etiam censeatur remisisse damna & interesse.*

**A**Mplius tradunt Doctores pro communi, & indubitata regula, quòd etsi quis remittat iniurias sibi illatas, tamē non censeatur actiones sibi cōpetentes remisisse. in l. si tibi. §. j. ꝑ. de pactis. per l. si domus. ꝑ. de seruitut. urb. prædio. Bal. conf. 195. nu. 6. parte 2. ubi dicit: nō ideo quòd super iniurias est prouisum, intelliguntur actiones, & iura partiū perempta: cui accedit Alex. conf. 168. uol. 2. & conf. 20. uol. 5. dicēs, remittentem iniurias, non uideri remittere ius consequendi damnum, quòd ex iniuria passus est. Ideo commonet Baldus, quòd debeamus cauti esse, ut curemus non solum remitti iniurias, sed etiā damna & interesse, in d. l. si tibi. §. j. & l. si pro furc. in prin. ꝑ. de conditio. in debiti. Idem Bald. in d. l. si domus, inquiring plus, quòd etsi remittā iniurias, & expulsiones & deuastationes, non tamen censear remisisse damna & interesse: quod etiam sequitur Specul. tit. de accusat. §. j. uersic. quòd si uulneratus.

## OBSERVATIO XI.

*Libellus alternatiuus, in quo uel res, uel eius æstimatione petitur, tam iure, quàm cōsuetudine ualet: & quæ tum sint partes iudicis in pronunciando.*

**E**Tsi in utramq; partē disputari soleat, an alternatiua petitio (uidelicet peto rem, uel eius æstimationē) in libellis sit licita: ut per Dd. in l. inter stipulantem. §. si stipulatus. de uerb. oblig. & Spec. in tit. de obligatio. & solutioni. §. sequitur. uersic. & quid si. nu. 11. tamen notissimus iudiciorum usus tales libellos passim admittit, prout etiam de iure subsistunt. Aetiologia est, quia semper uideor petere illud, quod de iure possum petere, & eo ordine & modo, quo de iure permittitur, ut dicit Euer. in loco ab ord. & sequitur Bal. in l. sancimus. j. C. de sacro. Eccle. Ias. §. item Seruiana. in fi. Inst. de actio. ubi hoc multum cōmendat: idemq; testatur Spec. in iam allegato loco, & Aegid. Bella. in c. ult. nu. 22. quod met. caus. Cæterum quando ita alternatiue petit uel res uel æstimatione, officiū iudicis est, ut si quidem res ipsa adhuc extet præstariq; possit sine difficultate conuerti, condemnationem facere debeat in re petita. l. si. C. de fideicom. Sin autem nullo modo præstari possit, ut quia perierit, aut consumpta sit, tunc reum condemnabit ad æstimationem, per l. arbitrio. §. tamē. ꝑ. de dolo. Idem iuris est, si præstari quidē possit, sed non sine magna rei difficultate, per l. si dominus. §. qui confitetur. ꝑ. de lega. j. ita Specul. in d. §. sequitur. uersic. breuiter. nu. 9. & Bella. d. c. ultimo. num. 22.

## OBSERVATIO XII.

*Probatio per iuramentum ex l. si quando. C. unde ui. an habeat etiam locum in hærede spoliati?*

**Z**enoniana cōstitutione sancitum est, quòd probata uiolentia, damna, rerumq; ablatarum ualor probetur per iuramentū eorum, qui talia sunt passi, taxatione tamen iudicis præuia: l. si quando. C. unde ui. quæ repetitur in c. ultimo, quod metus causa. Sed an talis probatio per iusiurandum habeat etiam locum in hærede spoliati, ita quòd ipsi pariter iuramentum deferri possit, in uim probandæ æstimationis rerum ablatarum, dubitatum fuit: & magis est nō posse. Nam ut iusiurandum hoc ex constitutione Zenonis aduersus delinquentē deferri possit, duo coniunctim requiruntur, nempe difficultas probationis, & dolus, siue delictum aduersarij: ut communiter tenent Dd. post Bal. in l. in actionibus. s. ꝑ. de in litem iuran. & d. l. si quando. & Cano. in d. c. ult. fac. tex. cū gl. in l. semper. §. in hoc interdicto. ꝑ. quod ui aut clam. & glo. §. pen. Instit. de uerb. oblig. Bald. l. unica. oppo. 25. C. de sent. quæ pro eo. & c. Et hoc nō tantum in ciuilibus (ut Bart. uoluit in l. ultima. ꝑ. de in litem iur.) sed etiam in criminalibus iudicis locū habere, Pontanus in d. l. in actionibus, & nouiss. Io. Bap. de Plotis in rep. d. l. si quando. nu. 68. 6. uersic. quinquagesimo amplia. pulchrè defendunt. Iam uerò manifesti iuris est, quòd dolus in hæredem nō transeat. Cū ergo in hærede

hærede alterum requisitum deficiat: consequitur contra ipsum hoc iusiurandum in litem præstari non posse, licet aliàs teneatur pro dolo: nec aliquid ex iureiurando probari, sed requiratur probatio per testes, aut instrumenta, etiam respectu quantitatis & æstimationis rerum & interesse: & hoc est, quod per manus traditur, iuramentum in litem ex Zenonis constitutione tantum deferri damnum passio, si ex proprio quis delicto conueniatur, secus si ex alieno: quia tunc non defertur, iuxta Bart. in l. j. C. quan. ex fac. tut. & l. ne quid. ꝛ. de incendio, rui. nauis. & d. l. si quando. Bal. c. j. uers. conuenticulas. de pa. iura. fir. Cano. d. c. ultimo. Deinde cum hæc probatio per iuramentum sit multum singularis & exorbitans, per quam pluribus cõmunibus regulis derogatur, ne utiquã extendenda est extra casum, in quo loquitur: aliàs enim neq; testimonium unius ad fidem faciendam prodest. l. iurisiurandi. C. de testibus. neq; in causa propria ad testimonium dicendum quisquã admittitur. l. omnibus. C. eod. tit. quorum neutrum in hac probandi specie attenditur, ut rectè Cynus in d. l. si quãdo. hanc constitutionem miraculum continere dixerit. Deniq; quod sacramento damnum per uolentiã passi credatur, quod ad probandam rerum ablatarũ æstimationẽ, hoc in pœnam uolenti spoliatoris introductũ est: cum ergo sit pœnale, in hæredem delinquentis non transit, nisi lis cum ipso defuncto contestata fuerit, l. ultima. C. de fideius. tut. l. j. C. ex delicto defuncto. l. pen. & ult. C. de in lit. iurand. Et hæc sententiã frequentius obtinuit, ut per Dd. in d. l. si quando, & l. ult. C. de in litem iurando. Ang. conf. 307. Alex. in l. sed si ex stipulatu. ꝛ. de uerb. oblig. Et nouissime Anto. Capy. in notab. decis. Neap. decis. 91. nu. 2. & Afflict. decis. 200. nu. 8. eundem in tit. de pace iura. firm. uerbo, illicitas. nu. 9. Et prædictam opinionem cõmuniter teneri à Dd. Iason testatur in d. l. si quando. nu. 37. uers. successiue pro intellectu. & nu. 43. uers. retenta cõmuni. & ibi Cy. Bart. Alber. Bal. Sali. & alij: Corn. conf. 123. uiso lib. j. Curt. d. l. admonedi. nu. 215. in fi. & ibi Do. Saccus. nu. 54. & Jac. Pet. de Prolo. nu. 250. & alij Dd. ꝛ. de iure. Hippol. sing. 338. extãt statuta. Idẽ in l. j. col. 2. uers. ulterius scias. de quaest. & Paris conf. 158. si ius cõmune. col. pen. nu. 28. uol. 4. Idem quoq; Io. Bap. Plot. in d. l. si quando. 768. tradidit, ubi adhuc plures allegat Dd. & aliquot pulchras eius doctrinæ limitationes, siue fallentias subiungit nu. 774. & 775. Hostiensis tamẽ putauit, so lam difficultatem probationis sufficere, ut huic iuramento locus sit, in d. c. ult. per c. 2. de cle. pereg. & per not. in c. cum olim j. de priuile. quæ sententia uidetur rationem habere. nam probatio illa æstimationis, nõ tam in odium uolenti spoliatoris, quàm in gratiam spoliati, damnumq; passi, à Zenone admissa uidetur: ergo utcunq; cesset odium in hærede spoliatoris, tamen fauor damnũ passi ob id non desinit, qui iniquè suis rebus exutus est. Meritò ergo si adsit difficultas probandi ualorẽ rerum ablatarum, uidetur illi deferendam esse iurandi conditionẽ ex prædicta cõstitutione, cum subueniendum sit probationibus, & puniẽda maleficia: l. curẽt. C. de hæret. & c. Verum domini Assesores in supra dicta causa Comitum de Sennenberg cõtra duces Bauariæ, à priori Dd. sententia non recesserunt, existimantes necesse esse, ut actor alijs probandi adminiculis doceret rerum ablatarũ ualorẽ. Censuerunt tamẽ satis esse, si imperfectæ probationes adferrentur, puta per uicinos, familiares, domesticos, & c. item & per famã: idq; autoritate Bart. in d. l. si quando. b. & d. l. in actionibus, & Panor. d. c. ult. ubi etiã alij. Subiungit etiã Bart. sufficere hoc casu probationes per coniecturas, & hoc omne iudicantis arbitrio relinquendũ esse. His enim, si aliquas tantũ coniecturas habeat, poterit actori iurandi conditionẽ deferre, nõ quidẽ ex Zenonis constitutione, sed ut aliàs, ubi semiplenè probatum est, deferri iure potest, nempe ex l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. & l. adm. oedi. ꝛ. de iure. Et quamuis regulariter iuramentũ suppletiuũ non deferatur, nisi semiplena probatio uerè uel necessariò concludat, nec sufficiat eam præsumptiue cõcludere, ut per Romã. conf. 91. nu. 10. tamen ex Butrigarij sententiã in d. l. in actionibus. & Aegid. Bella. d. c. ult. in tali casu probatio nem non necessariò, sed tantũ probabiliter, & secundum cõmuniter accidentia concludentẽ recipere, & iusiurandũ in supplementũ deferre licet. Idq; in sæpe dicta causa domini Assesores crebrioribus sententijs secuti sunt: quod est memoratu dignum.

## OBSERVATIO XIII.

*Uxorem præferri omnibus creditoribus, siue tacitam, siue expressam hypothecam habentibus.*

**V**Xorem omnibus alijs creditoribus mariti, qui aut nullam omnino, aut etiam tacitam hypothecam in bonis mariti habent, præferri, fatentur omnes, per l. assiduis. C. qui potiores in pigno. hab. Sed an expressam quoq; hypothecam habentibus præferatur: & Bart. ibidem tenuit, præferendos esse creditores mulieri: in quam sententiam uulgò deinde itum est, quam etiam sequitur Ripa. in l. quæsitū. nu. 7. ꝛ. j. de priuileg. cred. & Io. Coras. in l. qui liberos. nu. 118. de ri. nupt. ubi hanc cōmunē dicit. Verum cum in Cam. iudicio causa appellationis inter episcopum Saltzburgensem & Oertnerum aliquando referretur, contrarium fuit à dominis decisum, nempe adhuc præferendam esse uxorem, idq; propter generalia uerba, quibus leges hac de re loquentes utuntur: & quia nullus textus circa hoc inter creditores expressam, uel tacitam hypothecam habentes distinguit, ideo durum fuerit hominis distinctionem admittere: arg. l. j. §. generaliter. ꝛ. de leg. præst. Sic enim ait Imperator in l. in rebus. C. de iure dot. in rebus dotalibus uendicandis mulierem omnem habere post dissolutum matrimonium prærogatiuam iubemus, & neminem creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi potiorē causam in his per hypothecam uendicare, & quæ sibi sequuntur. Ita & alibi, nempe in d. l. assiduis. sancimus (inquit) ex stipulatu actionem, quam pro mulieribus pro dote restituenda dedimus, cuiq; etiam tacitam donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis priuilegio uallati. Notanda enim sunt hæc uerba: neminem creditorum, omnes creditores. Quibus accedat etiam textus in §. his consequens. in Nouel. de æqua. do. Et hoc idem docui in explicacione §. fuerat. nu. 12. & 13. Inst. de actio. ubi uide latius.

## OBSERVATIO XIII.

*Exceptio iurisiurandi præstiti uel remissi, & ante & post lit. cōtest. probari potest.*

**S**ubijciens exceptionem iurisiurandi, remissi uel præstiti, ex illa exceptione succumbat, nec plenè ante litis contestationem probarit, licet super hoc examinati fuerint testes, nihilominus post litis contestationem iterum poterit opponi, testesq; rursus examinari & publicari super eadem, & c. ita decidit Bart. in constitut. ad reprimendum. uerbo, summarie. & exclusus tempore à probando, exceptionem iurisiurandi, quam ad impediendum processum, uel litis ingressum obiecit, potest post litem cōtestatam denuò opponere, & probare eandem, alia uia, scilicet ad merita causa, & in forma peremptorie. ita inquit Bald. in l. eleganter. §. si quis post. ꝛ. de conditio. indeb. & ibidem hoc sequitur Alex. & Ang. in §. æque. Instit. de actio. Et si exceptio iurisiurandi ante litis contestationem fuit obiecta ad impediendum processum, & fuit reiecta per iudicem tunc uel expresse, potest denuò post acceptum iudicium opponi in uim peremptorie, si iudex eam reijciens, de ea plenè non cognouit, ut docet Iason in l. ait prætor. 2. ꝛ. princip. ꝛ. de iureiur. & Bald. in d. §. si quis post.

## OBSERVATIO XV.

*Precio simpliciter conuentum, quæ moneta intelligitur. item Statuta loquentia de moneta, de qua sint intelligenda.*

**S**I de precio inter contrahentes conuentum sit simpliciter, nec expressum genus siue qualitas monete, tunc precium constitutum intelligitur in moneta usuali, & frequentata in loco contractus, & de ipsa debet solui, ita est tex. in l. Imperator. in fine. & l. si seruus pluriū. ꝛ. de legat. j. & in clem. beneficiorum, uerbo, monetā currentem, de deci. idemq; late prosequit Fabia. de Monte, in tractatu de emptione & uenditio. in §. quæst. princ. nu. 14. cum seq. uerulterius est norandū: & est elegans textus in l. sem-

in l. semper in stipulatio. & ibi Deci. nu. 8. & Cagnol. nu. 5. uers. actū pariter. ꝛ. de reg. iuris. allegat Asten. tract. de augmen. in ultima conclus. col. 10. cum sequenti. uers. ali quando uerò, & uers. etsi sit diuersa consuetudo, pulchrè Soci. conf. 247. uers. 2. nu. 4. lib. 2. Sic etiā statuta in dubio intelliguntur de moneta currente. Alb. Bru. in 3. uol. de constit. decre. indict. moneta in fine: & contractus sunt in morem regionis, ubi initi, ac celebrati fuerunt, regulandi. Raph. Fulgos. consil. 72. nu. 2. ubi hac de re (more suo) infinita cumulat. And. Tiraq. de retract. municip. glo. 18. nu. 73. decimò quæro, cum sequent. Et prædictam doctrinam secuti sunt domini in Camera, in causa appellationis Philippi Comitis de Hanaw cōtra Iacobū Comitē de Zweibruck, an. 1555.

## OBSERVATIO XVI.

*Minor quæ probare teneatur, ut possit restitutionē in integrum obtinere.*

**A**D hoc ut minori competat restitutio in integrum, tria uolunt interpretes esse necessaria, primò quòd probet se minorem: alterum quòd læsionē doceat: tertium deniq; quòd se dolo aduersarij, uel nimia sui facilitate læsum ostendat. I. uerum. §. sciendū. ꝛ. de mino. & l. ult. C. de in inte. resti. mino. Quartū addebat Ant. de Butr. in c. constitutus. de in inte. rest. uidelicet, quòd minor probet se esse intra tempora in integrū restitutionis petendæ, scilicet intra quadrienniū, de quo in l. ult. C. de temp. in inte. rest. pet. Sed istud per Doctores communiter reprobatur in l. nam & postea. §. si minor. ꝛ. de iureiu. ut ibi per las. nemo enim tenetur illud allegare, quod timet ab aduersario opponi, ut ibi per Dd. amplius uoluit Corne. conf. 135. de pluribus. lib. 2. onus probandi, quòd petens restitutionē in integrum sit intra tempora petendi, incumbere reo, contra quem petitur restitutio, neganti petentē esse intra tempora petendi, ita quòd sibi sit præclusa uia ad petendum: quia petens restitutionē habet intentionem suam fundatam, ex quo probauit læsionē, & minorem ætatem tempore læsionis: unde aduersarius, qui excipit de lapsu tēporis, illud probare obnoxius est: l. in exceptionib. ꝛ. de exceptio. De prædictis uide etiā latè differentem Gui. Pap. decis. 142. ubi in utramq; partē disputat. Item Bald. in l. j. Cy. & Salī. in auth. si omnes. C. si ab hæ. se absti. Porro quòd dictum est, minorem teneri ad læsionem probandā, hoc non procedit, ubi ex ipsius actus facie resultaret læsio: ut est in exemplo præscrip tionis, cū aduersus præscriptionē minor uult restitui: debet enim hoc solum probare, quòd minor sit, cū ex reliquo satis læsio pateat, quia sit in eum præscriptū, & ita suæ rei detractum, ut per Dd. in l. sancimus. C. de temp. in inte. rest. pet. Sed etsi minor esset læsus ex uerisimili ignorantia, licet nō dolo aduersarij, sed sui facilitate, adhuc ei restitutionē in integrum competere uolunt, saltem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa uidebitur: prout ex facto respondit Corne. cōf. 184. super hac noua. lib. 3. ubi allegat multas concord. Pro quo facit, quòd not. Bart. in l. Aemilius. ꝛ. de mino. ubi minori, cum quo nihil est gestum, & tamen est læsus, licet non detur restitutio ex edicto de minoribus, tamē succurritur ex clausula generali: de quo per Alexan. conf. 163. col. j. uol. 2. & Areti. conf. 160. ubi latè

## OBSERVATIO XVII.

*Minor petens restitui contra appellationem omisam, quid probare teneatur ad restitutionem impetrandam.*

**S**ed quid in minore petente restitutionem in integrum contra appellationem à se omisam? Et pleriq; censuerunt, si minor appellare omiserit, ut non teneatur hoc casu aliud probare, quàm quòd minor sit: satis enim læsus censetur, qui nō pro uocârīt, nec esse necessariam hanc probationem, quia malè fuerit in eum lata sententia, & ita consultissimè ab eo actum, si is appellasset. Sed Castren. in d. l. sancimus. C. de temp. in integ. pet. resti. existimauit, minori probationem hanc incumbere, quòd doceat, sententiam malè fuisse in se latam, & hoc sibi expediuisse, ut appellaret, cum in dubio pro sentētia præsumatur: cuius opinionis dicit esse Bart. in l. nam & postea.

§. si minor. *π.* de iure. Recitat etiam ibidem aduersam Raph. Cumanī sententiā, quā is putauit referre, an hic minor actor esset, uel reus: ut si actor sit, probare debeat sua interfuisse prouocare: quod si reus fuerit, secus statuendum. In hac tamen uarietate memini in iudicio Camerę, minores fuisse restitutos, quod intra tempus præstitutum à sententia in eos lata non appellassent, idq; prætermiſſa omni examinatione, an huic appellasse, uel non, profuiſſet, sed solum hoc spectando, quod non appellando potuerit hic minor nõ lædi, uel etiam lædi, ut in hoc dubio ei subueniendum existimet. Certum autem est hunc beneficio legis priuatum. Nec recepta fuit Cumanī distinctio, an minor actor esset, uel reus: quia lex, quæ uult minorem læsum debere restitui, generaliter & indistincte loquitur, nullo discrimine habito inter reum & actorem. Ex prædictis ergo omnibus concludendum est, læsionē esse à minore probandam, nisi tam manifesta & euidens fuerit, ut nulla alia probatione sit opus, ut est in casibus supra relatis, & si qui sunt prædictis similes.

## OBSERVATIO XVIII.

*Restitutio in integrum quale beneficium? & quæ in restitutionis libello sint obseruanda.*

Si ne personale, uel reale beneficium, restitutio in integrum, uariarunt Dd. nonnullis existimantibus, personale esse, per l. quia personale. *π.* solu. matr. alijs reale esse putantibus, ex eo, quod ad hæredes transmittatur, ut in l. non solum. *π.* de rest. in integ. plerisque uerò mixtum asserentibus, personale quidem ex eo, quod fideiussori minoris non competat, per tex. in l. j. & ult. & ibi Bart. C. de fideiussoribus mino. & in l. Marcellus. *π.* de fideiussoribus. reale uerò, quia successores concomitetur. Sed cum hoc dubium in quaestione uenisset in Camera meo tempore, putabant crebrius domini Assessores, reale beneficium esse restitutionem, ut qui hoc attendendum crederint, an persona sit mediata, seu immediata priuilegij causa: nam si immediatam admiseris, facile iudicabis, personale non esse, nec eo casu principaliter personæ contemplatione concessum. Quò fit, ut cum in restitutionis libello concipiendo necessario læsionem apponere debeas, & rem ita narrare, atq; deducere, ut apparere possit, quæ sit causa immediata & proxima restitutionis, ut est in l. quod si minor. §. non semper. *π.* de minoribus: quid oberit, quin hoc casu reale censerī debeat? Etsi ab horum opinione non uideatur discedendum, qui censuerunt mixtum esse beneficium, non ex eo, quia fideiussori minoris non competat, cum non sit rationem ueram reddere, imò potius dictum dicto annectere: sed quia certum sit, minoris personam læsam, nec aliàs ei per restitutionem indulgendum, nisi hoc lex personæ contemplatione faceret, quasi persona istud operetur: quod satis desumitur ex l. exceptiones. *π.* de except. titul. generalī. Et in hanc sententiam inclinat etiam lo. Mauri. in tract. de resti. in inte. cap. 13. ubi hoc latius prosequitur.

## OBSERVATIO XIX.

*Restitutionem in integrum inſerit tam in hæredes, quàm uniuersales successores.*

EX supra dictis apparet, illam esse ueram, & concludentem rationem istius regulæ, qua asseritur, restitutionem in integrum non solum ad hæredes, sed etiam ad uniuersales successores transmitti, ita ut siue hæres sit, aut is cui sit hæreditas restituta, possit in integrum restitui: de qua in l. non solum. *π.* de resti. in integ. uidelicet, quod restitutio reale sit beneficium, & rem ipsam sequatur, quæ cum ad hæredem deuoluitur, necesse est, omne ius ex ea dependens deferri: nam aliæ rationes, quæ à Dd. adferuntur ad hanc regulam, non subsistunt. Quod enim aiunt, ideo ad hæredem restitutionem transire, quod is defunctum repræsentet: ex eo confunditur, quod fideiussor etsi à principali dependeat, atq; eum repræsentet, nihilo secius restitutio minori competens ipsi denegetur, l. j. C. de fideiussor. mi. l. in causæ. j. *π.* de minoribus. ut illa repræsentationis consideratio parū aut nihil ad rem istā faciat. Altera ratio, quod æquissimum sit defuncto succurri, ne tertius cum eius damno & incōmodo locupletetur, pariter

pariter confunditur, si cōsideres, fideiussoris minorē esse adaptabilem, cui tamē non succurritur restitutione. His ergo reiectis, supra dicta ratio, tanquā uerior & purior, quæq; minoribus calumnijs sit exposita, amplectenda uidetur: id quod pluribus docet Io. Mauri. in trac. de restitu. in integr. cap. 15. Interim tamē meminere, sic demum ad hæredes restitutionē transmitti, si à defuncto, intra tempora à lege præfixa (id est, intra quadriennium. l. si. C. de temp. in inte. rest.) petita fuerit: aliàs defuncti mora & negligentia omnino hæredi no ciua erit, quasi defunctus eum à petitione exclusisse censeatur, & tacitè ius, quod illi competebat, remisisse, ut plus iuris in hæredem non transfulerit, quàm haberet. Ea tamen res maiorem indaginem exigit.

## OBSERVATIO XX.

*Minor se maiorem asserens an restituatur? quatuor conclusionibus expeditur.*

**F**requens hæsitatio est, & quotidiana, an si minor se maiorem dixerit, contra id restitui debeat. Cuius decisio habet in C. si min. se maio. dixe. Ex cuius tituli faragine solent aliquot elici conclusiones à Dd. quæ tamen non carent pugna. Reducendo tamen omnia quàm simplicissimè ad ueras & genuinas sententias, hæc sit prima cōclusio. Si minor proprio dolo maiorem annis se asseruerit, is tam sacris constitutionibus, quàm rescriptorum autoritate à restitutione in integrum repellitur, idq; apertè testatur, l. 2. C. si mi. se maio. dix. & ex opposito in l. j. eod. tit. disponitur succurri restitutione minorē, si per errorē, à quo abest omnis dolus, maiorem se esse probauerit. Bart. tamen ibidem putauit, in casu erroris non esse necessariam restitutionem, cū possit erronea cōfessio reuocari, per l. error, & l. cum testamentū. C. de iur. & fact. ignor. ut quod ordinaria uia assequi possumus, non debeamus extraordinario remedio repetere: & ita debere solū restitutionē contra cōtractum, in quo minor erroneè se maiorem falsus est, implorari: quo casu tenebitur probare minor, se contractus celebrati tempore minorē, non autem maiorem annis fuisse, argumento l. si minorem. C. de in integ. restit. minoris. Hanc autem Bartoli distinctionē infringit Io. Mauri. in tract. de resti. in integ. cap. 170. & ad eius obiecta satis respōdet, ut ibi per eum. Secunda conclusio. Si minor se aduersarij dolo maiorē dixerit, restitui contra eam assertionem poterit, dummodo probet, se eo tempore minorem annis fuisse, fietq; id causa cognita, & atatis examinata ratione, ut est in l. 3. C. si mi. se maio. dix. Tertia. Si utriusq; dolus, tam minoris, quàm aduersarij interuenerit, etiā minorē concedenda est restitutio, per l. de tutela. C. de in integ. restit. mino. quam ad hoc allegat Bart. in d. l. 3. Quarta. Si neutrius dolus in cōtractu interuenerit, qui minor se annis maiorem existimet, & ita etiā esse pars opinetur, locum esse restitutioni, extra pugnā est. Quod procedere uult Ang. etiam si iurauerit minor, modò id tactis sacrosanctis Euāgelij non effecerit, in d. l. 3. Sed uidetur non esse differentia constituendam, an minor corporaliter iuramentum præstiterit, uel non, cū non possit inter utrumq; casum euidentis diuersitatis ratio adferri: id quod latius prosequitur idem Io. Mauri. in d. tract. de restit. in integ. cap. 170. ubi uide.

## OBSERVATIO XXI.

*Minor contra quasq; sententias restituatur: modò cognitio læsionis precedat, deq; ea appareat: item an plenaria cognitio requiratur, uel summaria sufficiat?*

**M**inorem restitui posse aduersus sententiā siue interlocutoriā, siue diffinitiuam, extra controuersiam est, l. cum & minores, & l. ult. C. si aduer. rem iud. nec solum datur illi restitutio contra sententiā præsidis potestatis, ut ibi, sed etiam præfati prætorio, & Imperatoris. l. in causæ. §. ult. cum aliquot ll. seq. usq; ad §. nō solum. ꝑ. de mino. item & pontificis, c. suscitata. de in inte. rest. priusquā tamē aduersus sententiā minor restituatur, omnino necesse est, cognitionē læsionis precedere, & de eo apparere, an læsus sit. An aut plenaria cognitio requiratur, uel summaria sufficiat, uariarunt interpretes. Sed cū in imperiali Camera tractaretur causa turbatæ possessionis,

agitata inter tutores pupillorum de Heppenheim contra die Wild vnd Reingrafen, anno 1550. mense Octobri, domini sic distinguendum censuerunt: ut siquidem principaliter aduersus sententiam impleretur restitutio, plenissima sit opus cognitione, ut sic constare possit, an iusta occasione minor conqueratur, seque iniuste a iudice condemnatum proponat: id quod doctores etiam communiter tenent, moti ad hoc per l. ult. C. si minor se maiorem dixerit. sub illis uerbis: Ea quæ in prece contulisti, examinare præsidem prouinciæ conuenit, qui si ex luce probationum te deceptum cognouerit, fidem ueri sequetur: quem textum ad hoc ponderat Sali. in d. l. j. C. si aduer. rem iudi. Quod si non principaliter & directò, sed incidenter minor se contra sententiam petat restitui, tum sufficere leuem ac summariam cognitionem sive indagationem putarunt, ut per Dd. in d. l. ult. Idem etiam tradidit Io. Mauri. in tract. de rest. in integ. cap. 193. Et cum in præfata causa peteretur restitutio principaliter, plenissima etiam in ea cognitione usi sunt domini.

## OBSERVATIO XXII.

*Filia renuncians an faciat partem.*

**S**I filia dote contenta renunciauit cum iuramento bonis paternis & maternis, uel etiam fraternis, & ea quitauit: an huiusmodi renunciatio cedat omnibus alijs, uel faciat partem, licet non admittatur ad partem: Diuersæ sunt opiniones inter Dd. quas latè refert Curt. Senior conf. 5. incip. Stulphus pater: easque repetit Nico. Boer. decis. 104. part. j. Verùm à dominis comprobata est sententia Petri Iaco. in tit. de condict. ex. l. omnimodo. col. 4. uers. sed quid erit. asserentis talem filiam quæ sic renunciauit, computari & numerari inter liberos, & facere partem, licet non admittatur ad partem, sed eius portio remaneat, & accrescat hæredi, cui pater prouidisse uidetur, per tex. in l. si pactum. 7. de probat. cum not. in l. qui repudiantis. 7. de inofficio. testa. & l. plane. §. si duobus. 7. de lega. ubi Bald. Ang. Deci. idem tenent, & Alex. conf. 149. uol. 7. Suprà dictam opinionem fatetur etiam cæteris communiorē esse Guid. Pap. decis. 295. & secundum eam fuisse iudicatum in Parlamento Gratianopolit. idem repetit decisio. 599. In quibus locis hæc materia plenissimè discutitur.

## OBSERVATIO XXIII.

*Locatione finita, si alius cōducere uelit, an primus secundo præferri debeat.*

**S**Aepe dubitatum fuit, an inquilinus, si non conductor, uel colonus finita locatione seu conductione, præferri debeat secundo, si is tantum dare uelit: Omnis superfluis pro regula statuendum est, quod dominus potest, cui uult, locare, per l. ne cui. C. locati. ubi glo. Bart. Bald. Sali. & Albe. de Ros. hoc tenent. Fallit tamen in prædijs fiscalibus. l. congruit. §. l. fin. C. de locat. præd. ciuit. lib. 11. Item fallit in magistris & scholaribus, c. ex rescripto. Hostien. & Inno. de locat. & in d. l. ne cui. uel si per pactum (in scriptis tamen factum) ita conuentum esset, quod non liceret domino alij locare, quamdiu is condictionem habere uellet, & tantum præstare, quantum alius. d. l. ne cui. uers. nisi forte pacta. ibi glo. Bald. & Sali. idem Bald. in l. contractus. 7. de reg. iur. uel denique nisi esset consuetudo loci talis, quia ualere: nam quod potest fieri per pactum, potest etiam consuetudine induci. text. est sing. in l. ult. & ibi no. Bar. Bald. Sali. & Dd. C. de fideiuss. & est glo. ord. in l. non solum. §. fin. uerbo, hæredis. in prin. 7. de no. op. nunc. & glo. in rub. C. de decr. decur. lib. 10. fac. etiam l. non impossibile. 7. de pactis. Spec. tit. de emphy. §. nunc alia. uers. 93. quibus adde

Anto. de Butr. in d. c. rescripto. & Boer. decis.

107. par. j.

OBSER-



## OBSERVATIO XXIII.

*Ius cudendi monetam tam priuilegio, quàm cōsuetudine acquiri posse: idem dicendum de iure exigendi uectigal.*

**Q**uamuis ius cudendi monetam Imperatori duntaxat de iure competat, ut in tit. quæ sint regal. ibi, moneta. Attamē de iure speciali, utpote priuilegio uel consuetudine posse acquiri tale ius, cōmuniter Dd. tenent: priuilegio quidē ideo, quia ea quæ competunt principi bene possunt per eum cōmitti, & in priuilegium alii cui dari. l. ult. C. no. uecti. inst. non poss. Atq; ita uidemus multos Principes, Comites & Prælatos, ac etiam Ciuitates Imperij, ius cudendi monetam partim ab Imperatoribus priuilegio, partim diuturna consuetudine acquisiuisse. De consuetudine uerò probatur in l. si quisquā. ꝛ. de diuers. & temp. præscriptio. & l. j. C. de fundo Limitro. Aetiologia est, quia quæ potest princeps, potest facere cōsuetudo. c. super quibusdā. §. præterea. de uerbo. significat. Cyn. l. j. C. de emancip. lib. Hen. Bohic. in c. quāto. de iure iur. dist. 2. Sic etiam ius exigendi uectigal utcunq; sit de iure regalium, tamen per consuetudinē acquiritur. d. l. ultima. §. præterea. idemq; tenet Bart. in l. si publicanus, de publi. & uectig. & Cyn. d. l. j. C. noua uecti. instit. nō posse, ubi ponit plures urgentes rationes. Item Spec. tit. de caus. possess. & proprie. §. quia uerò, uerf. quid de colligentibus pedagia. Dd. in d. l. j. super glo. in qua fit mentio de priuato. C. de impo. lucra. def. lib. 10. atq; ita seruat Camera.

## OBSERVATIO XXV.

*Filius an ius habeat in legitima patre uiuente: & qualiter filius dicatur dominus patre uiuente.*

**E**xistimârunt pleriq; quòd filius habeat ius in legitima patre uiuente: argumento l. in suis. ꝛ. de libe. & posthur. in qua opinione fuit Dyn. idemq; uidetur sentire gl. in Nouel. de hæred. & Falcid. §. si quis autem non in plures. Contrarium tamen uerius est, nempe filium uiuo patre nihil iuris in legitima habere, nec ipsi illam deberi: sicut nec patronus in bonis liberti uiuentis quicquā iuris habet: l. 2. ꝛ. si quis à patre. manu. & pro hoc est tex. in l. j. §. si impuberi. ibi Bar. ꝛ. de colla. bono. Nec obstat d. l. in suis. quia imaginariē tantum, & per quandam repræsentationem filius pro domino habetur, uiuente patre, uerè autem dominus non est paternorum bonorum: aliàs sequeretur, quòd essent duo domini eiusdem rei in solidum, quod est absurdum: ut per Io. Fab. in §. sui autem. Instit. de hæred. qualit. & diff. Quòd ergo filius uiuo patre existimatur dominus rerum paternarū, hoc uerum intelligitur, quò ad dominiū intellectuale, & interpretatiuū: quia cum lex interpretetur filium esse eandem personam cum patre, intellectualiter declaratiū illum esse dominum & patrem: fingitur enim filius fa. (iure ciuili) uiuente adhuc patre quasi dominus esse paternorum bonorum, sicq; fictum habet dominiū siue impropriū, uel potius *ἡ ἐλπίδα*, & in spe, ut Alciatus lib. 2. parer. cap. 15. appellat: secus quò ad dominiū uerum & effectuale, quia dominiū est quædam plenitudo, quæ non capit plures in solidum: l. ut certo. §. si duobus uehiculum. ꝛ. cōmodati. Porc. in d. §. sui autem. ubi etiam uide quæ ego scripsi. Et hæc posterior opinio seruatur in iudicandō in Camera imperij. Nec ociosa est hæc inuestigatio, aut sine effectu: quia si filius haberet ius patre uiuente, pater non posset de suis rebus pro libitu disponere. l. si fur. §. um. l. res tuas. C. de reb. alie. nō alien. ubi uerò filius nullum ius habet, permittitur patri pro sua uoluntate disponere de bonis tanquam domino, moderatori, & arbitro: l. re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de contrah. empt. & uend.

## OBSERVATIO XXVI.

*Citatio an litis pendentiam inducat, & quando lis pendere dicatur.*

**N**on semel in Camera hæc quæstio tractata fuit, an citatio induceret litis pendentiam: Et crebrius placuit, nō inducere, nisi per citationē reus instruatur, de quibus

quibus ad iudicium trahitur, per tex. in ele. cum lite. ut lit. pen. nihil inno. iuncta glo. uerbi ad partē, ubi eleganter scribit Zabarel. sex necessaria esse ad hoc, ut lis pendere dicatur. Primò, quòd citatio emanarit. deinde quòd à iudice competente. Tertio, quòd ad citatū peruenerit, aut per eum steterit quominus perueniret. Quarto, quòd ex tenore citationis plenè cognoscere potuerit citatus, qua de re futura sit cōtrouersia. Quintò, quòd citatio sit apta, ut per glo. d. cle. cum lite. Sextò, quòd nuncius eam legitime & sufficienter insinuauerit per gl. fin. d. cle. cum lite, in fine. Quamuis enim citatio sola uideatur sufficiens ad perpetuandam iurisdictionem, non tamen sufficit ad inducendam litis pendentiam, nisi in ea interueniant supra dicta sex requisita, ut per gl. in d. cle. cum lite, in uerbo, plenè. & Zabar. ibidem. Habet etiā alium effectum simplex citatio, quia interrumpit odiosam præscriptionem 30. uel 40. annorū, ut per Guid. Pap. decif. 416. num. 2. ubi eleganter admodum determinat & distinguit an & qualiter interrumpatur præscriptio: quem uideas.

## OBSERVATIO XXVII.

*Exceptio declinatoria an post lit. contest. opponi valeat.*

**N**Oti iuris est, quòd exceptio declinatoria fori debeat opponi ante litis cōtestationem, non autem post. l. ultima. C. de exceptio. l. peremptorias. cum ibi not. C. sent. rescin. non posse. Imò debet omnium prima esse ante alias dilatorias: quia si alia prius obijciatur, per id inducitur consensus in iudicem, ut amplius recusari non possit: tex. in l. sed et si suscepit. in pr. .x. de iud. & l. fin. C. de excep. Abb. & Dd. c. inter monasteriū. de re iudi. Hanc tamen doctrinā domini in quadam causa ita limitandam censebant, nisi declinatoriæ exceptiones pacto uel cōuentione coarctatæ sint, uel alteratæ: quia tunc etiam post litis contestationem opponi possunt. arg. l. quæ futurum. .x. de pact. & l. cōmissori. C. de pact. int. empto. & uendito. quod idem tradit Guid. Pap. decif. 275. nu. 3. idemq; in Parla. Delphin. sic obseruatum fuisse asserit.

## OBSERVATIO XXVIII.

*Præscriptio domini contra uasallum quantum tempus exigat.*

**I**N causa nobilium de Roeden cōtra Comitem de Wertheim, inter cætera dubitatum fuisse memini, an dominus contra uasallum spacio triginta annorum præscribere possit libertatem: ut quia rem feudalem pro libera possederit tanto temporis cursu, nemine feudum requirentem? Et crebrius concludebatur, præscribere eum posse, idq; autoritate Bald. in c. j. §. si quis per triginta annos. uers. & ista quæstio est utilis, si de feud. fue. contro. inte. dom. & agn. tradentis hoc ideo esse, quia eo casu dominus non præscribat utile dominium, sed eius amissionem & consolidationem proprietatis. Et scribit alibi idē Baldus, quòd licet male fidei possessor non possit præscribere dominium, potest tamē præscribere confirmationem dominij: cons. 257. in ultimo dubio, uol. 3. quod etiā sequitur Fran. Balb. tract. de præscriptionib. in 4. parte. 5. par. prin. quæst. 3. nu. 9. Afflicti. in prælud. consti. Napoli. quæst. 22. in fine. & Zas. de feu. tit. qualiter feud. cōst. uers. his est consequens. ubi refert, se hunc casum de facto habuisse. Per Gallias tamen contrariū inueteratam cōsuetudine receptū esse, nempe, quòd dominus nō præscribat tanto tempore feudum contra uasallū, refert Boer. decif. 211. ubi multa ad hanc quæstionē cognitu necessaria cōgessit, ad quæ lectorē breuitatis causa remitto.

## OBSERVATIO XXIX.

*De præscriptione uasalli contra dominum, quantum tempus requirat.*

**S**Ed an econtrā uasallus rem non feudalem præscriptione possit acquirere, cōtra dominum? Et dicendum est breuiter, quòd si quis per triginta annos rem domini liberam pro feudo teneat, & ei seruitia præstet, illum censerī iam feudum etiam sine inuestitura præscripsisse: per d. c. j. §. si quis per triginta annos. Quod adeò uerū est, ut sufficiat semel seruitia præstitisse, si postea triginta anni sequant, cum nō omni anno seruire necesse sit, iuxta Zas. de feudis. tit. qualiter feud. consti. uers. notandum est. Facit

est. Facit c. cum de beneficio, de præbend. lib. 6. & not. in c. cū Ecclesia Sutrīna. de cau-  
sa poss. & proprie. Hæc tamen uera intellige in feudis secularibus: secus est in re Ec-  
clesiastica, & rerum publicarum bonis, quia tunc 40. anni requiruntur, iuxta And. de  
Yser. in d. §. si quis per triginta annos, & ibi Alua. allegat l. inanē. C. de fundo patrim.  
lib. 11. & l. j. C. ne rei do. uel tempus. quia ut Præpos. ibi inquit, non præsumitur dero-  
gatum Ecclesie, & rebus pub. per hæc iura feudalīa. Ex prædictis consequens est, et si  
post triginta annorum cursum controuersia incidat, non esse necessarium, quod ua-  
fallus super feudali re sacramentum loco probationis præstet, gl. c. j. de conf. rei feud.  
Zaf. loco supra citato. Secus si aliquis rem domini à principio pignoris loco tenuit,  
& triginta anni lapsi sunt, quia tempus possessorem à sacramento non releuabit, per  
c. fin. de feud. da. in ui leg. commiss. Imò tale tempus non sufficeret, postquam de pi-  
gnoris titulo cōstaret: quia nemo possessionis causam sibi ipsi mutare potest, & pos-  
sessor esset in mala fide, quæ temporis cursum etiā in feudis impedit, iuxta Præposi-  
tum in d. §. si quis per triginta. & Zaf. d. tit. qual. feud. const. Quæ sententia haud ita  
pridem in cuiusdā magni Principis causa aduersus plerosq; nobiles, in Camera per  
Assessores cōprobata fuit. Sed quid de domino, si ab aliquo seruitia per triginta an-  
nos nomine feudi, ac si feudalis esset, recepit? Et Spe. tenet, istum fundum factū esse  
feudalem, in tit. de feud. §. 2. uers. secundo quæritur: quod etiā sequitur Bal. in d. §. si  
quis. qui allegat l. ultimam. ꝛ. de acceptil. & hanc assertionem comprobatur natura  
correlatiuorum, &c.

## OBSERVATIO XXX.

*Originarij an extraneis sint præferendi in officijs.*

**I**N ordinatione Augustana imperialis Camerae par. j. tit. 4. §. Vnd wo aber sollichs, ha-  
betur: quod originarij Assessores ex qualibet prouincia siue circulo assumi de-  
beāt, & extraneis præferri, dummodò ibi reperiri possint idonei: quod uidetur proba-  
ri per ea, quæ scribit Panor. in c. Abbate. de uerb. sig. Et bene est, quod originarij ex-  
traneis præferri debeāt, cum melius censeant scire mores & cōsuetudines eius pro-  
uincie, ex qua sunt oriundi. c. quosdā, & c. quanto. de presump. fac. l. 2. C. de offi. præt.  
ubi dicitur, potius eligendos esse prætores, qui habent larem in urbe, quàm qui sunt  
de prouincijs. Ad quod facit etiā tex. in c. in nomine. dist. 23. Porro magna, & à mul-  
tis annis cōtrouersa quæstio est, an originarij peregrinis, uel hi originarijs præferen-  
di sint in officijs secularibus, & magistratibus ordinandis? de qua uide late Chassa.  
multa in utramq; partem disputantem in Catalogo gloriæ mundi, parte 11. conf. 22.  
ubi tandem in eam opinionem inclināt, longè melius originarios imperare, quàm  
peregrinos. uide ibi fol. (mihi) 223. Adde etiā quæ scribit Guil. Bened. in rep. c. Ray-  
nutius. uerb. & uxorem nomine Adelasia. n. nu. 1050. usq; ad nu. 1052. de testa. & Luc.  
de Penna. in l. quiscq; C. de on. ag. def. lib. 11. ubi tractat eandem quæstionem, & deci-  
dendo originarios extraneis præfert.

## OBSERVATIO XXXI.

*Assessores debent esse ex iusto matrimonio nati de illegitimis siue spurijis  
nonnulla notatu digna.*

**E**Adē ordinatio inter cæteras qualitates requisitas in Assessoribus exigat, quod  
ex iusto matrimonio nati esse debeant, qui ad Assessoriatu dignitatem uelint  
euehi, sicq; illegitimi non admittuntur: & rectè, cum sint infames, iuxta Bald. in l. 4.  
in prin. ꝛ. de lib. & posth. quem ibi sequitur Alex. Idem Bald. in l. in bonæ fidei. C. de  
rebus cred. quibus portæ dignitatum non patent. l. 2. C. de dig. lib. 12. & c. infamibus.  
de reg. iuris, lib. 6. Imò etiā consiliarij principis esse nequeunt, Bal. in l. cum legitime.  
ꝛ. de stat. homi. Nec doctoris titulo insigniri, quia doctoratus est dignitas, ut dicit  
Bar. in proœ. Cod. & Zabarel. in proœ. cle. & cle. 2. de magist. etiā si essent legitimated,  
cum legitimated sit similis Archimæ, quæ facit apparere, quod nō est, inquit Bal. in  
c. j. col. 5. de constit. quæ refert ac sequitur Ias. in l. cum acutissimi. C. de constit. quem  
refert

refert ac sequitur Ias. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & idem Bal. in c. fin. de transf. la. epif. ait: legitimatum assimilari homini medicato à morbo, in quo semper aliqua remanent cicatrices. cuius dictum recenset Curt. conf. 78. col. 26. & seq. Vt cūq; ergo spurij efficiantur legitimi, remanent tamen infames de facto inter bonos & graues uiros, Bald. d. l. 4. in princ. & Alex. in l. ex facto. col. 5. de uulg. & pupil. & late Chassa. in Catalogo gloria mundi. parte 11. confid. 15. ubi multa contra bastardos congeffit.

## OBSERVATIO XXXII.

*Aduocati cogendi ad suscipiendas causas pauperum.*

**R**ECTÈ in ordinatione Camerae disponitur, aduocatos & procuratores cogendos esse, ut causas pauperum suscipiant, in j. part. tit. 19. §. auff das auch. Nam & alias de iure aduocatus compelli potest ad praestandum patrocinium clienti, per iudicem, l. j. §. ait praetor. ꝛ. de postul. & l. prouidendum. §. si quis. C. cod. Ita & procuratores palatij soliti suas operas locare, autore Iaso. in l. inuitas. C. de procuratoribus. ubi tamē Bal. ait, secus esse in simplici procuratore. Et possunt compelli sub poena priuationis officij, d. l. prouidendum, idq; in Camera sic usurpatur, nisi ex legitimis causis sese excusare ualeant, eas deniq; probent: iuxta Bald. ibidem, & eundem in l. humanitatis. C. de excusat. tuto. ubi latius uide.

## OBSERVATIO XXXIII.

*Citatio generalis ad totam causam tam de iure, quam ex stylo Camerae valet: & cuius sit effectus.*

**I**N iudicio Camerae citari solent partes ad totam causam, & ad omnes ac singulos actus eiusdem causae usq; ad diffinitiuam inclusiue, cum comminatione, quod aduersus citatos contumacia non obstante procedetur ad cognitionem & pronuntiationem. Et huiusmodi citationem generalem etiam de iure subsistere, tenent Inno. in c. cōsuluit. de offi. deleg. Bald. Ang. & Imo. in l. qui ante calendas. ꝛ. de uerb. oblig. Spec. tit. de cita. §. uiso. uers. item licet in die. & Io. And. in d. c. cōsuluit. itemq; Bar. in extrauag. ad reprimendam. in uerbo, per edictum. Contrarium tamen uidentur tenuisse Io. And. in add. ad Spec. in d. uers. item licet. Butri. d. c. cōsuluit. & Panor. in c. ul. col. 3. & 4. de dilat. uidelicet quod talis citatio generalis nō sit permessa, nisi ex causa, quando scilicet persona citanda esset in longinquis partibus. per c. tum ex literis. ad fi. de in inte. rest. & c. fi. de do. & contu. Sed prior opinio sicut est communior, ita quoq; frequentatur in Camera, adeo, quod facta huiusmodi generali citatione procedi soleat in ipsa causa, & pronunciar diffinitiuē absq; ulteriori citatione: pro qua est text. ad literam in l. qui crimen. it. ut ueniat ad causam peragendam. C. qui accus. non pos. dom. de Rota decif. 96. in nouis. & Iafre. Balb. decif. 24. cent. j. Porro talis citatio generalis arctat citatum ad duo, scilicet ad comparandum in termino, & ad comparandum ad causam. Vnde licet actor & reus in primo termino non compareant: tamen si deinde actor in primo termino ueniat, & reus non, proceditur ad petitionem actoris in contumacia rei, ad proclama, sitq; deinde ulterior progressus usq; ad diffinitiuam. Aetiologia est, quia licet primus citationis effectus, scilicet cōparitio in termino, sit circumductus & deletus: tamē secundus effectus, nempe cōparitio ad causam, durat: iuxta decif. Rotae 354. in ant. Ideo fuerunt aliquoties in causis decreta proclamata in contumaciam rei sic citati: etiam si actor post primum terminum ad duas uel tres hebdomadas demum comparuerit. Et ideo decretum fuit proclama 22. Maij, anno 1522. in causa fractae pacis Henrici ducis Brunswuicensis contra ducem Saxoniae electorem: quamuis tum nonnulli ex dominis putauerint, quod si ex longo intervallo compareret actor, nihil in contumaciam rei decernendum illi esse, sed reum de nouo citandum: per c. cōsuluit. de offic. delegat.

## OBSER. XXXIII.

*Læsus contra pacem publicam uel coniunctim, uel distinctim ad pœnam, & damna agere potest.*

**O**ffenfus contra constitutionem pacis publicæ, optionem habet, ut possit uel coniunctim tam ad pœnam, quam ad reparationem damnorum & interesse, uel separatim ad alterutrum in Camera agere: de quo dixi supra Centur. 2. Obser. 29. Hoc non solum locum habet in ipso læso contra pacem publicam, sed etiam quilibet alius pro ipso sic admittitur ad accusandum & agendum: quia accusatio ex illa constitutione publica est & popularis: idque maxime obtinet in fratribus & coniunctis personis, qui suam suorumque iniuriam prosequi possunt: iuxta Ang. in l. & eum. ꝛ. ad leg. lul. repe. Et de hoc uide quæ habentur apud Dd. in l. j. §. ult. cum l. seq. ꝛ. de in iu. l. si finita. §. si de uectigalibus. ꝛ. de dam. infe. & l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ꝛ. de uerb. oblig. Atque ita olim decreti sunt processus Nobilibus de Lube aduersus Senatum Rostochiensem: item Nobilibus de Winterfeldt contra ciuitatem Brunswuicensem, anno 1549.

## OBSER. XXXV.

*Instantia ex constitutione pacis publicæ, an & quatenus pereat? Et in ea accusatione non esse attendendam exceptionem præscriptionis à iudice, parte non opponente.*

**A**ccusatione instituta ex constitutione pacis publicæ aduersus uiolatorem, eo mortuo perit quidem instantia quò ad pœnam, sed quatenus ad restitutionem damnorum instituta fuit, non extinguitur, sed durat, transitque in ipsius defuncti hæredes: prout habetur in ea constitutione, tit. 12. & in ordina. Camerae par. 2. tit. 9. §. Wir wollen auch. circa quod illud quoque notandum censuerunt domini, talem accusationem ultra 20. annos non extendi, sed eam regulandam esse secundum naturam accusationum, ut per glo. & Dd. in l. querelam. C. ad l. Cor. de fals. Atque ita ante mea tempora denegati sunt processus Gerharδο Ofsen contra Gerhardum de Galen, anno 1542. Sed pone lapsis 20. annis actum esse ex dicta constitutione, nec ex aduerso oppositam fuisse exceptionem præscriptionis, an iudex condemnare debeat: quod uidetur, idque autoritate Baldi in d. l. querelam. & Bart. in l. absentem. in fine. ꝛ. de pœnis. Neque enim debet iudex supplere in criminalibus, de exceptione præscriptionis: quia tempus non tollit crimen. iuxta Bart. in l. eum qui. §. qui ita stipulatus. ꝛ. de uerb. obligat. & Guid. Pap. decis. 221. Atque ita memini decretos fuisse processus super fracta pace, & mandatum de restituendo ad postulationem Annæ Maïrin, aduersus ciuitatem Nouiomagum.

## OBSER. XXXVI.

*Apostolorum requisitio quamuis intra 30. dies de iure fieri debeat, qui à die interpositæ appellationis currunt: eam tamen hodie non esse necessariam.*

**Q**uando aliquis appellauit à sententia, nec petijt apostolos, tunc appellatio iure non subsistit, iuxta cle. quamuis rigor. de appell. Bart. in l. eos. §. apostolos. C. de appell. & iura constituunt 30. dies, intra quos iudex apostolos concedere obnoxius est, ut habetur in iudicibus. C. de appell. qui secundum Hostiensem incipiunt currere à die appellationis interpositæ: & hoc probat quinque rationibus, in c. cordi. de appellat. lib. 6. gl. uerò in e. ab eo. in uerbis, triginta. eod. tit. & gl. 3. in cle. quamuis. ext. de appellat. & gl. 2. in l. j. ꝛ. de lib. dimiss. censuerunt eos currere à tempore latæ sententiæ: quos sequitur Ioan. And. in d. c. ab eo. & uidetur de hoc casus esse in d. l. iudicibus, hæcque posterior sententia crebrius recepta est. Et hi dies sunt continui, per gl. c. non solum. uerbo, dicendum. de appellat. lib. 6. & gl. 1. j. §. dies. ꝛ. quan. appell. sit. Verum ex nouella ordinatione Camerae Imperij in 2. parte, titu. 30.

m requisitio

requisitio apostolorum prorsus non est necessaria, sed omitti impunè potest, & nihilominus consistit appellatio.

OBSER. XXXVII.

*Diuisio inter fratres quomodo sit facienda.*

**M**ultoties contingere uidemus, quòd diuisio sit facienda inter fratres de bonis paternis: qualiter ergo fieri debeat quaeritur? Et nonnulli existimarunt faciendam esse sorte, uel officio iudicis, iuxta l. si duobus. & ibi las. num. 7. C. commu. de leg. ubi etiam hanc communem dicit. Alij contra censuerunt, quòd senior fratrum diuisionem suo arbitratu facere possit, iunior uerò eligendi optionem habeat, per text. in c. j. de paroch. & ita ibi tradunt Hostien. & Ioan. And. item Bald. in l. suis quoq; . $\pi$ . de hared. instituendis. Facit in argumentum §. j. uers. itaq; per se. Inst. de satisfactio. Et quæ scribit Seneca lib. 6. Declamationum, ubi ueterem fuisse legem meminit, ut frater maior diuideret patrimonium, minor eligeret. Quam sententiam in ueterata quoq; cõsuetudine in hisce regionibus passim obseruari uidemus, quam etiam approbarunt domini in iudicando. Eandemq; secutus est Guid. Pap. decis. 289. sunt duo fratres: & Aemil. Ferre. cons. j. per totum. uide etiam de hac quaest. late laso. in l. j. num. 39.  $\pi$ . si cer. pet. ubi dicit, Legistas communiter tenere opinionem Bart. nẽpe quòd iunior nullam habeat prælationem, sed quòd diuisio uel officio iudicis, uel per sortem fieri debeat: ceterum Canonistas frequentius amplecti contrariam opinionem. Nota tamen, quod ibidem las. declarat, fratrem maiorem hinc non intelligi ratione tẽporis, seu ætatis prouectioris, sed ratione administrationis diuturnioris: & asserit hoc expressè pbari in c. j. de paroch. & ibi hoc notare Hosti. Ioan. And. Anto. & Ab. Scribit porro Corne. si statuto cautum sit, aut consuetudine receptum, ut maior natu fratrum hæreditatem diuidat, & postea iunior eligat, minorem nõ esse audiendum, uolentem recedere à statuto, & diuisionem fieri arbitrio iudicis, sed omnino standum esse statuto, & diuisioni factæ à maiori. Ita Corne. consil. 234. licet in hac. per totum lib. j. per iura late ibi allegata: & ad idem fac. consil. 239. uisus statutis. lib. 3. ubi negat arbitros posse ab eo recedere, sed id omnino sequi debere. Et ex illis scriptis intelliges etiam maiorem non posse se huic diuisioni eximere, inuito iunior, cui postea datur optio. Prædicta tamen sic accipienda sunt, modò frater natu maior nõ faciat diuisionem captiosam, nec in ea sit quædam fraus aut iniquitas: qualem refert Seneca in loco supra citato factam fuisse. Quidam enim cum haberet filium legitimum, alium ex ancilla sustulit, deinde decessit: maior fratrum ita diuisit hæreditatem, ut totum patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothi matrem, sicq; cogeretur minor frater aut matre carere, aut integro patrimonio, id est, aut matrem apud alium in perpetua seruitute relinquere, aut mendicum, & rerum omnium inopem manere. Sanè nemo rectè dixerit, standum esse huic diuisioni, sed eam omnino reijciendam, iuxta Petr. de Ancha. in c. j. col. 3. uers. in hac quaestione. de consti. & Io. de Pla. in l. j. C. de his qui s. def. lib. & in §. ult. Inst. de socie. & Stepha. Pheder. de leg. interpret. in 2. par. prin. char.  $\pi$ . motus hac elegantí ratione: quia lex dans fratri maiori facultatem diuidendi, semper intelligenda est uoluisse excipere dolum, & captiosam diuisionem: arg. l. cum Aquiliana. in fi.  $\pi$ . de transac. & l. si uxori.  $\pi$ . de au. & arg. leg. Instrumenta autem communia ut plurimum custodienda relinquuntur penes seniores: idq; uidetur iuri esse consentaneum. in l. ult.  $\pi$ . de fid. instrum. de hac & alijs uarijs diuisionib. inter fratres faciendis, uide late Petr. de Vbal. in tracta. de duo. fra. in 4. parte prin. sub quaest.  $\pi$ . & seq. Illud quoq; non omittendum, diuisionem inter fratres præsumi factam, si dñi fuerint separati, ita ut quilibet partem possederit, ut per Boer. decis. 58. & las. cons. 127. uol. j. ubi hoc communiter teneri ait. Istud autem diu intelligitur per decennium, ut post Alex. dicit Steph. Bertran. cons. 344. uol. j.

OBSER.

## OBSER. XXXVIII.

*Testes si contradicant inuicem, quæ potissimum considerari debeant: & de gradibus ea in re considerandis.*

**Q**uæ sint partes iudicis in conflictu testium, quando testes actoris & rei contraria, ac planè pugnantiã dixerint testimonia, uarij uaria scripsere. Breuiter obseruandi sunt tres ueluti gradus, ne confundatur animi motus, cæcutiatq; in dijudicanda ueritate, hi sunt: autoritas personarum, qualitas testimoniorum, & numerus testium. Primò ergo personarum autoritas & honestas respicienda est, quæ in dignitate, moribus, & grauitate consistit, per l. 2. & 3. ꝑ. de testib. Et hinc est, quòd senio rem iuniori, decurionem plebeio, uirum fœminæ, ingenuum libertino, inculpatæ uitæ hominem reprehensibili, diuitem pauperi, &c. præferendū esse, leges passim docent. d. l. 3. & ultima. de fide instrum. l. semper. de iure immu. l. non debet. de dolo. l. in multis. de statu homi. cum similibus. Secundò, si qualitas personarum par sit inter testes, tunc respicienda sunt testimonia, considerandumq; qualia sint, hoc est, quàm uerisimilia, quàm naturæ negotij, de quo agitur, conuenientia. l. ob carmen. ꝑ. de testib. ubi est textus elegantissimus, qui hos duos gradus probat. Ex quo discimus, in testibus ponderanda quoq; esse argumenta dictorum testium, hoc est, rationes, quibus dicta testium firmantur, ut rectè exponit Bal. in l. testium. C. de testib. subdens, eos testes, qui dicta sua melioribus rationibus consulciunt, melius etiã probare: & eos qui factum siue negotium probandum melius cognitum habent, melius etiã probanda astruere. Tertius gradus est, ut si testes & personarum, & testimoniorum fide sint pares, tum demum ad numerum testium recurratur: per tex. in c. in nostra. uerfic. mandamus. de testib. & d. l. 3. §. eiusdem quoq; ꝑ. eo. Præferuntur tamen testes affirmantes negantibus, iuxta gl. in l. diè proferre. §. si plures. ꝑ. de arbit. Inno. c. super hoc. ad finem, de renun. nisi plures, uel meliores testes negarent, remouendo actum a sensu, id est, non solum asserentes se nescire, sed se scire hoc non esse, quia æquè bene probari uideretur negatiua, sicut affirmatiua, ita Bart. in d. §. si plures. Reliquas huius doctrinæ exceptiones, uide apud Felin. in d. c. in nostra. ubi etiam nos aliquando diximus, de testib. Hostiensis addit etiam quartam considerationem, nempe ut inspiciatur persona testes in iudicio producens, quia ex qualitate producentis præsumi potest testium corruptio, possuntq; ratione producentis testes etiã digniores censerì. Verum in his uix potest certa & inuariabilis regula præscribi: sed totam hanc rem iudex, cõsiderata uarietate, & qualitate factorum, censendo magis secum ex bono & æquo, quàm ex subtili nimis argumentorum ratione, deliberare potest & debet: dummodo supra dictos gradus in discutienda fide testium non prætersiliat.

## OBSER. XXXIX.

*Si testes instrumento repugnant, an testibus, uel instrumento credendum sit?*

**I**llud quoq; controuerti solet, si testes instrumento repugnent, an testibus, uel instrumento credendum sit? Omissis superfluis quaestio. Ad hac in quaestione scribunt, ea sic breuiter dissoluenda est: ut si testes contra dixerint scripturæ, ad quam ipsi fuerunt propter fidem adhibiti, tunc testes scripturæ præferri debeant, cum tota autoritas tabularum ex testium cõprobatione dependeat: c. tertio. de proba. fa. in arg. gl. l. j. in fine. ꝑ. quemadmo. test. aper. & §. si uerò aliquid. Nouel. de instrum. caut. & fid. Secundò, si testes contradicant instrumento, ad quod non fuerunt propter fidem adhibiti, tunc refert, an producantur ad probandam falsitatem instrumenti, quod non simul cum attestacionibus, sed seorsim profertur ad probandum aliquid: hoc casu paribus testibus præferitur scriptura: utpote, si tres dicant instrumentum falsum, non audientur: quia & in tabulis instrumentorum duo testes unà cum notario, qui tertius, adhiberi solent. Nisi igitur quatuor aut quinque boni uiri attestentur falsitatem, instrumento stabitur, l. Domitius instrumeto. l. Labeo. de testam. l. cum precib. C. de probat. & c. cum Ioannes de fid. instr. An uerò de falsitate nõ principaliter tractetur,

neq; accusando, neq; excipiendo, sed unà ad probandam intentionem exhibeantur instrumentum & testes, qui examinati repugnent instrumento: hac specie nulla regula tradi potest, sed iudex ex qualitate causę æstimare debet, quid horum magis ipsum sequi oporteat. Nam quædam per testes melius probantur, ut consanguinitas, adulterium: quædam contra commodius per instrumenta, ueluti acta iudiciorum, res antiquitus gestæ. Sunt porro nonnullę scripturæ, quas non licet testibus impugnanare, ut sunt monumenta publica, libri ciuitatum, & cætera huiusmodi. l. census. 7. de probat. l. ultima. C. arb. tut. Quod itaq; dici solet, in litibus exercēdis eandem uim obtinere fidem instrumentorum & depositiones testiū. l. in exercendis. C. de fid. instrum. l. iudicia. C. de rei uendic. & l. scripturas. C. qui pot. in pig. hoc ita accipiendū est, ad iustam probationem alterutrum sufficere, aut idoneos testes, aut non suspectum instrumentum, scilicet, ubi sine contradictione profertur: sin uerò impugnetur instrumenti fides, tunc ad superiorem distinctionem recurrendum est.

## OBSER. XL.

*Quòd causæ intra summam quinquaginta florenorum in Camera iudicio non recipiantur, qualiter accipiendum.*

**A** Libi annotauimus, quòd causæ intra summam quinquaginta florenorum per appellationem non possint ad Cameram Imperialem deuolui, prout habetur in ordi. Camere, parte 2. tit. 28. §. Vnd sonderlich setzen, quibus addendum est, cum ordinatio ibidē disponat, si dubitetur, an summa controuersa sit quinquaginta florenorum, quòd stari debeat iuramento afferentis, &c. hoc non solum obtinere in ipso appellante (quem casum ordinatio exprimit) sed tale iuramentum eo defuncto, etiam per hæredem appellātis præstari posse: iuxta gl. in l. si quis per alium. §. ultimo. 7. ne quis eum, qui in ius uoca. est u. exi. & ibi Bald. & Ludo. Roma. in l. ait prætor. §. iurari. 7. de iureiurando. atq; ita aliquoties obseruatum fuit in Camera.

## OBSER. XLI.

*Appellatio in criminalibus illicita, ex consuetudine Germaniæ, quæ etiam in Camera est recepta: tamen cum limitatione hic expressa.*

**I**nueterata per Germaniam consuetudine receptum est, in causis criminalibus illicitas esse appellationes: quam consuetudinem approbat etiam ordinatio Camere, par. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch, expressè prohibens, ne recipiantur causæ criminales per uiam appellationis in Camera. Hanc tamen dispositionem sic limitandam censuerunt domini, ut non procedat ad multas, quę non successerunt in locum pœnæ corporalis, ex commutatione fortè per gratiam facta: ab illis enim posse ad Cameram appellari, quando summa ordinationi conformis existit: & ita iudicatum olim fuit in causa Bernhardi Dassen contra Iodocum Bupper, 30. Ianuarij, anno 1533.

## OBSER. XLII.

*Si tamen super nullitate causę criminalis agatur, ea recipitur in Camera: & aliter hodie ea in re constitutum esse, quàm olim obseruatum fuit.*

**Q**uod amplius in præfat. ordinatione in loco iam citato disponitur, in uers. Doch ob sich iemandt, si in criminali causa quis principaliter nullitatem processus docere uelit, ut quia non citatus, & indefensus sit condēnatus, uel aliàs cōtra naturalem rationem & æquitatem aduersus ipsum processum fuerit, aut iudicatum, id ipsi permittendum esse, &c. Hoc concludebant domini locum habere in reo accusato, uel inquisito, non etiam in accusatore, prætexente accusatum nulliter absolutum fuisse: nisi fortè ipsi ex processu uel sententia immineret pœna talionis & corporalis, quo casu eadem foret ratio, quæ in accusato. Et ita denegati sunt processus, concurrentibus etiam alijs causis, cuidam Brupping contra Walraben, 12. die Iunij, anno



anno 1550. Quanquam ante hanc nouissimam Camerae ordinationem contrarium fuerit obseruatum in causa Annæ Zimmermennin contra Felicem Wendeburg, ubi reo homicidæ in Consistorio Rottuuilensi delatum fuerat iuramentum, quod occisus prior percussisset, isq; iurauit, & absolutus est: accusatrix impetrauit citationē in Camera Imperiali super nullitate: fuit ibi exceptum de incompetentia, & quod nullitas causam non deuolueret: sed illis non obstantibus domini iniunxerunt aduersario litis contestationem 15. Junij, anno 1534. & demum diffinitiuē pronunciarunt, à iudicibus Rottuuilensibus nulliter fuisse iudicatum, & causam remittendam esse ad iudicem competentem, &c. & hoc exemplum secuti sunt etiam domini postea in causa Matthiæ Imhoff contra Gienger, 26. Ianuarij, anno 1538. Ad quod facit quod scribit Barto. consil. 225. pleriq; tamen tunc contra censuerunt, quod hodie sic est decisum.

## OBSER. XLIII.

*Appellationes ab interlocutorijs an & quando licite. Item, appellationes extraiudiciales an in Camera Imp. recipiantur.*

**I**n eadem ordinatione, appellationes ab interlocutorijs sunt sublatae, nisi in casibus à iure ciuili permittis, uidelicet, quæ in diffinitiuâ reparari nō possunt, iuxta l. ante sententiâ, ibi Salic. & Dd. C. quo appell. non recip. & Bald. l. 2. C. de episc. aud. Qui autem sint illi casus, in quibus de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutorijs, refert Guid. Pap. decis. 75. ubi decem recenset: nonnullos etiam Specu. enumerat in tit. de compar. in ter. §. j. in fi. & Barto. in l. 2. ꝑ. de app. reci. Bald. l. 2. C. de episc. aud. Item Azo in sum. C. de appell. §. appellare quis potest. Quibus adde Phil. Fran. in c. cum cessante. de app. & Feli. in rub. de re iudicata. Quid autem de appellationibus extraiudicialibus, an hæ recipiantur in Camera? Et decisum est à dominis, has non esse recipiendas contra eos, aduersus quos Camera non habet iurisdictionem immediatam: quia non sunt propriæ appellationes, sed magis prouocationes ad causam, & iudicem superiorem, ad quem prouocati tenentur uenire. Sicut ergo non possunt citari, ita nec appellare. arg. c. cum sit Romana. de appell. & quod notat Bart. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. in j. opp. ꝑ. de no. ope. nunc. Et de appellationibus extraiudicialibus, uide late Bart. in l. fin. ꝑ. de appell. recip. Cæterum hoc casu, scilicet interlocutoriarum, non remittuntur partes ad iudicem priorem: quia si appellatio non est deuoluta, non potest iudex Camerae esse iudex in remittendo, sed simpliciter pronunciat, appellationem non deuolutam, condemnaturq; appellans in expensis. Sed quando appellatio à diffinitiuâ est deserta, remittitur executio ad priorem iudicem, ut in ordinatione Camerae par. 2. tit. 30. §. Unde so also. Quod uidetur esse contra tex. in c. Roman. §. ult. de appell. lib. 6. ubi fit remissio ad priorem iudicem: sed ibi pronunciat, non super deuolutione, sed super puncto appellationis, malè scilicet appellatum. Cæterum in quibus appellationes extraiudiciales cum iudicialibus conueniunt, & in quibus differant, uide late Panor. & Phil. Fran. in c. bonæ. de appell.

## OBSER. XLIIII.

*Appellatio ualet sine insinuatione ex ordinatione Camerae.*

**D**isponit eadem ordinatio par. 2. tit. 29. §. Item soll, nō esse necessarium, quod appellatio coram notario facta insinuetur iudici à quo, sed eam ualere sine insinuatione, utcunque de iure communi necesse sit appellationem insinuari iudici à quo, ut notat Phil. in c. si iustus. col. 4. de appell. idq; fieri debeat intra decem dies à tempore latae sententiæ. auth. hodie. C. de appell. nisi uel absens sit, uel eius haberi copia nequeat, uel ob metum coram ipso appellans refugiat comparere: iuxta

Ball. apertifs. C. de iud. & l. 2. C. de his qui per me. iu. non ap. Quanquã aut hoc in antiqua Camerali ordinatione non fuerit prouisum, tamen semper fuisse obseruatum in Camera, à quibusdam dominis didici, qui ante Nouellæ ordinationis publicationem Assessorum munere grauius & magno Reip. commodo functi sunt: id quod autoritate Lapi, alleg. 39. & Bald. in l. præses. C. de appellationibus, & Anchar. in cle. j. & ibi Card. eodem titu. Et quod uel propter absentiam iudicis, uel propter metum possit coram notario & testibus appellari, tenet etiam Panor. in c. suggestum. d. titu. ad quod facit, quod habetur in c. si iustus metus. ibi Dd. de appell. & no. Bart. in l. j. §. dies. 7. quan. appell. sit. idem quod probat communis iudiciorum usus & consuetudo. Nec obest, si iudici uel parti non intimetur, nisi quod ad reuocationem attentatorum: ea enim non reuocantur tali casu, nisi per uiam iustitiæ, scilicet, si appellans deinde in causâ appellationis obtineat: sicut ordinatio hoc expressè disponit, id quod uoluit Ioan. de Imol. in clem. causam. de electio.

## OBSER. XLV.

*Appellatio coram notario facta quando ualeat.*

**I**N Camera non recipiuntur appellationes coram notarijs ex interuallo factæ, nisi in scriptis fiant, & schedula appellationis instrumento notarij inseratur. neque enim sufficit attestatio notarij in instrumento appellationis coram eo factæ sine insertione schedulæ appellatoriæ, quemadmodum hoc supra caut. 3. obser. 15. quoque annotauimus: & habet plene apud Phil. Franc. in c. ut debitus. de appell. in 3. quæstio. & Corne. consil. 95. col. j. in fi. & seq. lib. 4. Pro quo est etiam glos. & ibi Bart. in l. in sacris. C. de prox. sac. scri. lib. 12. & las. l. j. col. 3. 7. de eden. Atque ita sepe est obseruatum. Quod procedit, etiam si notarius attestetur, in scriptis coram se appellatum fuisse, nisi dicat, in his scriptis. de quo uide etiam Specul. de appellat. §. j. uersic. & notabiliter. Quid autem, si in actis primæ instantiæ dicatur, in scriptis appellatum fuisse, neque tamen appareat scriptura? uide de hoc Imol. in l. sciendum. 7. de uerb. oblig. ubi in simili de mandato procuratorio.

## OBSER. XLVI.

*Appellationis ab interlocutoria effectus.*

**D**Vplicem effectum appellationis ab interlocutorijs refert Ferra. in forma istarum appellationum ibi, quod quando iudex pronunciat bene appellatum, tota causa principalis deuoluitur ad eum, c. ut debitus. de appell. idem si ialtem pro parte malè iudicatum pronunciet: imò quoties ei uisum fuerit expedire, absoluto tamen puncto appellationis, c. cordi. §. post hoc. de appella. lib. 6. & hoc sepe practicum fuit in Camera, ut in causâ Abbatis in Brunweiler contra Stephanum Stumel, 3. Maij, anno 1544. Et in causâ Rudesell contra Samersheim, 20. Augusti, anno 1539. Item deuoluitur etiam causa principalis, si iudex spontè detulit appellationi ab interlocutoria interpositæ, per Ferra. loco supra citato. & Feli. in d. c. ut debitus. Cæterum an partes omisso puncto appellationis possint in principali procedere, uide Phil. Fran. in d. c. cordi. §. post hoc. & Dec. in d. c. ut debitus.

## OBSERVAT. XLVII.

*Transfatione facta pendet termino comparitionis, non arctatur reus amplius comparere: item, si quis ignorans pro se lata esse sententiam, transigat, executio non impeditur. Et in quibus casibus transfatio post rem iudicatam ualeat.*

**S**I inter actorem & reum pendente termino comparendi transigatur, tunc ipso iure circumducitur edictum, quod ad reum, qui amplius non arctatur ad comparandum, quia ex quo causa est finita, lex uidetur eum licentiarè & dimittere. ita docet

docet Bald. in lecti. antiqua, & Alexand. in l. 2. in fine. ꝛ. si quis in ius uoc. uide etiam in meo tract. de circumduct. termi. in 20. principali casu. Quod si transigatur post latam sententiam parte uictrice ignorante se sententiam obtinuisse, parte uero uicta id sciante, transactio non ualeat, & ad instātiā uictoris proceditur ad executionem sententiæ, absque ulla restitutione. ita obseruatum fuit in causa *Endorffer* contra *Endorffer*: & decretum, quod allegata transactione non attenda, uictus executorialibus parere teneatur, per text. & Doctores in l. si causa cognita. C. de transaction. & l. post rem iudicatam. ꝛ. eod. tit. ubi pro regula traditur, transactionem post rem iudicatam nullius momenti esse, cum deficiat eius substantia, nempe incertitudo. l. j. & l. post rem. ꝛ. de transactionib. quia sententia rem liquidam certissimāq; inter partes facit. l. res iudicata. ꝛ. de regul. iur. idq; adeo uerum est, ut talis transactio nec in uim pacti ualeat. Neque enim uerisimile est, eum quem timore litis ad transactionem compuli, quicquam uelle donare, per l. suis. C. de repudiat. hæreditat. Sunt tamen aliqui casus, in quibus transactio etiam post rem iudicatam ualeat: puta, si actio iudicati acceptilatione extincta sit, d. l. si causa cognita: si præfati sint transigentes, se omni meliori modo, quod efficacius possunt, contrahere: si contractum iurisiurandi religione confirmauerint, aut prius sententiæ expressim renunciauerint: si lata sententia reus fecerit iudicata, remq; tradiderit, ac postea transegerit, ut quia probabilis suberat nouæ litis timor: si denique notarius in instrumento affirmasset, quia lis suberat, uel subesse poterat super tali negotio, ideo partes transegisse: in huiusmodi & similibus casibus, transactionem uires habere uolunt post rem iudicatam. de quibus uide latius Bartolum, Baldum, Castrensem, Alexandr. Salicetum, Iason. & Alciat. in d. l. si causa. & d. l. post rem. & l. si diuersa. C. de transactionib. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ꝛ. de pact. & l. eleganter. de condition. in debiti, &c.

## OBSER. XLVIII.

*Transactione inita de negotio principali, si de expensis nihil sit dictum, an adhuc debeantur?*

**S**ed quid si ante sententiam sit transactum de negotio principali, nihil tamen de expensis litis sit dictum, postea lata sententia condemnatio expensarum facta: an expensæ debeantur, uel ueniant etiam in transactionem? Et domini censuerunt, expensas quæ non debentur ratione contumaciæ, ulterius peti non posse, cum ueniant officio iudicis mercenario, quod non durat lite finita. per textum in l. terminato. C. de fruct. & litis expensis. & ibi *Dofred.* & *Cyn.* in 2. oppos. secus autem esse in expensis, quæ ueniunt occasione contumaciæ. nam illæ petuntur actione in factum, ex titul. ꝛ. si quis ius dicenti non obtemperauerit. l. j. & ibi not. & pro regula traditur, expensas quæ speciali actione ueniunt, etiam finito iudicio peti posse: l. si mulier. §. si rem. ꝛ. de legatis, 3. Et cum hac distinctione intelligendum esse dicebant *Ioann. Andr.* in rubric. de eo qui mittit in possessionem. caus. rei ser. lib. 6. & *Guid. Pap.* decif. 55. Faciunt ad prædicta, quæ habentur in l. centum Capuæ. in glos. fin. ubi plenè *Bartol.* ꝛ. de eo quod certo loco. ubi recipiendo sortem quis uidetur tacite interesse remittere. Facit item ad hoc l. exigimus. in prin. ꝛ. si quis cautio. ubi lite finita per transactionem, de toto uidetur transactum.

## OBSER. XLIX.

*Explicatur litis contestationis formula in ord. Came. præscripta.*

**F**ormulam litis contestationis, quæ præscribitur in ord. Camerae, parte 3. tit. 13. §. Unde nach dem histe uerbis: *Ich bin der clag nicht gestendig/bitt mich von derselbigen zu erledigen*, sic intelligendā, restringendāq; esse uoluerūt domini, ut nō procedat, quando aliquis declinādo forū negaret narrata libelli, prout narrant, &c. licet em̄ ibi esset narrata aliqua qualitas tribuens iurisdictionē, & respiceret causę merita, tñ nō inducere

retur litis contestatio : quia ubi negatio respicit pariter iurisdictionem, & petitionē, potius interpretanda est ad exclusionem iurisdictionis, quam ad litis contestationem : ita pulchrè & singulariter tenent Butri. Panor. & Mar. Soci. in c. si clericus. in 10. princip. art. uers. septimò quæro. ibi. item aduerte, quod. post num. 67. & uide eundem in uers. octauò quæro. num. 68. ubi etiam præ cæteris pulchrè docet, ad litis contestationem inducendam requiri animum, & multas circa illum articulum quæstiones mouet, ac dissoluit, ut ibi per eum.

## OBSER. L.

*Responsio, nego nisi probetur, cuius sit effectus.*

**I**llud quoque in controuersiam uenit, an talis responsio (nego nisi probetur) esset admittenda? Et crebrius placuit, eam non modò esse admittendam, sed talem responsionē ualde etiam præiudicare : quia si actor deinde probet, erit geminata probatio, scilicet per testes, & per confessionem. Ex quo sequitur, quòd si postea feratur sententia contra taliter respondentem, non possit appellare. quia confessus in iudicio non appellat per l. 2. & l. abstinendum. C. quo app. non reci. ita docent Bald. in c. cum accessissent in 5. col. de cõstit. & Ias. l. actione administrata. C. de transactionib. ubi hoc uelut singulare mente tenendum esse commonent.

## OBSERVAT. LI.

*Confessionem propriam quando liceat reuocare.*

**R**egulariter nemo uenire contra propriam confessionem potest : l. generaliter. C. de non num. pecu. c. per tuas. de probat. Scribunt tamen Innoc. & Panor. in c. mulieri. de iureiur. non esse illicitum post sententiam contra suam confessionem uenire, si confessio illa per iudicem fuerit improbata, ut in casu d. c. mulieri. Cum enim iudex ibi confessionem mulieris non receperit, non potest se in ea fundare, & cogere partem ad obseruantiam, iuxta c. ex eo. de reg. iu. lib. 6. Ante improbationem uerò confessionis, uel si secundum eam pronunciatum fuisset, non liceret contrauenire, exceptis tamen casibus relatis in c. ult. de confes. & in c. cum uenerabilis, de exceptionibus. Quod signandum est ad doctrinam Saly. in l. j. C. de confes. & in d. l. generaliter, quæst. 6. tradentis confessionem factam ad obligandum quenquam in iudicio, & in præsentia partis, non aliter præiudicare contenti nisi expressè à parte sit acceptata : quia secus est in confessione liberatoria, in qua sufficit sola partis præsentia, per l. tale pactum in prin. 7. de pact. & l. postquam liti. C. eo. Et in hanc sententiam Alex. non semel ex facto respondit, ut consil. 111. uiso superiori themate. lib. 3. consil. 90. in causa appellationis, & consil. 62. in causa & lite uertente inter prouidum lib. 4. uide etiam Bald. in auth. nouo iure. in 1. C. de pœ. iu. qui ma. iud. Felic. c. si cautio. col. 5. de fi. instr. & Hipp. de Marsil. l. de uno quoque. num. 115. de re iudi. & Ias. in l. is qui hæres. 7. de acqui. hære. item Curt. sen. conf. 77. & Deci. c. at si clerici. col. 11. de rescri.

## OBSER. LII.

*Sententia ob intermissam publicationem attestatorum num sit ipso iure nulla : & an publicatio testium ualidet eorum depositiones non iure examinatum.*

**C**um sententia fuisset lata ab inferiori iudice ommissa testium publicatione, quærebatur an ea ob id reuocanda esset, uel ipso iure esset nulla? Et crebrius obtinuit, sententiam ob intermissam publicationē attestatorum, non esse ipso iure nullam : quia publicatio licet sit de iustitia, tamen non est de substantia ordinis iudiciarij, & parti illam non petenti imputari potest : quòd si petierit publicationē, nec tamē facta sit, à denegatione appellandū est : aliàs non auditur uolens impugnare processum uel sententiam ex defectu publicationis testimoniorum : ita dicit Bald. aperte probari in c. cum l. & A. de re iudic. cui Butr. & Abb. ibi, & Imol. in l. diuus. 7. eod. tit. & Bart. in l. prolatam. C. de sentent. & interlo. subscribunt, Accursio ibidem reclamante, cuius

cuius tamen sententia communiter damnata est, unde Baldus in c. j. si de inuesti. inter do. & uasal. lis ort. publicatio testium, inquit, omissa, non reddit iudicium retrò nullum: quia etiam sine ullis testibus sententia est aliqua. Ex prædictis igitur concludebant domini, sententiam quæ fertur testibus non scriptis, uel non publicatis, esse quidem contra ius litigatoris, non autem contra substantialem ordinem iudiciorum, & ideo transire in rem iudicatam, si ab ea intra decendium non appelletur. Illud enim dicitur esse de substantia rei, quo cessante res esse non potest. l. precia. ꝑ. de con. trah. emp. §. precium. Insti. de emp. & uenditio. Sed sententia potest esse sine testium examinatione seu publicatione: neq; enim necessarium est probationem per testes fieri, cum possit per instrumenta, confessiones, præsumptiones, & reliqua probandi adminicula fieri: c. aduerte. de præsump. c. cum Ioannes. de fide instrum. & l. in exercendis. C. eod. Suprà dictum tamen dogma tribus modis limitatur non procedere, quos uide apud Felin. in d. c. cum I. & A. ad quem breuitatis causa lectorem remitto. Illud quoq; dubitari consueuit, si testes in processu non fuerint ritè examinati, deinde sint publicati consensu utriusq; partis, an per hoc ualidètur eorum depositiones? Quod uidetur ad instar exempli publicati de communi consensu, quod facit fidem. Sed contrarium est uerius, quòd per publicationem testium non ritè receptorum dicta eorum non confirmantur, idq; autoritate Bald. in auth. si quis in aliquo. uers. iuxta primam rationē. C. de eden. & Inno. in c. significauit, & c. cum causam. de testib. quod non est contemnendum.

## OBSER. LIII.

*Ad probandam seruitutem pascendi pecoris, uel aliam habentem causam discontinuam, quanti temporis possessio inter cetera requiratur.*

**A**D probandam seruitutem pascendi pecoris, tanquam habentem causam discontinuam, inter cetera requiritur tempus, cuius in itij memoria non existit in contrarium, præsertim si nullus titulus allegetur, per text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ꝑ. de aq. cotid. & æsti. l. foramen. in princip. & §. j. ꝑ. de seruit. col. 2. & 3. Deci. l. si certis annis. C. de pact. & Guid. Pap. decisio. 573. ubi dicit, in Camera consilij Delphinatus ita decisum fuisse. Quare si asserentes seruitutem non probent se in usu & consuetudine fuisse tanti temporis spacio, quòd de contrario non existat memoria, succumbere debent, licet probent se fuisse in dicta possessione triginta annis. Et hoc secuti sunt Assessores iudicij Cameræ, in causa appellationis Ioannis Jacobi Knobloch cōtra Senatum & communitatem Haganoensem, 28. die Martij, ann. 1550. Cæterum de probatione temporis, quod memoriam hominum excedit, suprà Cent. j. obser. 30. satis multa diximus.

## OBSER. LIIII.

*Exceptio de illegitima executione citationis, si citatus compareat, non attenditur.*

**I**N iudicio Cameræ etiam si excipiatur de illegitima executione citationis, si tamè citatus compareat, non attenditur talis exceptio, propterea quòd per comparisonem censeatur resoluta esse, cum cōparitio sit finis & effectus citationis, ut per Dd. in l. j. ꝑ. de in ius uocan. Bald. in Auth. si omnes. C. si minor ab hæred. se absti. Fel. c. illud. col. 5. uersic. quarto. de præscriptio. & Alciand. consil. 123. uol. 2. ita obseruatum fuit in causa Jacobi Tubinger contra Decanum & Capitulum Cathedralis ecclesiæ Augustanæ Vindeliconum. item in causa Reinoldi de Rosa contra Reinoldum Viingsbrouen, relata 21. Octob. ann. 1554. ubi exceptio illa, quòd citatio esset executata per notarium, qui tempore executionis necdum inscriptus erat matriculæ Imperialis Cameræ, non fuit attendita. Et prædicta conducunt etiam ad ea, quæ suprà Cent. j. obser. 78. & Cent. 3. obser. 90. annotauimus.

## OBSER.

## OBSER. LV.

*Iudex reum in fructibus, interesse, usuris, uel expensis, etiam actore non petente, condemnare potest.*

**A**liquoties controuersum fuit in iudicio Camerae, an iudex posset condemnare reum conuentum, in fructibus, interesse, uel expensis, etiam si ab actore non sit petitum: Quò ad fructus & interesse, Innoc. & Hosti. in c. grauis, de restitutione spoliatorum, existimarunt, id iudicem non posse per l. ex diuerso, in princip.  $\pi$ . de rei uendic. quibus repugnat Anto. de Butri. asserens iudicem posse condemnare in fructibus ex officio suo, ut cunq; actor non petierit, per l. adiles.  $\S$ . item sciendū.  $\pi$ . de edictio edicto. Quod etiam uidetur obtinere in usuris, per l. usurarijs.  $\pi$ . de usur. Et hanc posteriorem sententiam uelut æquiozem, & rationi magis consonam amplexi sunt domini, maximè si actor petierit debitam sibi iusticiam ministrari, de cuius clausulæ effectū alibi scripsimus. Et quanquam Bart. in l. properandum.  $\S$ . sin autem. C. de iudi. l. 3.  $\S$ . hoc autem iudicium.  $\pi$ . de damno infect. & l. j.  $\S$ . 2.  $\pi$ . de magist. conue. tradiderit, expensas non esse adiudicandas parti, nisi sint petita: attamen de stylo & communi obseruantia iudicij Camerae solent adiudicari, si æquum uideatur Assessoribus: siue petita sint, siue non, maximè quando litigator sibi ius & iusticiam administrari petijt. Et pro prædictis facit memorabilis gl. in l. ultima. C. quando pro uoc. non est necesse. quam approbat Ioan. de Imol. in l. Paulus. j.  $\pi$ . de re iudi. ubi etiā fatetur hoc de iure uerius esse. Cæterum quibus casibus iudex possit supplere ex officio, si pars non petat, uide plenè per Doctores, præcipuè Cyn. Bar. Bald. in l. j. C. ut qua def. aduo. & Ang. in l. 4.  $\S$ . hoc autem iudicium.  $\pi$ . de damno infecto.

## OBSER. LVI

*Emptor rei precium non soluens an & quando teneatur ad interesse precij non soluti, & lucri cessantis.*

**Q**uestio illa, an emptor rei precium non soluens teneatur ad duplex interesse, precij nõ soluti, et lucri cessantis: omissis ambagibus sic definienda est. Quod ad interesse ratione precij non soluti attinet, illud semper debetur, tam de iure ciuili, quam canonico, habito respectu ad fructus rei emptæ, per tex. in l. curabit. C. de actio. empt. Canonist. maximè Io. de Ana. in c. conquestus, de usur. quia contra bonam fidē est, fructus rei emptæ percipere sine solutione, l. bona fides. de actio. empt. Bald. l. ult. in fine. de iur. dot. gl. in l. socius qui.  $\pi$ . pro socio. & firmat Alexand. consil. 96. in fine. uol. j. & consil. 121. uol. 4. Si tamen facta traditione rei uenditæ & non soluto precio post tempus conuentum immineret euictio, & emptor non soluat precium, nec uenditor offerat fideiussorem de euictione: tali casu emptor facit fructus suos, nec tenetur ad interesse precij non soluti respectu fructuum: ita pulchrè limitat d. l. curabit. Bald. in l. j. C. de bonis mater. Cæterum quò ad interesse lucri cessantis, illud pariter peti potest ab eo, qui solitus est pecuniam suam ponere ad iustum lucrum, & mercantias, ut dicit Bart. in l. j. C. de senten. quæ pro eo quod interest, & Cano. in c. salubriter. de usur. & Ioan. de Ana. in d. c. conquestus, dummodo certò constet uenditorem habita pecunia tale lucrum fuisse consecuturum: nam si sit dubium, tale interesse non debetur: ita expressè tenet Paul. de Castro. in l. non utiq;  $\S$ . nunc de officio.  $\pi$ . de eo quod certo loco, per textum in l. quidam.  $\S$ . si nauis. in fine.  $\pi$ . ad leg. Aquil. & l. naturalem.  $\S$ . j. de acqu. rer. dom. quod idem sentire uidetur Bart. in d. l. j. dum dicit: Et appareat pro certo quòd ex ea lucratus fuisset.

## OBSERVAT. CLVII.

*Sententia contra absentem ex iusto impedimento lata, an & quando sit nulla: & de impedimenti probatione.*

**N**oti iuris est, quòd contra laborantem morbo fontico, uel aliàs infirmum, sententia ferri non possit: l. quæsitum.  $\pi$ . de re iudic. adeò ut si iudex sciens infirmitatem, ferat sententiam contra huiusmodi absentem, sit ipso iure nulla: iuxta

iuxta Paul. de Castr. ibidem. Idem dicendum de absente causa Reipub. quia sententia lata contra ipsum à iudice sciente, pariter nulla est. Caterum si iudex ignoraret impedimentum, sicq; ad sententiam procederet, tunc quidem ualere sententia, sed absens restitui saltem ad appellandum, uel aliàs causa reponi posset, l. ultima. ꝑ. de in inte. restit. Et quod de infirmitatis impedimento dictum est, ad omnia alia impedimenta, quæ in l. 2. §. quod diximus, cum §. sequen. ꝑ. si quis cautio. recensentur, extendi debet: cuiusmodi sunt uis hostium, locus pestilentia, impetus fluminis, uis tempestatis, quæ itinera uel pede uel nauigio infestet: nisi se quispiam arctauerit, utpote quod opportuno tempore non exierat: item funere domestico impeditus, detentus ab hostibus, capitis damnatus, in exilium actus, & si quæ sunt similia. Sed pone quod reus alleget se impeditum, aduersarius uerò id perneget: quomodo hoc impedimentum probabitur? Doctores in hoc uariant ut per Io. de Imo. in d. l. quæsitum: ubi tres opiniones recenset, quas ibi uidere licet. Cum in Camera hæc quæstio incidisset, sic fuit per dominos explicata, quod probationem per iuramentum, si homo sit fide dignus, cui meritò credi debeat, sufficere dicerent, argumento l. nō omnes. §. à Barbaris. ꝑ. de re milit. & hoc attenda qualitate personæ, quantitate causæ, an sit magna, uel moderata, & alijs conditionibus & circumstantijs, quæ arbitrio iudicis, ut admittat ad iuramentū, uel non, relinquenda sunt iuxta Bart. & Guil. de Cune. in d. §. quod diximus. & per hanc breuem resolutionem, quam etiã Zaf. in d. l. quæsitum tradidit, omnibus cæteris opinionibus responderi facile potest. Possunt quoq; huc conferri, quæ de hoc annotaui supra Cent. 3. obserua. 92.

## OBSER. LVIII.

*Impeditus comparere, quando procuratorem teneatur mittere.*

Circa hoc fuit etiam controuersum, an qui uel morbo detinetur, uel alio iusto impedimento prohibetur, quo minus ueniat, procuratorem mittere teneatur? De qua quæstione extat pulcherrima gl. in c. cum dilecti, uerbo, responsalem. de dolo & contuma. & crebrius in hoc itum fuit, quod procuratorem mittere non sit obnoxius. per gl. in l. 2. §. quod maximus. ꝑ. si quis cautio. quod procedit, etiã si quis nō sit impeditus, arduam tamē uel grauē defensionem, aut causam habeat. c. querelam. uerbo, in grauibus causis. de procur. Si tamen actor præscriptionem, quæ ab aduersario contra eum cœpta est, interrumpere uelit, utcunq; sit impeditus, procuratorem mittere debet, aliàs præscriptio suo Marte, non attento impedimēto curet, per text. in l. j. ad finem. & ibi Bart. ꝑ. de diuer. & temp. præscrip. & sic secūdum Ioan. de Imo. in l. quæsitum. ꝑ. de re iud. causatiuē, non præcisē quis cogitur procuratorem mittere, id est, si præscriptionem interrumpere uelit. Deinde si impedimentum sit perpetuum, uel morbi, uel etiã dignitatis, aut aliàs etiã diu duraturum, non excusatur quis, nisi respondeat, uel procedat saltem per procuratorem: quod ideo est, ne propter huiusmodi impedimēta perpetua ius aduersarij opprimatur, aut perdat: quod esset iniquum. text. in l. fin. C. de procur. l. j. & 2. ꝑ. de in ius uocand. & l. pars literarū. ꝑ. de iudicijs. Spec. tit. de procur. §. 2. ad fin. Tertio cessat supra dictum dogma, si impedimentum sit uoluntarium, puta nuptiarum, uel quia peregrè profectus sit, & si quæ sunt similia, uel aliàs non probabile, puta ex absentis delicto proueniens, ut est in relegato: is enim ab onere constituendi procuratorem non excusatur. l. Papinianus exuli. ꝑ. de mino. l. sed et si per prætorem. §. aduersus. ꝑ. ex quibus causis maio. & no. in c. si ægrotās. ibi Archid. §. quæst. 3. nisi uel non possit habere copiam procuratoris apud iudicem, ad quem citatus, uel ita in uisibilibus custodiatur, quod non habeatur ad eum accessus, uel deniq; causa sit grauis & ardua: his enim tantum casibus excusatur is, qui ex delicto impeditus est, si non constituat procuratorem, ut per Castr. Imo. & Zaf. in d. l. quæsitum. & tex. in c. querelam de procuratoribus.

## OBSER.

OBSER. LIX.

*Quæ sint causæ recusandi iudicem remissiuè: & quòd recusationis exceptio omnium prima esse debeat, nisi de nouo superueniat.*

**M**ulte sunt causæ, ob quas iudex siue ordinarius, siue delegatus recusari potest, de quibus differit Spec. tit. de iudice deleg. §. superest. Cano. in c. suspicionis. de offic. dele. & c. postremo. & c. secundo requiris. & c. cum specialis. de appell. Dd. maxime Iaf. in l. apertissimi. C. de iudi. & plenissime Rober. Maran. in Spec. iud. par. 6. tit. de app. num. 26. & multis sequentibus, ubi 40. causas refert. Quòd si ex aliqua causa recusetur iudex, suspenditur interim eius iurisdicção, ita quòd recusatione pendente non possit ad aliquè actum procedere, & si procederet, processus esset nullus, secundum Bart. & Dd. in l. quia poterat. ꝛ. ad Trebell. illud interim circa materiam recusationis iudicis est notandum tanquam singulare, quòd exceptio recusationis opponi non solum ante litem contestatam, sed omnium prima esse debet inter dilatorias: quia si opponitur alia dilatoria, censetur prorogari iudicis potestas, isq; prouocari ut super ea pronunciet, & sic inducitur consensus in ipsum, ut nõ possit recusari postea. Ita dicit Lanfran. in c. quoniam contra. uer. recusationes. in princ. de probatio. per ea quæ notant Bart. & alij in l. quidam consulebant. ꝛ. de re iudicat. gl. & Dd. in c. inter monasterium. ext. eo. tit. Prædictum tamen dogma sic temperandum est, ut procedat, nisi de nouo superueniret talis exceptio recusatoria, tunc enim in quacunq; parte litis obijci poterit etiam post conclusionem. l. si post superuenit, iuxta Feli. in c. insinuante. col. pen. in fine. de offi. deleg. Quod ita demum recipiendum esse censuerunt domini in Camera, si notoriè & euidenter constet iudici, eam de nouo superuenisse, aliàs non. quod signa.

OBSER. LX.

*Instrumenta post sententiam an & quando produci possint: & quid in testibus?*

**F**requenter contingit, post prolatam sententiam diffinitiuam, instrumenta nouiter reperiri: an igitur postea produci possint ad retractandã sententiam? Et leges in causis priuatorum id uniuersaliter non admittunt, in negocijs uerò publicis admittunt, causa tamen cognita: ut l. Impp. ꝛ. de re iud. id est, ut cognoscatur, an simus intra legitimum tempus restituendi, Zafi. ibidẽ ad finẽ. unde si creditori soluerit debitor recepta ab ipso syngrapha, siue quietantia, deinde lapsu temporis idẽ creditor rursus exigit hoc debitum, & debitor non possit obniti: quia fortè ignoret se habere quietantiam, uel illam non possit inuenire, aut sit penes alium, à quo modò non possit consequi, sicq; denuò condemnetur ad soluendum, cum tamen prius soluerit: etiam si postea inueniat quietantiam, iudiciq; illam offerat, petendo sententiã rescindi, tamen non rescindetur. ita est tex. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ꝛ. mandati. In hoc tamen Dd. uariant, ut est apud Specul. tit. de execut. sent. §. postremo. uerf. illud autem. Paul. tamen & Alex. insinuerunt, si faciat summariam fidem de huiusmodi impedimentis, audiendum esse, & instrumenta admittenda, quod etiam Iaf. sequitur per tex. in l. si mater. in princ. de except. rei iudicatæ: qui tamen textus parum ad hoc uidetur facere. Tutius igitur fuerit, quòd impeditus producere instrumenta, ante sententiam protestetur de impedimento. per hanc enim protestationem tutus erit, ut etsi succumbat per sententiam, quodocunq; postea inueniat, sit audiendus: quemadmodum Paul. de Cal. & Alex. in d. Impp. eleganter tradunt. Cæterum si instrumentum sententiæ contrariæ post latam sententiam proferretur, tunc prior sententia esset ipso iure nulla. l. j. C. quando prouo. non est ne. ideoq; tale instrumentum meritò admittitur post sententiam, etiam in priuatis negocijs. Quod autem supra dixi, in negocijs publicis instrumenta admitti post sententiam, hoc de omnibus rebus pub. municipiorum, uniuersitatibus, & collegijs honestis accipiendum est, argu-  
mento



mento l. ult. C. de sacros. Eccles. Idem obtinet & in his personis, quæ tutelæ curatione subsunt, quales sunt pupillus, minor, furiosus, & similes, cum reipub. æquiparentur. l. respublicas. C. ex quibus cau. maio. Idem dicendum de Ecclesia, rebusq; Ecclesiasticis, iuxta Panor. in c. inter monasterium. de re iud. licet tex. in c. suborta. in fine, eo. tit. uideatur obsistere. Sed quid si testes de nouo post sententiã reperiantur, qui ante prolationem sententiæ ignorabantur: an sicut instrumenta pro rebus publ. & alijs iam memoratis personis post sententiã admittuntur, ita & hi postea produci possint: Et magis est, posse, eosq; admittendos esse, cum in exercendis litibus instrumenta, & testes æquiparentur. l. in exercendis. C. de fid. instrum. imò sub instrumentis contineantur testes, quoniam nõ minus instruunt causam, quàm instrumenta. l. j. ñ. de fid. instrum. & ita Cyn. Iacob. de Rau. & Alberic. in d. l. Impp. tenuisse Iason ibi refert, quos etiam secuti sunt domini Assessores, potiss. quòd ea quæ sunt fauorabilia, possunt extendi ex similitudine casus: iuxta Bart. in l. si constante. ñ. solut. matrim. ubi & alij.

## OBSERVATIO LXI.

*Dominus faciens inuestituram abusuam, & impropriam, ad quid teneatur uasallo: & quid iuris obtineat, si duos de eodem feudo diuersis temporibus inuestiuerit.*

**D**Vplicem esse inuestituram feudorum, interpretes passim docent, alteram propriam, abusuam alteram. Propria dicitur realis ipsa feudi possessio: abusuua uero, siue uerbali appellatur, per quam fit quædam imaginaria futuræ possessionis representatio, ueluti si hastam, aut anulum, uel aliud corporeum quidlibet dominus alicui porrigat, feudi se inuestituram facere dicens, ut tit. quæ sit inuest. §. j. Quamquã autem hæc abusuua inuestitura nullam inuestito possessionem tribuat: c. per tuas. & ibi glo. in uerb. in possessione. de donat. & c. ex ore. iuncta glo. uerbi mandatum. de his quæ fi. à ma. par. cap. cum nõ solo animo acquiratur possessio, sed actu apprehensionis corporeæ. l. possideri. §. in amittenda. ñ. de acqui. pos. tamen ius irreuocabile ad feudum à domino consequendũ præbet: adeò ut facta uerbali inuestitura per dominum de feudo, teneatur præcisè ad tradendum, cogaturq; omnino inuestitum in uacuum eius possessionem mittere, hoc est, liberam, non occupatam ab alio, remoto omni impedimento: quod si facere differat, obnoxius sit uasallo refundere omnẽ eam commoditatem, quam ex re feudali protinus tradita consequi potuisset: c. j. in fi. de no. for. fide. Et sic patet, quòd non liberetur dominus præstando interesse, sed teneatur præcisè ad tradendum, si ipse possidet feudum, tradendiq; facultatẽ habet: c. si facta. si de feu. fue. contro. in. do. & ñ. Idemq; notat And. de Yser. in c. j. in prin. per quos fi. inue. & in c. j. in prin. de contro. inuest. & in prælu. feud. in ult. col. Sic etiã dicitur in contractu emptionis & uenditionis, per tex. in l. j. ñ. de act. emp. & §. ult. Inst. de emp. & uend. & si non tradat, iuratur aduersus ipsum in litem: l. qui restituere. ñ. de rei uendi. Imò manu militari auferri à uenditore & domino potest, ut not. in d. l. qui restituere. & tenent etiã Yser. & Afflict. in c. si facta. ut ibi per eos. Vel potest uasallus agere, ut dominus proprietate priuetur, si non uult tradere, ut in c. nulli. per quos fi. inue. secundũ Jac. de Belui. in c. fin. de no. for. fid. & Afflict. d. c. si facta. nu. 27. Aetiologia supra dicti dogmatis illa assignari potest, quòd infeudatio sit cõtractus ultrò citroq; obligatorius, in quo una partium tenetur ad faciendum ex dispositione legali, ut est uasallus, qui ad seruitia præstanda obnoxius est ex legis dispositione, ad quod potest præcisè compelli secundum doctrinam Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ñ. de uerb. oblig. ergo æquitatis ratio suadet, fidem domini uicissim obstringi uasallo, ut rem ipsam, de qua facta est inuestitura, præcisè ac necessariò tradere & transferre cogatur, si facultatẽ tradendi habeat. quia contrahentium debet esse æqua conditio: l. si id quod. in fi. ñ. de pen. & com. rei uend. Et prædicta intelliguntur procedere, etiam si dominus tradidisset semel, & uasallus postea cecidisset, &

n possessio

possessio adhuc esset penes dominū, ita dicit Bal. in d. c. si facta. per l. corruptionem. C. de usufr. dominus enim ad duo est obnoxius, scilicet ad tradendum, & patientiam præstandam in futurum: arg. in l. Plociana. ꝛ. de iu. codicil. & in l. uerbum oportebit: & quod ibi per Dy. ꝛ. de uerb. signi. quod tamen limitat Alua. in d. c. si facta. col. pen. nisi de nouo esset exorta aliqua exceptio aduersus uasallum, quæ posset excludere ius ipsius, sicut præscriptio, ut not. in l. corruptionem. cir. med. cum ibi not. C. de usufr. Idemq; Curt. tradit in tract. feud. par. 2. tit. de feu. lai. uers. secūdo principa- liter fol. (mih) 171. Limitatur tamen præfatum dogma aliquoties nō habere locum: primò quando facta esset sola promissio absq; inuestitura, quia tūc dominus liberaꝝ præstando interesse, prout Mart. Lauden. sensisse uidetur in d. c. si facta. idemq; tenet Iacobi. de S. Geor. in tract. feud. in uerbo, inuestiuit talem. col. 2. uers. item dubitatur: ubi limitat procedere, quādo est facta promissio solennis, & transiuit in cōtractum: aliās si fuisset nuda promissio, & simplex, nō obligaret dominum etiam ad interesse. Item & secūdo nō obtinet prædictum dogma, si dominus primò fecisset inuestituram abusuꝝ, alteri uerò feudi possessionem tradidisset, sicq; ipsum realiter inuesti- uisset, quia posterior inuestitus præferetur: per gl. in d. c. si facta. & ibi Aluaro. uers. & cōcludo secundum ueritatē. & uers. quæro an sit dare aliquam caut. per l. quoties. C. de rei uend. quam & Iaf. ibi in 12. limit. in feudalibus quoq; obtinere cōcludit. Hac ta- men specie priori inuestito obligatur dominus ad interesse dupliciter, uel ad soluē- dam pecuniā feudo æquiualentē, uel ad feudum cōsimile, parisq; æstimationis præ- stan. dū, iuxta Bal. in c. inuestitura, uers. posset etiā. de no. for. fide. & Alua. d. c. si facta. uers. quæro quid si dominus inuestiendo. Sed etsi dominus aut iuris aut facti rem tra- dere non ualeat, cuius inuestituram uerbalem concessit, utputa, quia fortē aliena sit, uel alioqui affecta, quò minus tradi queat, dominus præstando interesse liberabitur, arg. l. seruus. §. ult. ꝛ. de act. emp. ubi rem alienam mihi uendens ignorantī, tenetur in id, quanti mea interlit, meā esse factam: & in §. ult. cum ibi not. Inst. de emp. & uend. idq; Bal. & Alua. in d. c. si facta comprobāt. facit tex. & ibi Dd. in c. j. in prin. de inue. de re ali. fac. Cessat deniq; præfata doctrina, si primò inuestitus fuit adeptus possessio- nem, & dominus inuestiuit secundum ignorantem, illiq; possessionem tradidit scien- te & tacente primo per annum, quia secundus præferetur, secundum Iac. Ardizo. in tit. qui. mo. feu. acqui. in rub. quando duo inuestiti sunt separatim. & in tit. de conten. feu. §. ult. & Aluar. d. c. si facta. ad fi. per tex. in c. Titius. ad fi. si de feu. fue. contro.

## OBSERVATIO LXII.

*Omissio ordinis iudicarij non attenditur, si de meritis causæ constet.*

**P**Rinceps potest habere ratum processū, ratione ordinis omissi, quādo merita sunt bene tractata, & liquida, constatq; de bono iure alterutrius partis, iuxta Pa- nor. in c. cum olim. de re iudicata. & c. ad petitionem. de accusatio. Nam & consuetu- dine potest induci, quòd per simplicem facti narrationem, & uerbalem peticionē, & contradictionē ac responsionē, inducatur litis cōtestatio: idē Panor. in c. in causis. de re iudic. Et ideo recte prouidit in ordinatiōe Camerę, part. 3. tit. 34. cū in iudicijs inferioris Germaniæ plerunq; sitē tales consuetudines, quòd processus huiusmodi nullitatis contemplatione nō sint annullandi: sed procedendum ad diffinitionē cau- farum, tam in causis ordinarijs, quàm summarijs, si de meritis euidenter constet, pro- ut supra Centur. j. obser. 28. annotatum à me est. Vide de hoc etiā aliqua apud Guid. Pap. decis. 369. ubi refert, in curi. Parlamenti Delphicis, non reddi processus nul- los ob defectum litis contestationis.

OBSERVATIO<sup>th</sup> LXIII.

*Nullitas & iniquitas quomodo simul in iudicium deducantur, & an si- multaneo processu expediri debeant.*

**D**isponitur in eadem ordinatione loco supra citato, quòd nullitas & iniquitas, simul & cōiunctim sint deducenda in eodē libello, alternatiuē tamē, ut scilicet petatur

petatur primò super nullitate, ea uerò deficiente, super iniquitate processus & sententiæ pronounciari: de quo uide etiam Bald. in l. eos. §. nec temerè. C. de app. & Ferr. in forma appell. à diffi. uer. & ab ipsa sententia tanquam nulla, & Bart. in l. si expressim. ꝛ. de appellatio. Debet autem nullitas, si ita incidenter proponatur, unà cum iniquitate, simultaneo processu tractari, & expediri, nisi manifesta nullitas ex actis prioris instantiæ apparet, quæ in secunda instantia non posset ratificari. quo casu debet etiam ante litem contestatam, & ex officio super ea pronounciari: secus si prior sententia ratificari posset, ut quia die feriata, uel parte non citata lata sit. Et tunc amplius post latam confirmatoriam de nullitate prioris sententiæ non potest agi: ita tamen confirmatur, non ut ex confirmata, sed ut ex confirmante agatur: ut pulchrè per Ioan. de Imo. in d. l. si expressim. Item ratificatur sententia, si nullitas resultet ex omisso ordine, ut in proximè præcedenti obseruatione dictum est. Secus uidetur quando processus & sententia propter defectum iurisdictionis esset nulla, quia tunc partibus etiam nihil opponentibus, nõ poterit talis sententia confirmari, argumento cle. si appellationē. de appellatio. quod procedit nisi antea pronounciatū fuisset, causam non esse deuolutam, sed desertam: tunc enim non posset super nullitate incidēter deducta pronounciari, iuxta Zarabel. in d. cle. si appellationē, & Philipp. Fran. in c. dilecto. de app. Sed cum super deuolutione uel desertione est controuersum, uel conclusum, & ex actis prioribus de nullitate euidenter constat, tunc super ea, & lite non contestata pronounciatur diffinitiuè. ita tenet Soc. in c. quoniã frequenter. uerf. 80. fallit. ut lit. non contest. & hoc in Camera meo tempore sæpius obseruatum memini. Idem uoluit Rota decif. 340. in nouis, licet Bart. in d. l. si expressim. col. 5. uerf. quero, uideatur simpliciter uelle, quòd deferra appellatione nõ sit deserta nullitas: sed hoc ita debet intelligi, quòd iterū possit principaliter, uel cõtra executionē excipiendo nullitas opponi, ut Imo. ibi refert, col. 17. & Bal. in l. qui testamento. ꝛ. de excusat. tut. & Ferr. in forma app. à diffini. in uerbo, & in quantum. Et sic obserua, quòd si sit appellatū, sed appellatio deserta, possit iterū principaliter de nullitate agi: quia perinde est, ac si nõ esset appellatū. de quo dixi etiam supra in 2. Cent. obser. 77.

## OBSERVATIO LXIII.

*Nullitate in iudicium deducta, an inhiberi possit, impediaturq; executio?*

**S**ed circa hoc dubitatum quoq; fuit, an tali casu, quando scilicet nullitas in iudicium deducta est, inhibendum sit iudici inferiori per superiorem? Et Bart. in l. 4. §. condemnatum. ꝛ. de re iudi. distinguit, scilicet, quòd aut ex actis cõstat notoriè de nullitate, & sic nõ opus est eam probare, aut potest in cõtinenti probari, his casibus impeditur executio, & sic poterit inhiberi: an uerò nullitas opposita requirat altiorē indaginem, & tunc inhibitiõ est impermissa, nec impeditur executio. Hoc etiam sequitur Vital. in tractatu clausul. tit. in l. noua pend. app. & sic in utroq; dubio fuit determinatum in causa Satleri de Wimpfen, contra Sailer. Fuit enim citatio super nullitate principaliter proponenda, (causa appellationis prius deserta pronounciata) & inhibitiõ decreta, mense Septembr. anno 1549.

## OBSERVATIO LXV.

*Declaratio ordin. Camerae parte 3. tit. 42. & quando proclama contra actorem decerni possit pro obtinenda absolutione & citatione: item de remedio petendi absolutionem ab instantia & obseruatione iudicij: & quæ sit inter utrumq; remedium differentia.*

**Q**uod in ordinatione Camerae part. 3. tit. 42. de actore, qui in prima instantia contumax est, disponitur, quòd contra eum proclama decerni debeat, & post effluxas tres iuridicas, reus à citatione absolui, &c. domini Assessores censuerunt, hoc de uero cõtumace accipiendū esse, qui omnino non comparuit in iudicio,

nec constituit procuratorem. Igitur si actor semel legitime comparuerit, uel procuratorem constituerit, non habebit locum ordinatio de decernendo proclamate, quia proclama tantum decernitur in contumaciam non comparentis: secus est in alia contumacia non agentis uel non procedentis. Tunc enim procedi potest aduersus constitutum procuratorem, nisi forte is acceptum mandatum omnino repudiasset, & se exonerasset (forte ex legitimis causis) quia tunc in ueram contumaciam etiam peti & decerni solet proclama, priusquam in contumacem procedi possit in causa. Atque ita decreuerunt domini in causa Senatus imperialis ciuitatis Vlmæ contra Fuggerum den Zlerbau belangend. Item in causa Ioannis de Hagenaw contra Elizabetham Petri Wischers relictam uiduam. Et obserua, quod ultra remediū in principio prædicti 42. tit. expressum sit & aliud, quod reis competit de iure cōmuni in contumaciam actoris, uidelicet ut petant se absolui ab instantia, & obseruatione iudicij. Est autē magna differentia inter hoc remediū, & absolutionē à citatione: quia per illud multo plenius prouidetur reis, quam per hoc, quod per circumductionē citationis fit. De quo pulchre per Bart. in auth. qui semel. C. quo. & quan. iu. ubi Paul. Castr. clarius loquitur quam alij. Idem Bart. & alij in l. properandū. §. etsi quidem. C. de iud. Canonista in c. cōsuluit. de offi. deleg. Et sic censebāt domini, ordinationē in præfato loco aliquantū supplendā esse. Interim pro limitatione sæpe dicti tituli, sciendū quoque est, si actor nō possit se legitimare ad iudiciū: utputa si pupillus, uel aliās inutilis esset, ut dandi sint curatores, tunc etiā producto libello, & lapsis tribus iuridicis, nō decerni proclama, uel absolutionē, sed admitti solere excusationē & petitionē, ut prius cum curatoribus legitimetur: atque ita decretum fuit in causa Seckendorfer contra Eschelbrun.

## OBSERVATIO LXVI.

*Explicatur §. Wo aber der. tit. 42. in 2. parte ordi. Camerae.*

**Q**uamuis de iure communi lite nō contestata, non possit procedi in principali causa ad liquidationem, & sententiam diffinitiuam aduersus reum contumacem, sed solum ad immisionē, uel alias pœnas iudicis arbitrio, nisi post litem contestatam contracto eremodicio, quo casu loquitur l. properandum. §. sin autem reus. ibi Castr. & alij. C. de iudi. & l. consentaneum. C. quo. & quan. iu. gl. in auth. qui semel. eo. tit. & l. post edictum. ꝛ. de iudicij. Secus est in causa appellationis, ubi hoc est speciale, l. fin. §. illud. ꝛ. de temp. app. & ibi Dd. attamen uigore ord. Camerae d. tit. 42. §. Wo aber der deger, in contumaciam rei absentis lis habetur pro contestata, perindeque est, ac si reuera lis contestata fuisset, arg. l. 2. C. ubi in rem act. & gl. in d. auth. qui semel. allegans §. si uerò. Nouel. ut omnes o. ed. per quam uidetur prædictus §. in ordinat. posse fundari etiam lite non contestata, &c. Caterum in actore absente, secus est: quia etiam lite contestata contrahitur eremodiciū de iure, d. auth. qui semel. quæ est introducta in fauorem reorum, qui sunt fauorabiliores actoribus. uide Castr. in d. §. sin autem reus.

## OBSERVATIO LXVII.

*Præfens in iudicio, siue actor siue reus, in principali potest procedere: condemnaturque, absens in expensas litis, etiamsi vincat.*

**I**n ordinatione Camerae inter cætera disponitur, quod siue actor siue reus cōtumaciter sit absens, nec cōpareat in iudicio, semper præfens possit in causa principali procedere, & causam liquidare. Sed ut etiā iudex teneatur diffinitiuè pronunciare, si de causa constet, nō attenda partis cōtumacit absentia: & tali casu si principalis causa diffiniatur, semper is, qui cōtumaciter abfuit, siue uincat, siue succumbat, condemnari debet in expensas ei, qui in iudicio præfens fuit. De actore contumaciter absente loquitur ordin. tit. 43. in fine: de reo uerò absente, tit. 43. §. pen. in 3. parte. Circa expensas tamen aliter uidetur de iure, siue opinionem Ioannis, siue Placentini amplectamur: secundum illam uictus præfens condemnatur uictori absenti in expensis ante

ante contumaciam factis, sed ipse deducit, quicquid post contumaciam expendit: & ita intelligitur l. properandum. §. sin autem ex gestis. C. de iudi. Si autem uictus ex iusta forte causa non sit condemnandus, aut expensę rei uicti excedant uictoris expensas, tunc deducet eas de principali condemnatione, forte in pecunia facta: quod si in certa specie condemnatio facta sit, ita ut deductio fieri non possit, tunc uictus condemnandus erit uictori in expensis. ita Cy. Alb. Castren. Alex. & Ias. in d. §. sin autem ex gestis. qui dicunt hanc esse communem, & sequuntur Canonistę in c. calumniam. de pœnis. & Ioan. Andr. ad Specul. de expens. Sed secundum Placentini sententiam, quam tenet etiam Archidiacono. 2. quęst. 7. c. in primis. in glo. uerbi, expendisse. actor contumax, siue uincat, siue succumbat, semper condemnandus est in expensis. Ceterum reus uictus non condemnatur actori contumaci uictori in expensis: & hoc propter contumaciam actori speciale est, & in eius pœnam introductum. ita refert glo. Placent. tenere, in d. §. sin autem ex gestis. quam approbant Odofred. Bart. Bald. Ang. Salic. & Fulgos. asserentes, hoc clare probari in d. §. sin autem ex gestis. & d. c. calumniam.

## OBSERVATIO LXVIII.

*Appellationes ab arbitrīs an & quatenus sint recipiendę.*

Controuertitur ab interpretibus, an appellare liceat à sententia arbitri, uel peti reductio possit? Et cum hæc quęstio olim in Camera mota fuisset, in causa Ioannis Sebott & Gangolphi de Würzburg contra Margaretam Beuerin & consortes, 24. Januarij, anno 1534. tractatumq; an appellatio à iudice recursus siue reductio nis facta in Camera esset recipienda, fuit tandem appellatio recepta contra opinio. Bart. in l. j. ꝑ. de leg. 2. & aliorum, quos commemorat Panor. conf. 261. & eos in multis locis ita tenere allegat, confirmataq; sententia siue laudum ab arbitro, seu iudice recursus latus, 7. Maij, anno 1540. Ut tamen recte studiosus hanc quęstionem dissoluere ualeat, distinguenda sunt duo capita: quia aut sumus in sententia lata per arbitrum electum secundum ius commune, & uoluntarium, aut per arbitrum statutarium & necessarium. Prima specie, siquidem sit adiecta pœna in compromisso, ab arbitro non appellatur, sed eius sententię pareri debet metu pœnæ. l. diem proferre. §. stari. ꝑ. de arbi. & l. j. C. eo. Sin uero nulla sit adiecta pœna, uel sit quidẽ apposita sed cum clausula rato manente pacto, & c. tum putat Bartolus in l. 2. ꝑ. de arbi. l. nemo potest. ꝑ. de leg. j. & l. j. C. de arbi. appellationem esse licitam, quia (secundum eum) ex illa oritur actio per tex. in l. cum antea. C. de arbi. Alij uero crebrius existimant, hoc casu appellare non licere, ut per Albe. Bal. Salic. Castr. Ang. in d. l. j. Imo. Alex. Ias. Ripa. Ioan. Cro. & alios in d. l. nemo potest. ubi Alex. fatetur hanc esse communem. Excipiuntur tamen aliqui casus. Nam si uel pactum sit appositum de appellando Dd. communiter in locis iam allegatis: uel constet de coactione iudicis ad compromittendum, eiusq; autoritate appellari poterit: casus est secundum Ioan. And. quem refert & sequitur Are. in l. ex consensu. ꝑ. de appel. l. 2. C. de fructi. & li. exp. l. arbitro. ꝑ. qui satisf. cog. & l. ult. ibi Bar. ꝑ. à quibus app. non li. Idem est, quando arbiter eligitur super aliquo incidenti uel emergenti à iudicio. glo. & Bar. d. l. arbitro. Ripa. in d. l. nemo potest. num. 92. asserens remota appellatione non censeret reiectam querelam, uel supplicationem, iuxta gl. l. j. C. de offi. præf. præf. Ias. in auth. quę supplicatio. C. de preci. Imp. offe. Porro secundo casu, quando sumus in arbitro statuario, an ab eius arbitramento seu laudo appellare liceat, uariarunt interpretes, ut eos ad longum refert Mar. Anto. in trac. de compro. qua. l. ult. nu. 10. Sanior tamen sententia est, appellari posse indistincte à sententia lata per arbitros statutarios. Nam ius & potestas appellandi prouenit à uirtute ipsius statuti, cum tale statutum tribuat iurisdictionem ipsis arbitrīs, ut not. per Dd. in l. ult. C. de iudi. & in c. suspiciōnis. de offi. deleg. Cum igitur habeant iurisdictionem, & ex eorum sententijs oriatur actio, ut per Ias. in l. j. ꝑ. de re iudi. Ergo sequitur ab ipsorum sententijs appellari posse. Siue ergo partes faciant compromissum per stipulationem, siue alio modo, non alteratur

dispositio statuti, ex quo oritur ius appellandi: nec etiam refert, an statutum pœnam adiciat, uel nō adiciat: quia ex eo, quod arbitri sunt necessarij, & iurisdictionem habent, ac ex tali sententia oriatur actio, datur ius appellandi, non autem ob omissionem pœnæ. Ita eleganter Mar. Ant. in loco iam citato, idemq; tenent Bar. Sali. & Iaf. in d.l. ult. Ang. in l. apertissimi. C. de iudi. Phil. Fran. post glo. in c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. 6. Imo. in l. j. §. interdum. in fi. ꝑ. à qui. ap. non li. Abb. c. cum dilectus de arbi. & Feli. in c. quæ in Ecclesiarum. nu. 65. de const. Alex. conf. 254. lib. 6. & communiter Dd. in l. ult. C. de iudi.

## OBSERVATIO LXIX.

*Regula, qua dicitur neminem ex sua domo extrahendum esse, declaratur.*

**N**eminem inuitum posse extrahi de domo sua, hoc est, capi realiter, docet l. pleriq; ꝑ. de edendo. quia sua cuiq; domus est tutissimum refugium: unde qui extraheret, uim diceretur facere & iniuriam. gl. in d.l. pleriq; & Zasius ibidem. Hæc doctrina limitatur procedere in causis ciuilibus: nam in criminalibus aliquis de domo etiam inuitus extrahi potest, per gl. in l. nemo de domo. de reg. iuris. alias hæc regula adeo uera est, ut etiam in domo aliena conducta, uel quam quis gratis inhabitat, locum habeat. l. lex Cornelia. §. domum. ꝑ. de iniurijs. l. j. §. habitare. ꝑ. de his qui deiece. uel effude. Item in domo adiudicata ex primo decreto, Bald. in auth. ei qui. C. de bonis auto. iud. possid. Idem in causa pastoralis. Bald. l. j. §. j. ꝑ. nau. caupo. stabu. & stabulo quod coniunctum est, l. hoc iure. §. stabula. ibi gl. ꝑ. in qui. cau. sing. ta. cont. ubi Castrensis & Bald. Item in domo fugæ ergo occupata, arg. l. quis sit fugitiuus. §. idem Cælius. cum glo. ꝑ. de ædil. ed. Item in horto, qui è domo adiretur, uel domui continuus est, l. ult. ibi Bald. & alij. ꝑ. de seruit. urba. Et hoc ratione cōnexitatis, quia connexitas operatur, ut unitas censeatur, cum connexorum idem sit iudicium, iurib. uulg. Vnde est, quod domo uendita, censeatur uenditus hortus, si sit aditus ex domo in eum, Iaf. in l. beneficium. ꝑ. de const. prin. Et uendita domo intelliguntur uenditæ statua, si domui cohærent, affixæq; sint ac connexæ: l. ne mis. C. de ædi. priua. l. senatus. ꝑ. de contrah. emp. Et ita iudicatum fuisse in adiutorio Rotæ, refert M. Ant. Bardus in tract. de temp. cont. & uti. cap. 18. nu. 20. Ad propositum redeundo fallit supra dictum dogma in debitore suspecto de fuga, qui è domo extrahi potest etiam die festo, & solenni. glo. in l. fin. C. de fer. Secundo fallit, quia potest quis ob æs alienum in domo sua comprehendere, l. sacrileg. in fine. ꝑ. ad l. Iuliam pecula. Ita etiã si quis pecuniam debitam in fugiente debitore sine autoritate iudicis occuparet, non puniretur, glo. uerbo ullo. in l. extat. ꝑ. quod me. cau.

## OBSERVATIO LXX.

*Immunitas à collectis non excusat ab ijs, quæ ob publicã necessitatem imponuntur.*

**Q**vando immunitas alicui concessa est à collectis, an comprehendat etiam collectas, quæ postea imponuntur ob necessitatem publicam superuenientem, ualde controuertitur ab interpretibus iuris, ut per Iaso. præ cæteris diffusè hoc tractantē, in l. si ex toto. ꝑ. de leg. j. ubi recenset quatuor principales opiniones, quas repetijt nouis. Fran. Marcus in decis. Delphinal. quæst. 458. à nu. 12. usq; ad num. 27. eas ego breuitati studens hic præmitto: hoc tantum subiungens, dominos Camerales olim post multam disceptationem tandem ceniuisse, tale priuilegium cessare, quando collecta imponitur ob necessitatem publicam: cum publica utilitas cuilibet priuilegio sit præferenda: & priuilegium generaliter indultum, non includat casum publicæ necessitati contrarium, & si includeret nihil ualeret, per tex. elegantem, & ad hoc memorabilem in l. iubemus nullam. & ibi Bald. in j. & 2. notab. C. de sacros. Eccle. & tex. in l. j. C. ut nemi. lic. ab emp. speci. se excus. lib. 10. Et hanc sententiam quæ fuit originaliter Dyni, uelut æquitati consonam & magis communem, multis

multis argumentis firmat Ias. in d. l. si ex toto. in prin. à nu. 12. usq; ad finem. Ad cuius sententiæ confirmationem uide etiam Felin. in c. causam quæ. nu. 17. uers. quinta de claratio. de rescript. ubi allegat etiam Rom. conf. 436. quod indultum. Idem tenet Alex. in Apostil. ad Bart. in l. in honoribus. §. qui numerus. ꝛ. de uacat. mune. Et faciūt notata per Luc. de Pen. & Io. de Plat. in d. l. j. C. ut nemi. lic. ab emp. & c. lib. 10. & Odra. conf. 98. factum tale est, quædam uniuersitas: ubi multis probat, neminē alioqui immunem & exemptum à collectis se excusare posse, quò minus illas præstet, quæ publicæ utilitatis causa indicuntur. Confirmantur etiã prædicta per ea, quæ pulchrè notat Matth. de Afflic. tit. quæ sint regalia. in uerbo, & extraordinaria. nu. 23. uers. his ita præmissis. & in uerbo, uectigalia. num. 199. ubi expressè dicit: quòd alioqui exemptus teneatur nihilominus ad nouam collectæ impositionem, ratione belli (id quod de quauis alia publica necessitate intelligi debet) & inter alia ad hoc allegat Alb. de Rosat. in 2. parte statut. quæst. 141. statutum est in ciuitate. Quid multis: hanc sententiã non modò Cameralis iudicij usus, sed & consuetudo communis totius Germaniæ passim recepta comprobat, qua nulli status siue ordines Imperij, à collectis ob publicam necessitatem impositis excusantur. Porrò de immunitate collectarū uide etiam, quæ Francif. Marcus in d. quæst. 458. in j. parte congeffit, ubi fatetur hanc opinionem cæteris communiorem esse: & inter cætera scribit, priuilegium immunitatis concessum à principe non habere uires, nisi sit cū clausula, motu proprio, & non per ambitionē partis, secundum Io. And. Henr. Bohic. & Ant. de Butr. in c. peruenit. de immu. Eccle. quia talia priuilegia tantum operentur, quantum uerba sonant. Et ideo immunitas simpliciter concessa non se extendat ad munera patrimonialia, uel ordinaria, aut realia. l. qui immunitatē. C. de mune. patri. lib. 10. l. j. C. de his qui à prin. uac. mu. l. his honoribus. ꝛ. de uaca. mune. eaq; propter fieri debere specialem mentionē de huiusmodi collectis, muneribus ordinarijs, extraordinarijs, realibus, patrimonialibus, & alijs quibuscunq; & cum clausula derogatoria, secundum Bar. in l. uacuat. C. de aduo. lib. 10. Ant. de Butr. d. c. peruenit, & c.

## OBSERVATIO LXXI.

*Testes an & quando ante litem contestatam recipiantur: item de differentia inter c. significauit. de testib. & c. quoniam frequenter. §. sunt & alij. ut li. non cont.*

**Q**uoniam multis modis nostra interessè potest, ne pereat nobis, nostrisq; successoribus rerū gestarū memoria, uel probationis facultas: permittitur quandoq; contra communē iuris regulam, testes ante litem contestationem recipi atq; examinari ad perpetuā rei memoriã: ut in c. significauit. de testib. & c. quoniam frequenter. §. sunt & alij. ut li. non cont. Testium autem receptio, de qua d. c. significauit. loquitur, tantum locū habet, ubi quis est in possessione iuris alicuius, quod dicit suum, & subueretur, ne mortuis his, qui huius iuris sunt conscij, ueritatemq; nōrunt, alius ipsi in posterum quæstionē moueat: quæ sp̄te deficientibus sibi testibus, faciliter posset in lite succumbere, & aduersarius obtinere. Ne igitur ius huiusmodi possessorum intereat, æquum est, hoc illis remediū cōcedi extraordinarium, cum aliã ipsi non possent ab alio, id quod possident, uendicare: iuxta notata in c. examinata. de iudi. nec alios ad agendum pro suo arbitrio cogere, tot tit. C. ut ne inuit. ag. Propter hoc igitur sic illis prouidetur, ut testes ipsos statim recipiantur ac publicentur perpetuò ualitur, d. c. significauit, & c. Alberic. de testib. Differt autem hæc testium receptio multifariam ab ea, quæ in citato c. quoniam frequenter. §. sunt & alij, traditur. Primum enim hic testes nō modò senes & ualerudinarij, sed omnes idonei indifferenter suscipiuntur: ibi tantum hi, de quibus mortis aut diuturnæ absentia periculum subest. Deinde hic suscepta testimonia ad perpetuam rei memoriã statim publicantur: ibi consignata remanent apud iudicem, donec litem contestatio fiat, nec publicantur, nisi cum alijs testibus postea receptis: ita Butr. Panor. & Imo. tradunt in

d. c. significauit. & Bart. in auth. sed et si quis. C. de testibus. & Io. And. ad Spec. tit. de test. §. nunc tractemus. uers. aliās autem. ubi tamen Spec. aliter sentit: sed eius opinio non est recepta. Tertio testes hīc recepti perpetuò ualent, tanquam publicum instrumentum: ibi testimonia post annum concidunt, nisi producents intra annum conuenierit aduersariū. Ultimo hīc suscipiuntur testes, et si nullum sit dictatū iudicium, nec ulla de presenti immineat controuersia: ibi secus, quia cessat hoc remediū extraordinariū, cum de proximo speretur lis, in qua ordinaria uia testes produci poterūt. Assignantur & aliā quaedam differentia, sed quia nō carent pugna, eas præterire libuit.

## OBSERVATIO LXXII.

*Quibus licitum sit producere testes ad perpetuam rei memoriam?*

**I**llud quoque circa eandem materiam à doctoribus mirifice controuersum est, quibus competat beneficium ad perpetuam rei memoriam recipiendi testes ante acceptum iudicium, actori ne ad fundandam suam intentionem, an reo ad firmandam defensionē? In hac uarietate ex Bart. sententia in Auth. sed et si quis. C. de sent. & interlo. tres sunt distinguendi articuli. Primus, si testes ex parte actoris producuntur ad perpetuam rei memoriā, tunc interest, an actor statim experiri possit, quia scilicet illi iam competat actio, an minus. Nam priori specie non admittentur ante litem contestatam testes, nisi de morte aut diuturna eorum absentia, timendum sit: posteriori uero, siquidem facultas experiendi in iudicio actori nō possit esse, nisi prius examinatis testibus, productioni locus erit. Nihil enim hoc casu imputari potest actori, quare nō agat: exemplum habes in l. publicati. C. de testa. l. j. & 2. C. de bon. poss. sec. tab. & l. 2. ꝑ. quemad. testa. aper. Bald. in auth. sed et si quis. Sin uerò potestas agendi non statim cōpetit, competitura tamē est ( ut quia sit obligatio cōditionalis, uel in diem) tunc ex sententia Bartoli actor ante litem contestatā testes producere uolēs, sic demum audietur, si de ipsorū obitu, uel diuturna absentia periculum subsit. alij malunt hoc arbitrio iudicis relinquendū esse, qui ex negocij & personarū qualitate æstimabit, num tali casu testes admittendi sint ante acceptum iudiciū, an minus. Secundus articulus, si petantur testes examinari ex parte rei ad fundandam suam defensionem siue exceptionē, ut quia actor agere differat, fortē ut moriantur testes, qui exceptionem probare possint, tunc indifferenter admittuntur, & in publicā instrumenti formam rediguntur: nō enim est in rei potestate, sicut actoris, quando cōueniatur: Dd. in d. c. significauit. & d. auth. sed et si quis. l. petenda. C. de temp. in integ. rest. Habet tamē reus molestari timens, si actor agere differat, etiam aliud remediū, nempe ut imploret officium iudicis, petatque sibi declarari exceptionem competere, & certum præfigi actori terminū ad agendum, idque eo faciente perpetuū ipsi silentium imponi, & sic non solum petere examinari testes ad perpetuam rei memoriā, iuxta Bar. Ang. & Paul. de Castr. in l. si contendat. ff. de fideiussor. In qua lege tametsi Io. de Imo. uariare uideatur, & aliqua obijci possint: uerū tamen ac cōmunior sententia est in contrariū, ut per Bart. in l. ult. C. de usur. pup. Areti. in rub. Inst. de except. col. 17. uers. & est aduertendum. Abb. c. ff. quis contra clericū. in j. not. de fo. comp. per d. l. si contendat. & ibi glo. & c. j. de iure. & Fel. in c. in presentia. col. ff. de proba. Vnde quoque Soci. conf. 94. col. 2. & 3. inter l. diffamari. C. de inge. manu. & d. l. si contendat. hoc solum discrimen inesse dicit, quod in terminis huius actor cogatur statim agere, aliās iudicium super exceptione procedere, & imponi silentium: in conditione uerò l. diffamari. cogatur actor in cōstituto termino agere, quo elapso demum imponi silentium, &c. Porro tertius articulus est, quod si receptio testium postuletur ex parte illius, qui in causa & actoris & rei uice fungi potest, indistincte examinari testes, eorumque dicta publicari queāt. Ita Panor. docet in d. c. significauit. per illum tex. ex quo id euidenter conuincitur, ut ibi annotaui: idem tenent Bar. Bald. & Ang.

in d. auth. sed et si quis. & in l. in lege Aquilia. ꝑ.  
ad l. Aquil.



## OBSERVATIO LXXIII.

*De deceptione ultra dimidium iusti precij, & quomodo iustum precium sit probandum: item qualiter deceptio in contractibus sit licita.*

**M**anifesti iuris est, si uenditor fuerit deceptus, ultra dimidium iusti precij, hoc est, si nec dimidiam partem ueri precij acceperit, tunc agi posse, ut restituatur res empta, uel suppleatur iustum precium. l. 2. ibi Dd. C. de rescind. uendit. sed quomodo probandum sit iustum precium ad quod exigatur quantitas iniusti precij, uarij uaria scripsere, ut per Dd. in d. l. 2. Bart. l. precia. §. j. ꝛ. ad l. Falcid. in l. fin. C. de magistr. conue. & multis alijs in locis, quos Feli. in c. cum causa. de testib. commemorat. Veritas est æstimationem minoris precij aliter in emptore, aliter in uenditore colligendam esse, ut censeantur decepti. Nam si uenditor non accepit dimidiam partem ueri precij, dicitur deceptus: ut si res ualeat ducentis, quam uendit nonaginta & quinque aureis. In emptore uerò alia ratio est: nam is non potest decipi ultra dimidium iusti precij, præterquam si plus duplo emat: puta si rem centum aureorum iusti ualoris emat ducentis, & aliquanto pluris. Si quidem æstimatio deceptionis in emptore non aliter potest æquare æstimationem in uenditore, nisi prædicto modo in eam rationem: & hoc approbarunt domini Assessores in Camera, anno 1541. in causa appellationis Ioannis de Boldeneck contra Stephanum Allegheim. ubi cum is annum redditum 50. florenorum, quos pro mille florenis emerat, alteri tertio pro minori summa, puta, quingentis florenis uendidisset, non fuit infirmatus uel rescissus secundus contractus, propterea quòd illa læsio non excreuerat ad dimidium iusti precij. Idemque postea meo tempore binis uicibus obseruatum est. Accursius tamen (quem nonnulli sequuntur) more suo ponit exemplum, ut si quis emat rem sedecim, quæ decem ualeat: in d. l. 2. & c. cum causa. de emptio. & uendit. Vide etiam Bart. in l. j. C. de sent. quæ pro eo, quòd inter. & Cona. in lib. 2. Resol. cap. 3. nu. 8. Cæterum quòd leges permittunt decipere, usque ad dimidium iusti precij, l. in eadem cognitione. ꝛ. de minori. non debet intelligi pro fraudulento uenditoris consilio: id enim uehementer damnatur, & si interueniat, reddit contractum bonæ fidei ipso iure nullum. l. ex empto. §. is qui uinum. ꝛ. de actio. empt. & l. si dolo. C. de rescind. uend. sed de ea deceptione accipiendum est, quæ re ipsa contingit & incuria contrahentium: quia uenditoris uotum est, precio uendere plurimo, emptoris autem minimo emere. l. si uoluntate. C. de rescind. uendit. Sic & alibi refert, utrum creditores consilio defraudentur, an re ipsa & euentu. in §. in fraudem. Instit. quibus ex cau. ma. non lic. & l. in fraudem. ꝛ. qui & à quibus ma. lib. non fi. Ideo autem tolerant leges circumventionem talem, ut aliquis esset litium & querelarum finis, utque hominum supinitas exoneraretur ad discendum cautius mercari. Nam si ob allegatam qualemcumque læsionem precij, quod semel placuit liceret reuocare contractum, nulla emptio & uenditio ferè consisteret: quia ergo modus aliquis constitutuendus erat, ultra quem reuocaretur, leges ex dimidia rei æstimatione sumpserunt. d. l. 2. C. de rescinden. uenditio. & c. cum dilecti. de emptio. & uendit. & utrobique Dd.

## OBSERVATIO LXXIII.

*Precij mentio in genere in instrumento uenditionis facta probat solutionem.*

**S**i in instrumento uenditionis non exprimat precium, sed simpliciter dicatur, factam esse solutionem pro certo precio, ipsi uenditori bene soluto, tale instrumentum probat solutionem legitimam precij, interuenisse. arg. l. j. C. de contrah. & commit. stip. & quamuis Cyn. ibidem in ult. quæst. uacillet. soluendo hanc questionem, & in fine illam non soluendo: tamen generalis consuetudo Germaniæ (quæ etiã in consistorio Imperiali non semel obseruata fuit) talibus instrumentis fidem adhibet, non secus quam si tota summa esset specificè expressa. Præsumuntur enim omnia solenniter acta per l. sciendum. ꝛ. de uerb. oblig. ubi Iason notat omne instrumentum probare, seu præsumi facere duo: primum, quòd actus sit gestus, deinde quòd legitime sit gestus: ut per eum latius ibidem.

OBSER.

## OBSERVATIO LXXV.

*Donatio remuneratoria licet non indigeat insinuatione, tamē expressio causae in ea requiritur, ob quā sit facta: fallit, si merita à donatario postea probentur, vel iuramentum intercesserit: & quae tum probatio sufficiat.*

**Q** Vanquam donatio remunerandi animo facta, certo modo aestimari non debeat, sicq; nec insinuationem exigat: l. si pater. §. ult. ꝑ. de donatio. tamē ut censetur donatio remunerationis causa facta, non sufficit in literis illā exprimere generalem clausulam (pro meritis & seruitijs mihi impensis) quia per hanc clausulā adiectionem, quilibet posset eludere insinuationem: & magis id spectari debet, quod in ueritate subsistit, quā quod simulant partes. l. si forte. ꝑ. de castr. pecul. Opus igitur erit, ut in instrumēto donationis nominatim exprimaturs causa, obsequiū, meritum, & officium, quare, & propter quod talis remuneratoria donatio fiat: ita notabiliter colligit Ang. Perus. in l. Aquilius. ꝑ. de donatio. qui textus hoc satis probat hisce uerbis. Aquilius Regulus iuuenis ad Nicostratū præceptorē ita scripsit: Quoniam & cum patre meo semper fuisti, & me eloquentia & diligentia tua meliorē reddidisti, dono & permitto tibi habitare illo cœnaculo. In hac lege nominatim causae donationis sunt expressae. Et hoc Angeli dogma ualet ad multa instrumenta donationum, ideoq; memoriae cōmendandum. Si tamen facta sit donatio remuneratoria ob merita, eaq; deniq; à donatario probentur, ualebit donatio etiā sine speciali merito rum expressione, iuxta Panor. in rub. de dona. Dd. cōmuniter in l. si donationi. C. de colla. & Anch. qui sic ex facto consultus respondit, conf. 247. Idem dicendū, si in tali donatione iuramentū interuenerit, quia tunc etiam uires habet, quemadmodū Ro. ex facto consultus respondit conf. 43. ad primā, in 4. dubio, quod Nicol. Euer. in suis top. loc. 56. sequitur, subdens hoc tenendum mente. Amplius uolunt pleriq; interpretes, quod prædicto casu sufficiant illi donatario probare uolenti bene merita leuiorē probationes, quā si nulla prorsus assertio interuenisset: quinimō sufficient cum tali assertione uerisimiles coniecturæ, prout notabiliter uoluit Deci. in d. l. si donatio ne. col. 6. uers. addo duas. & in eandem sententiā consuluit in pulchro casu Ang. cōf. 341. pater emit, & c. Idē quoq; secuti sunt Hippol. de Marf. singul. 610. nō statuerit assertioni. Alex. conf. 18. cōsideratis his. lib. 3. Bal. conf. 66. inter uirum. lib. j. & Guid. Pap. in l. si uoluntate. C. de do. promif. ubi uide in hanc rem plura.

## OBSERVATIO LXXVI.

*In causa uniuersitatis criminali, an aduocatus procurator, siue defendendo siue accusando.*

**A** N in causa uniuersitatis siue cōmunitatis capitali seu criminali (qualis etiā est, quae instituitur ad pœnis fractæ pacis publicæ, ut alibi annotauimus) possit interuenire procurator, actor uel Syndicus ad defensionē uniuersitatis? Et uidetur non posse ad instar priuati, pro quo pariter non interuenit procurator in causa capitali. l. seruū quoq; §. publico. ꝑ. de procuratoribus, & l. accusatorē. §. ad crimen. ꝑ. de publ. iud. cum in omnib. corpus uniuersitatis unius personæ repræsentet uicē. l. mortuo. ꝑ. de fideiussō. & ualet argumentatio, sic est in defensoribus priuatorū: ergo idē in defensoribus alicuius ciuitatis, siue cōmunitatis ceteri debet. per l. j. ꝑ. quod cuiusq; uniuers. nomine. ad finē. S. I. Otrariū stylus, Camera obseruat, iureq; uerius est, quod uniuersitas possit defendi per Syndicū, qui repræsentet uicē uniuersitatis. Vident enim personaliter oēs municipes respōdere, cum respondēt hi, quibus respubl. est cōmissa. l. municipes. ꝑ. ad municip. fac. l. restituendo. 2. resp. C. de aduoc. diuers. iud. & l. itē eorū. §. si Decuriones. ꝑ. quod cuiusq; uniuers. nomine. Et ita responderūt etiā Bal. in l. 2. ꝑ. de accusatio. Ang. d. §. ad crimen. uers. octauo fallit. & Abb. in c. j. de postulat. prælatorū. Idē Bal. in tit. de Constan. uers. uniuersitate, ubi inquit: quod uniuersitas

ueritas accusata bene possit respondere per Syndicum habentem speciale mandatum, per tex. in l. tam collatoris. §. ut autem. & §. ita. C. de re militari. lib. 12. Addit etiã ibi, non esse opus, ut singulares personæ quæ deliquerūt, nominentur in Syndicatu, cum Syndicus nõ constituatur nomine ipsorum, sed ipsius uniuersitatis. Idem Gandinus quoq; prodidit in tract. de malef. tit. de homici. & eo. pen. nu. 17. Maius dubiũ est, an Syndicus possit accusare nomine uniuersitatis Syndicatorio nomine, in quo maxime conflitantur Dd. sed frequentius obtinuit, quod possit, de quo uide late Io. And. Rub. in repe. d. l. accusatorem. §. ad crimen. & Gandi. d. tracta. de malef. tit. qui accus. poss. num. 13.

## OBSERVATIO LXXVII.

*An dicta testium non iurato deponentium, si postea iurent, fidem faciant.*

**T**Ritum est, testes nõ iurato deponentes carere fide, l. iurisiuradi. & l. si quando. C. de testi. nisi partes illis iurandi conditionem remisissent. Sed pone testes sine præuia iurisiurandi præstatione deposuisse, & deinde post factã depositionẽ iurasse, an eorum testimonia ualidentur? Et crebrius receptũ est, nõ ualidari, quia iurisiurandi præstatio præcedere debet. c. de testibus. ext. de testib. c. in primis, 2. quæst. j. c. hortamur. 3. quæst. 9. quod Bald. ita uerũ exaudit in d. l. iurisiuradi. in prin. nisi statim post depositionem iurassent: tum enim præsumptio est, eos in testificando de præstando iuramento cogitasse, ac per consequens uerum dixisse, ob reuerentiam iurisiurandi, quod se præstaturus sciebant. Panor. uerò etiam isto casu idem obtinere existimat, quod in alijs, nempe ut iuramentum in continenti depositionẽ testium subsequens, eam non conualidet, idq; non leuibus argumentis comprobat. Hanc opinionum repugnantiã cum in quadam causa incidisset, domini ita conciliandam esse censuerunt, ut prior tum locum habeat, quando testis iurauit sponte in continenti post testificationẽ nullo interrogante, uel ab ipso postulante, ut iuraret: quod si requisitus iuret, utcunq; id in continenti fiat, uerior sit secunda opinio, quia ea specie nõ est præsumptio, quod in testificando cogitãrit de iuramento à se præstando, cum nesciret, an ad hoc cogendus esset, imò uerisimiliter contrarium cogitare potuerit, uidendo à principio omitti iuramentum consuetum. Actiologiam autem quare iuramenti subsecutio in teste non sufficiat, refert Saly. in d. l. iurisiurandi. esse illã: quia si testis primò iuret, & postea testificetur, præsumitur ob reuerentiam iuramenti non esse dicturus falsum, nec subest aliqua causa impellendi ipsum ad falsum dicendum. Sed quando testis nõ iuratus testimonium dixit, & postea ab ipso sacramentum exigitur, suspectũ fit eius testimoniũ: præsumitur enim ipsum timore infamiæ & erubescentiæ nõ esse contrarium eius testificaturum, quod prius dixerat: sin autem recusaret iurare, puniretur pœna falsi de eo, quod dixit non iuratus, si conuinceretur de mendacio per Io. And. in c. non est sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Bart. l. si quis legatum. 7. de fal. & l. admonendi. uerf. quæro si reperiuntur. 7. de iureiur.

## OBSERVATIO LXXVIII.

*Ciuitas uel uniuersitas an possit delinquere?*

**V**ARIÈ à doctoribus diffinitur & illa dubitatio, an ciuitas uel cõmunitas possit delinquere? Nam pleriq; uolunt uniuersitatem non posse delinquere, per tex. in l. sed si ex dolo. §. j. de dolo. & uniuersitas est nomen iuris, neq; animam habet, nec intellectum, ergo nõ potest delinquere: Inno. c. dilectus. de Simo. & c. grauamen. de sent. excom. Contrã alij censent, uniuersitatem posse delinquere: per tex. in l. metum. §. animaduertendũ. 7. quod met. cau. & not. in l. j. §. ff. cut. quod cuiusq; uni. nomine. & l. aliud. §. refertur. de reg. iur. Sũt porrò qui putant uniuersitatẽ in omittendo quidem delinquere posse. l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccle. nõ autem in committendo, ut homicidio, uel furtis, per rationem Imo. in locis supra citatis, ut refert Cyn. in l. si quis in tantam. ad finẽ. C. unde ui. Sed hoc reprobatur Bar. in l. aut facta. §. ult. 7. de pœnis, cum uniuersitas etiam cõmittendo delinquat, ut in auth. nulla cõmunitas. C. de episc.

episc. & cle. & c. j. §. item communitas. de sta. con. lib. Eccl. in usibus feud. quid dicendum: Cum hæc quæstio in causa fractæ pacis fratrum de *Bulaw* contra Senatum & cōmunitatē oppidi *Gustraw*, anno 1555. tractaretur, sic distinguebāt domini Assesores: quòd quædam sint delicta, quæ tantum possunt fieri per ipsam uniuersitatem, ut facere statuta, dare iurisdictionē, imponere collectas, & similia: isto casu possit uniuersitas propriè delinquere. d. auth. nulla comm. & auth. Cassa. C. de sacrosanct. Eccl. Nec potest dici, quòd aliquis priuatus hoc faciat, sed ipsa ciuitas & uniuersitas, in qua est illud ius. l. omnes populi. ꝛ. de iusti. & iure, & l. fin. C. de iurisdic. om. iudic. Quædam autem sint delicta, quæ non respiciunt iusta iura residentia apud uniuersitatem, ut cōmittere homicidium, uel uolentiam, aut similia: & tunc uniuersitas non dicatur hoc facere propriè, quoniam talia delicta requirunt ueram personam, & nō fictam, qualis est uniuersitas: d. l. sed si ex dolo. §. j. nam uniuersitas non est uera persona, sed ficta, repræsentās aliam personam à particularibus & singularibus. l. mortuo. ꝛ. de fideiuss. plenè per Ludo. Rom. conf. 617. & Alex. conf. 261. uol. 2. & Fel. d. c. dilectus. ideo propriè non potest delinquere. impropriè uerò dicit delinquere, & committere homicidium & alia, per regentes ciuitatem seu alios, quibus ciuitas commisit ex statuto aut priuilegio: iuxta l. j. in fine. cum l. seq. ꝛ. de acq. poss. atq; ita accipiendum est, quod traditur in d. §. animaduertendum. & d. §. refertur. Et in hac sententia residet Bar. in d. l. aut facta. §. ult. & Panor. d. c. dilectus. quibus Dd. communiter subscribunt. Ex prædictis ergo constat, quòd si omnes, uel maior pars ciuium, delictum aliquod committant, ipsa ciuitas, siue uniuersitas deliquisse dicatur: cum uniuersitas nihil aliud sit, quàm homines uniuersitatis, ut not. in l. sicut. §. j. iuncta gl. ꝛ. quod cuius. uniuers. nomine. & l. ult. ꝛ. de colleg. illi. Et hoc tenent omnes Philosophi, & Canonistæ dicentes: totum non differre realiter à suis partibus. quod tamen uerum est (ut dixi) si loquamur uerè & propriè: nam nihil aliud est uniuersitas, quàm singuli homines, qui in corpus unum collecti, illam uniuersitatē faciunt. sed impropriè secundum fictionem iuris secus est, per suprā dicta. Adde etiam prædictis ea quæ scribit Oldra. conf. 65. num. 7.

## OBSERVATIO LXXIX.

*Ciuitas uel uniuersitas quando obligetur ex delicto.*

**C**ommune dogma est doctorum utriusq; scholæ, quòd tum demum ciuitas uel uniuersitas dicatur delinquere, & obligetur ex facto seu delicto, quando omnes de ciuitate, uel maior pars cōmunicato cōsilio, & præcedēte deliberatione, progressi sunt ad delinquendū. Bart. in l. aut facta. §. ult. ꝛ. de pœnis. Panor. c. dilectus. 2. de Simo. & ibidē Io. de Ana. idem Panor. q. 1. Genesi. de elect. las. & alij in l. ciuitas. ꝛ. si certum pet. Corn. latissimè conf. 224. lib. 4. Io. And. c. foelicis. §. ult. de pœn. lib. 6. ubi etiam domi. de Gemi. Bald. in sua Margar. uerb. uniuersitas, ubi dicit: tria requiri ad hoc, ut uniuersitas possit de maleficio cōmissō puniri, & c. ut ibi per eum. Et ampliatur prædictum dogma obtinere, etiam si concurreret consulis consensus, quia nihil magis obligabitur uniuersitas: ut per Oldrad. cōf. 65. & Cyn. d. l. iurbemus nullā. C. de sacrosan. Eccl. Bart. d. §. ult. pen. quæst. & Alex. conf. 105. uol. 3. quod etiā firmat Io. de Ligna. in cle. j. de pœn. inquit, quòd tum demum dicatur ciuitas facere, quando homines cum consilio faciunt, tanquam corpus: secus si ut singuli, nullo habito tractatu præuio, nec cōmunicato cōsilio. Et per hanc doctrinam refert se aliquando cum maximo honore defendissē ciuitatem Bononiā, coram Pontifice, ne propter rebellionem à quibusdam cōm. am puniretur, addēdo hoc procedere, etiam si omnes de ciuitate fecissent ut singuli, non ut corpus: quia tunc non omnes, sed singuli qui deliquerunt, sint puniendi, tanquam imitatores personarum & seditiosi, ut toto tit. C. de seditio. Suprā dictum tamē dogma sic moderandum esse censuerunt domini in præallegata causa fratrum de *Bulaw* cōtra ciuitatem *Gustraw*, nisi interuenisset expressa uel etiam tacita ratificatio populi seu uniuersitatis, siue regentium eam: quæ tacita ratificatio satis apparere dicitur, si non puniunt, uel in exilium mittunt delinquentes:

quentes: tunc enim per talem taciturnitatem & conniuentiam, delicti participes red duntur, etsi illud nullo cōmunicato consilio sit patratum. ita tenent Felin. in d. c. dile ctus. 2. de Simo. Card. Zaba. post Anchar. in cle. j. §. ciuitas. de pœnis. quæst. 2. Idem Anchar. conf. 158. Ias. & alij cōmuniter in d. l. ciuitas. Bal. c. cū dilectus. de ord. cogn. Baro à Tauteimb. in suo Virid. conclus. 80. & nouiss. Lud. Carerius in sua practica cri minali. §. homicid. uers. circa quartum itaq; num. 349. ubi refert plures auctoritates, & hanc limitationem cōmuniter teneri scribit. Lignani ergo opinio, quam Panor. in d. c. dilectus, sequitur, intelligitur procedere, quando ciues aliquid faciunt tanquā sin guli, & postea per actus sequentes nō potest detegi uoluntas tacita ciuitatis, appro bantis delictū, aliās secus: quod perpetuò nota, & diligenter commenda memoriæ, quia sæpe contingere potest.

## OBSERVATIO LXXX.

*Quando agitur super facto qualificato, non sufficit illud probare, nisi omnes eius qualitates probentur.*

**Q**uando agitur de pœna alicuius specialis constitutionis, nisi omnes eius qua litates doceantur, & uerificentur in casu, de quo agitur, pœna non cōmittitur: est elegans doctrina Io. Andr. ab omnibus approbata in c. j. de homicid. lib. 6. Aetiologia est, quia quando qualitas est causa alicuius effectus, puta pœnæ infe rendæ, non sufficit probare factum, nisi in specie, seu (ut Dd. loquitur) punctualiter deducatur, & probetur qualitas. I. nō solum. §. sed ut probari, & ibi Bar. ꝛ. de no. ope. nu. gl. & Ang. in l. cum actū. ꝛ. de nego. gest. Et hinc est, quod si actum sit ad pœnas uiolatae siue ruptæ pacis publicæ, nisi probetur qualitas ueri & expressi doli, quæ in ruptione læsæ pacis publicæ omnino requiritur (quemadmodū supra Cent. 3. obser. 98. diximus) reus non sit condemnandus, sed absoluentus, etiam si de alia uiolentia, uel saltem de eiusdem excessu ultra moderamen inculpatae tutelæ probatum fuisset. Et sic obserua, quando deducitur uel requiritur actus, seu factum qualificatum, non sufficere probatū esse factum sine illa qualitate. I. prætor ait. 2. §. docere. ibi. cæterum si alibi, & c. ꝛ. u. bo. rap. & I. fulcimus. §. cum autem. iuncta gl. uerbi debet fraudatio nis. ꝛ. ex qui. caus. in pos. ea. Præterea diuersæ qualitates exigunt duo iudicia: uerbi gratia, esse in dolo, & esse in culpa, sunt duæ qualitates: ideo intentas dolum & pro bans culpam siue leuem siue latam, debet succumbere, reusq; absolui, cum non sit ex hoc capite actum. I. illud. in prin. iuncta glo. not. ibi. ꝛ. de lib. cau. Sic etiam in specie docet Io. Andr. & Inno. in c. cōquestus. de fo. comp. quod fundans se in libello super certa qualitate, si eam non probet, succumbere debeat, quia illa non probata, non uide tur illud factum in iudicium deductum, ut not. in c. cum sit. eo. tit. Quare Cy. in l. 2. post Iac. de Are. C. de proba. recte scribit, instituta accusatione uel inquisitione facta de insulta cum armis, uel de percussione cum sanguinis effusione, si postea probetur insultus, sed sine armis, uel percussio sine sanguinis effusione, reum esse absoluentū, quia non uidetur hoc factum probatum, fuisse in iudicium deductū deficiente quali tate. Et hoc Panor. quoq; probat in d. c. conquestus, uers. secundo colligitur: itemq; Bart. in l. denunciaffe. §. quid tamen. post prin. ꝛ. ad l. Iul. de adul. ubi format eandem quæstionem, & definit inter cætera, quod quando illa qualitas, quæ non probatur, fa cit cessare propositam actionem siue accusationē, debeat sequi absolutio: & sic uult ibi Bart. quod quando quis accusauit quem de ui expulsiua manu armata, & sic per legem Iuliam de ui publica, & probauerit uiolentiam, non tamen qualificatam cum armis, absolutio sequi debeat: quod etiam sequitur Bart. in l. 2. ad fi. uers. ex prædictis. C. ad l. Iul. de ui pub. adducens pro hoc rationem, quia pœna uiolentiæ priuati non sit in iudicium deducta, idemq; & Ias. in l. pen. §. in eum. uers. adde ad istam regulam.

ꝛ. ne quis eum qui in ius uo. est ui exi. amplectitur. Quibus adde, quæ in hanc eandem sententiã congeffit Hier. Schurpf conf.

12. in secun. Cent.

## OBSERVATIO LXXXI.

*Quòd sententia conformis libello esse debeat, id non habet locum in causis criminalibus: in quibus nec conclusione opus est.*

**L**icet regula sit, sententiam debere conformem esse libello, nec aliud continere, quàm fuerit petitem. l. ut fundus.  $\pi$ . commu. diui. sunt tamē multi casus, in quibus toleratur libelli siue petitionis & sententiæ discrepantia, quos recensui post Dd. in  $\S$ . curare.  $\pi$ . de actio. Potissimū autē in causis criminalibus non procedit prædicta regula, quia potest iudex nō sequi petitionē agentis, si quæ facta sit in libello accusatorio, & ea neglecta aliter pronunciare. Semper enim liberū est iudici in huiusmodi causis criminalibus, plus minúsue cōdemnandi. ut elegāter declarāt Bar. in l. quid er go.  $\S$ . pœna grauior.  $\pi$ . de ijs qui not. in fa. & Bal. in l. et si feuerior. C. eo. tit. Vnde etiā tradūt interpretes, in iudicijs criminalibus conclusionē non esse de necessitate libelli: per tex. in l. j.  $\S$ . calumniatoribus.  $\pi$ . ad Turpilia. sed sufficere facti narrationē, Bald. in l. 2. C. dict. tit. Bart. l. libellorū.  $\pi$ . de accusa. Alex. plenē in l. j. in prin.  $\pi$ . de edendo. ubi multa accumulatur, & uide latē Boeri. decis. 42. nu. 23. & 24. part. j. Obserues ergo in causa criminali, siue fiat conclusio in libello, siue nō, liberum esse iudici, ut uel eam sequatur, uel negligat, & aliter quàm petitem sit pronunciet. Cætera, quæ ad illustrationem præfatæ regulæ pertinent, uide in d.  $\S$ . curare.

## OBSERVATIO LXXXII.

*Explicatur theoricæ, quòd in decisorijs inspicienda sit potius consuetudo uel statutum loci contractus, quàm iudicij.*

**S**Aepe dubitari cōsuevit, an in cōcernentibus decisoria causæ, inspicienda sit lex, statutum, uel consuetudo loci contractus, seu iudicij: Et Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. cath. docet, attendendam esse obseruantiam loci contractus. Quod dogma sine pugna obtinet, quando unicus duntaxat est locus cōtractus, puta quia solutio nō sit destinata alibi: tunc enim absq; dubio in decisorijs causarū non erit respicienda lex uel consuetudo loci iudicij, puta domiciliij, uel originis rei, nisi quò ad præparatoria iudicij, sed quòd in loco celebrati contractus usitatū fuerit, etiam si res, de qua contractū fuit, sit alibi sita. Vnde est, quòd si in loco contractus ad plenē probandum sufficiant duo testes, in loco uerò iudicij ex statuto desiderentur quatuor, attendi debeat cōsuetudo loci contractus, cum istud tendat ad definitionē causæ: & ita Bal. loquitur in d. l. cunctos populos. col. 1.  $\delta$ . & l. j. ci. fi. C. que sit lon. consue. Pari ratione si in loco contractus minor ex lege municipali nō possit restitui, in loco uerò iudicij possit, inspicietur obseruantia loci cōtractus & non iudicij: quia ex quo cōtractus nascitur inexpugnabilis attentio huiusmodi statuto, in nullo loco poterit peti restitutio in integrū, nisi peteret ratione læsionis postea emergētis ex præscriptiōe, uel in iudicio, secundū Bar. Bal. & Dd. in d. l. cunctos pop. qui in hoc ultimo casu saluant gl. quæ est in l. 2.  $\pi$ . de eo quod cer. lo. Vbi uerò duplex est contractus, ut quia in uno loco initus sit, alius autē locus destinatus solutioni faciendæ, tunc distinguere oportet. Aut enim quærimus, an in decisorijs respiciat locus celebrati cōtractus, aut locus destinatæ solutionis, quò ad ea, quæ respiciunt solennitatē actus, uel quæ oriuntur secundum naturā ipsius contractus tēpore contractus, & debent adhiberi in cōtractu, uel impleri tēpore contractus: & tunc inspicienda est obseruātia seu lex loci, in quo contractū fuit: & ita procedit supra dicta Bartoli theoricæ. Aut uerò quærimus, an celebrati contractus, destinatæ uel solutionis consuetudo respiciatur quò ad ea, quæ ueniunt implenda diu post cōtractum in esse productū in loco implentioni destinato: eo casu non est consideranda lex uel consuetudo loci initi contractus, sed destinatæ solutionis. ita expresse determinant Bald. Ang. Raph. Fulg. Cy. Alb. Rosa. Jac. de Are. Oldrad. Iaf. & alij Dd. in locis supra allegatis. Et in hac posteriori specie non habet locum præfata Bartoli theoricæ, per supra allegata, & per ea, quæ latē congeffit Nicol. Euer. consil. 78. Et hac distinctione obseruata facile poterunt

poterunt conciliari diuersæ ac uelut pugnantes hoc in articulo sententiæ.

## OBSERVATIO LXXXIII.

*Alteratio feudi paterni non præiudicat agnatis, nisi ipsorum consensu sit facta, uel subsequuta rati habitio.*

**S**I dominus defuncti uasalli filium de feudo paterno tanquam nouo inuestiuerit, siquidem id factum sit agnatis consentientibus, filio mortuo feudum, exclusis agnatis, ad dominum reuertitur, per textum in cap. primo, in fin. an agnat. uel fil. quia qui alij consentit, sua iura perdit, & aliena corroborat. Aluar. cap. primo. §. præterea. quib. mod. feu. amittitur. Sin uerò absq; agnatorum cōsensu dominus feudi naturam sic mutauerit, agnati mortuo filio hoc reuocare possunt. iuxta Alua. in d. c. j. col. pen. uers. quæro. d. gl. Si tamen agnati postea talem concessionem scientes rati haberent, inuestitura robur haberet: c. j. de alie. feud. pater. argumento l. mater. C. de rei uend.

## OBSERVATIO LXXXIII.

*Feudum nouum si concedatur tanquam paternum, siue antiquum, an qualitatem antiqui sortiatur, uel nouum remaneat?*

**Q**uid autem econtrà si feudum sit nouum, & inuestitura concedatur tanquam de antiquo, uel nomine & iure antiqui feudi, ut scilicet in posterum censeatur paternum, auitum uel proauitū, an propter talia uerba feudum uerè nouum, naturam & qualitatem feudi antiqui sortiatur? & Oldrad. conf. 178. factū tale est. Quidam nobilis existimat manere nouum, per argumenta ibi per eum relata. Contrà las. in prælud. feud. col. 26. & 27. uers. quid autem econtrà si feudum sit nouum, antiquū censendum esse asserit, allegans Bald. in terminis. in c. j. de alien. feud. pater. argumento l. quicumq;. C. de omni ag. deser. Idem tenet Aluar. secundū eum, aitq; las. post multa, hanc opinionem communiorem uideri.

## OBSERVATIO LXXXV.

*Alienatio feudi antiqui an præiudicet agnatis, & quomodo reuocetur: item de differentia alienationis feudi noui & antiqui.*

**A**lienatio feudi paterni, siue antiqui, uoluntate & cōsensu domini feudi facta, agnatis non præiudicat, nisi ipsorum consensus accesserit, c. j. ibi Bald. in j. notabili. & post eum Mart. Lauden. ibid. de alie. feud. pater. potestq; ea, mortuo alienante, ab ipsis agnatis, reuocari, nullo refuso precio: emptor tamen fructus, quos durante uita alienatoris percepit, suos facit, nō tenetur restituere: sed si alienator filios habeat, etiam eo uiuente reuocari poterit alienatio. Filij enim debebatur feudum antiquum ex pacto & prouidentia maiorū, ita ut uiuente patre, filius feudi dominus esse uideatur: itaq; mox ab emptore feudum reuocabit precio restituto. Et sic obserua, quod agnati mortem alienantis expectare coguntur, sed absq; refusione precij: filij uerò statim admittuntur, restituto tamen emptori precio. §. Titius filios, si de feud. contro. sit inter dom. & agna. uasal. Ratio diuersitatis est, quia cum filij habeant modum singulare, ut non expectata morte patris reuocent alienationem: ergo in eo uicissim grauantur, ut precium reddant. In agnato uerò cessant hæc omnia: igitur nō uidetur grauandus, ut precium restituat. Si tamen agnati pro eo precio, quod extraneus attulit, redimere uellent, tunc statim reuocaretur: iuxta Zas. in epit. feud. tit. de feud. alie. in 7. prin. fallent. Ceterum qui consentit filio alienanti, non potest reuocare, siue expressim siue tacite consentit. d. c. Titius filios. ibi gl. Bal. & alij. & uoluit etiam Paul. Castr. conf. 190. uisa supra scripta. col. 2. uers. restat nunc uidere. lib. 2. quia qui consentit, sua iura perdit. l. cum quedam. post med. C. de adm. tut. Et quod hoc non solum de filio alienantis, sed de alijs quoq; agnatis accipiendum sit, est tex. in c. j. in prin. ibi gl. uerbi cōsentientibus. de alie. feu. pat. & c. præterea. ibi Bal. & alij. qui. mo. feud. amit. & uoluit Jacob. Belui. in c. j. §. ult. ad fi. & ibi Alua. conclus. 39. & Card.

Alex.col.5. quæ fa. pri. cau. bene. amit. Bal. conf. 16. facti euidentiã. in fi. lib. j. & Paul. Castr. conf. 84. quæstio ista uertitur lib. 2. Porrò tacitus consensus dicitur, si intra anni spacium sciens alienationẽ non contradixerit, modò alienatio facta sit in remotiorẽ agnatum: sin uerò in prorsus extraneũ facta sit, tunc agnato alienantis non oberit lapsus anni, sed admittetur usq; ad triginta annos, iuxta gl. quam sequuntur And. Yser. Bal. & alij in d. §. Titius filios, & idẽ uoluit ipse Bal. conf. 16. facti euidentiã. lib. j. Paul. Cast. d. conf. 84. Alex. l. si mihi & Titio. de uerb. obli. & conf. 15. uisis narratis. lib. 5. ubi hoc dicit cõmuniter teneri: prout etiã fatetur Tiraq. in trac. de retrac. uerbo dedaris. Lan. in glo. 10. nu. 9. ubi multa allegat. Prædicta tamen obtinent in alienatione feudi antiqui, aliud est in feudo nouo: quia si noui feudi alienatio fiat sine consensu domini, tunc nec filij nec agnati reuocare possunt, sed ad dominũ reuertitur, iuxta Alua. in c. Titius. in prin. & §. fin. 21. conclusio. quæ fuer. pri. caus. benefi. amitt. accedente uerò domini consensu, alienatio semper ualet: quoniã nullius, nisi domini, qui consensit, interest, nõ habita ratione, utrum filij contradicãt, uel non: Alua. c. j. in prin. quæst. ult. de feu. alie. pater. Nisi feudum hoc duobus fratribus cum pacto inuicẽ succedendi cõcessum foret, quia tunc alter frater, cui per hoc noceretur, reuocare posset: idem Alua. in c. j. §. si fuerint. quibus mod. feu. amitt.

## OBSERVATIO LXXXVI.

*Feudum an in dotem dari possit à uasallo, & quid de fructibus ex re feudali prouenientibus.*

**V**asallus elocando filiam, an possit feudum in dotem dare, uariè disputãt interpretes: nam Iaco. de Ardizo. in summa sua asseueranter tenet per multa iura, id eum posse: quẽ uidetur sequi Cyn. in l. uoluntas. C. de fideicom. Alij frequentiori calculo contrã censent, feudum in dotem dari nõ posse, per tex. c. j. §. donare. qua. ol. feu. alie. pot. gl. c. j. circa prin. de prohib. feu. alie. per Frid. Iac. de Bell. Nic. de Neap. Bal. Alua. & præpos. ibidẽ. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de locatio. §. ult. uers. 109. Et hæc posterior sententiã tanquam uerior obtinuit in Camera: quia si pater filiaẽ feudum in dotem daret, iam alienasse diceretur: cum dos apud patrem non maneat, quod facere prohibetur. Non enim possunt feuda ullo pacto alienari per uasallos, nec in totũ nec in partes, quocunq; titulo, & qui cõtrã faciunt, feuda amittunt. c. j. usq; ad §. præterea. de prohib. feu. alie. per Frid. Secus est in muliere, quæ propriũ feudum in dotem dare potest, quia nõ dicitur alienare, cum dos ad eam reuertatur. d. §. donare. Cæterum de feudi fructibus, nihil prohibet patrẽ dotem constituere, & sic pro sua sese persona ad huiusmodi fructus obligare. quod est elegãtis dogma præpositi in d. §. donare. qui Baldum allegat: quo saluari possunt nobiliũ atatis nostræ usurpationes, qui cum feuda pro filiabus in dotem dare consueuerunt, fructus saltem pro dote obligati intelligantur. ut pulchrè dicit Zas. in tract. feu. tit. de feu. alie. in §. extensio. uers. & hoc. Prædictam tamen decisionẽ tempera, nisi dominus feudi saluo iure directi dominiũ consensisset: quia ualeret, & uasallus, eiusq; uxore mortuis sine feudalibus hæredibus, uel aliã amisso feudo, istud feudum ad dominũ reuerteretur. nam propter domini consensum, qui circa utile duntaxat dominiũ adhibitus est, ius feudi nõ concidit. Aduertendum quoq; est, an tale feudum sit antiquũ: quia si dominus citrà consensum agnatorum consensisset, tunc agnatis non præiudicaretur, iuxta Zas. loco præcitato, & per ea, quæ paulo antè obser. 85. annotata sunt.

## OBSERVATIO LXXXVII.

*An in casibus, in quibus domini feudi consensus requiritur tacitus sufficiat: item quid si domini ratihabitio subsequatur.*

**S**ed & illud controuersum est, an in casibus, in quibus domini feudi consensus exigitur, necesse sit dominum expressim consentire, an tacitus consensus sufficiat: Et magis est, tacitum sufficere, si dominus alienationi præsens sit, nec contradixerit,



dixerit, cum factū impedire potuisset, quia sic cōsensisse intelligitur, per Dyn. in reg. qui tacet. de reg. iur. in 6. Sola autē domini absentis scientia cōsensum nō induceret. In contrariū pugnat glossa, in c. j. de prohi. feud. alie. per Loth. & glo. c. j. in fine, de feud. da. in u. l. e. com. uidelicet, quod taciturnitas cum scientia domino præiudicet: quod etiam Alua. sequitur in d. 6. fin. quæ fue. pri. caus. concl. 42. Verum superior sententia uidetur in puncto iuris esse uerior, ut testatur Zas. de feud. alie. in 7. prin. fall. uerfic. ego tamen, ubi pro ea allegat elegantem doctrinam Bart. in l. quo enim. §. rem haberi. ꝛ. rem ratam hab. qui quasi pro regula ponit, eum qui simpliciter factum sciat, dum sit absens, non modò non habendum pro consentiente, sed etiam pro improbante, dum incommodum suum respiciat, per l. procurator ad exhibendum, in fine, eod. tit. Nisi fortè coniecturæ aliquæ concurrerent, ut quia literæ domino essent scriptæ, quib. acceptis tacuisset: ut ibidem Bart. annotat. Hoc extra pugnam est, quod dominus, licet à principio non consenserit uasallo alienanti, possit tamen ex post facto alienationem ratam habere, quæ retrotrahetur, ac si à principio consensisset. c. j. & ibi Alua. 4. not. de alie. feu. pa. facit l. in concedendo. ꝛ. de aq. plu. arcenda.

## OBSERVATIO LXXXVIII.

*Prælati an mutare possit consuetudinem infeudandi mares.*

**I**N quadam causa feudali illa quæstio incidit, an consuetudinem infeudandi mares prælatus immutare possit: & concordæ sententia determinârunt domini, si consuetudo habeat, prælatum de certis bonis infeudare mares, non possit alterare illorum naturam, & de illis infeudare fœminas, argumento §. similiter. de lege Corra. nisi hoc fiat propter meritum, seruitium, seu amorem recipientis: ueluti si sit filia uasalli bene meriti, cuius amor & reuerentia in filiæ quoq; utilitatem meritò exuberet, c. j. quemadmod. feud. ad fil. per. & argumento l. unius libertus. ꝛ. si quid in fraud. patro. & quanquam Claud. Seysellus id circumcisè accipiat: alij tamen Feudistæ, uidelicet Iac. de Beluis. Nico. de Neap. Alua. & Card. tit. de his qui feud. dare poss. §. j. priorem opinionem crebrius comprobant. Pro qua facit etiam c. ult. de pecu. cle. in fine. ubi episcopus ratione seruitiorum præditorum defuncti hæredibus largitur, quod alioqui futurum erat Ecclesiæ. Facit item c. si quos de seruis. 12. quæst. 2. Porro si prælatus præter consuetudinem meritorum intuitu fœminæ feudum concesserit, uoluerunt domini in diplomate inuestituræ merita ea speciatim memorari oportere, nec sufficere uerbis quibusdam genericis benemeritorū facere mentionem, arg. l. Attilius Regulus. ꝛ. de donat. ubi nominatim benemerita recenset, quibus Attilius Regulum remuneratorem Nicosratus præceptor affecerat: alioqui per insertionem generalis clausulæ de benemeritis quis insinuationis necessitatem callidè subterfugeret: sicut supra hac ipsa Centu. obser. 75. quoq; annotauimus. Idem ergo in nostro themate dicendum, quando meritorum respectu in fœminæ personam, repugnante consuetudine fit infeudatio, quod ita demum subsistat, si per specificam expressionem de benemeritis constet: aliàs facile umbratō meritorum respectu prælatus, uel ius Ecclesiæ, uel cōsuetudinis fraudaret auctoritatem. quod signa, tanquam memoratu dignum.

## OBSERVATIO LXXXIX.

*Quando contentio est inter dominum & uasallum, per pares terminandam esse: & at. om. pares de nouo i. iare teneatur, quiq; pares censeantur.*

**N**otum est, exortam inter dominum & uasallum de feudo controuersiam, per illius curiæ pares dirimendam esse, quos scilicet unanimi consensu & dominus & uasallus simul elegerint: quod si de paribus eligendis iudicia uariauerint, permittitur & domino & uasallo seorsim, quos uelint, pares nominare, & deligere, nu-

meri tamen æqualitate inter utrosq; obseruanda, sic ut domino nihilominus primo loco eligendi prærogatiua competat: per tex. in tit. de contro. feud. pater. §. j. quo peracto, dominus pares utriusq; electos, & sub debito fidelitatis coniuratos, in uim iuramenti præstiti requiret, ut causam cognoscant, & secundum ius & æquum sententię prolatione definiant. §. penult. de prohib. feud. alie. per Fride. Qua ratione etiam uerisimiliter statutum est, in d. §. j. ut non admittatur ad causę examen, qui fidelitatem domino non iurauit, cum is in uim præstiti iuramenti requiri nequeat. Et quanquam præpositus uerbose ibidem asserat, pares nouo iuramento, ut recte iudicent, adstringi debere: tamen primum fidelitatis iusiurandum sufficere, Andr. ab Yser. censuit: quod sine præiudicio particularis consuetudinis, probabilius est, magisq; receptū, per d. §. penult. qui loquitur de paribus sub debito fidelitatis, non autem sub debito recte iudicandi coniuratis: quod nota. Cæterum si diuerticula uasallus & subterfugia quærens, uicissim pares eligere noluerit, à domino electi causam diriment soli, sicut tradit idem And. ab Yser. ibidem, & recte: aliàs in potestate eius esset iudicium eludere, argumento l. si quis rem. ꝛ. de arbi. Data enim opera semper tergiuersari posset, cui fraudi occurrendum est, l. j. ꝛ. de eo quod cert. loc. & fac. l. in fundo alieno. ꝛ. de rei uend. Pares autem Curie censentur, qui feudum habent in eodem territorio, in quo feudum seu beneficium controuersum est. Territorium autem crasse accipere oportet, pro uniuersitate ditionis, quæ specialem habet titulum, & ad unius iustam administrationem respicit. Itaq; cum princeps multa habet territoria (quod uidemus quotidie ex diuersis ditionum titulis) suntq; in unaquaq; ditione beneficiarij siue uasalli, recte quidem illi dicuntur omnes principis uasalli, uerum non omnes sunt pares curiæ, sed solum hi, qui in territorio litigiosi feudi beneficium habent. atq; sic accipiendum est c. j. in pr. si de inuest. inter. do. & uas. lis or.

## OBSERVATIO XC.

*Reconuentio an coram paribus curiæ locum habeat.*

**I**N controuersiam uenit in quadam causa feudali, an coram paribus prælibata ratione electis, reconuentio locum habeat: & glo. in tit. de contr. feud. ap. pa. ter. §. j. astruit, reconuentioni locum esse, etiam si ea fiat de causa nõ feudali, per regulam generalem in l. cum Papinianus, & auth. ibi. C. de sent. & interlo. Idemq; Aluarotus uoluit, & secundum eum ferè omnes doctores probant. Idem tenet Bald. in d. §. pen. de prohi. feud. alie. per Fride. uers. quæro utrum coram paribus. uerum hæc opinio tum à dominis crebrius improbata fuit, & recte meo iudicio. Nam curiæ parium nulla competit iurisdictione extra causas feudales, ut idem Bald. uoluit in d. §. pen. uers. quod si uasallus conqueritur: & Inno. in c. cæterum, in fin. de iudicijs, expresse affirmat, dominum & pares cum non habeant iurisdictionem, nisi ex lege feudorum, non posse cognoscere, si talis emergat casus, ut uel non possit agi conditione ex lege feudali, uel causa iure feudali non nitatur: sed coram ordinario hac specie agendum esse. Unde sequitur propter naturam causæ, quæ ad parium curiam non spectat, reconuentionem super negotio non feudali coram paribus non esse agitandam. Facit ad prædicta gl. in uerbo, super suis quæst. in fin. c. j. de mutu. pet. & hanc posteriorem sententiam, ut uerissimam, sequitur & pluribus etiam firmat Baro à Tautemb. in d. §. j. nu. 2. de contro. feud. apud pa. term.

## OBSERVATIO XCI.

*Argumentū à liberto ad uasallum, an et quatenus procedat: dominum & uasallum reciproca fide obstrictos esse: item dominum feudi si spoliat uasallum, interdictorum pænis teneri.*

**V**olunt cõmuniter interpretes, uasallum & libertum in iure æquiparari: ideoq; argumentationem à liberto ad uasallum ualidam esse, ut per Aluar. in c. fin. de alien.

alien. feud. pate. & Spec. tit. de feud. §. quando. uersic. 17. & Ias. in l. si non fortem. §. libertus. circa princ. de condic. indeb. ex qua æquiparatione multa etiam inferunt, quæ recenset Nic. Euer. in sua Topica, loco 59. Verùm hanc comparationem liberti & uasalli, perpetuam non esse, adeò ut ne iuri quidem sit consentanea, eleganter probat Baro à Tautemb. in tit. de milit. uasal. qui cont. est. §. si uerò uasallus. & Zasius in d. §. libertus. Est enim libertus multo magis obstrictus patrono, à quo libertatem, rem inæstimabilem, accepit, l. libertas. de reg. iuris. quàm domino uasallus, à quo feudum accepit, ut ipse eiusq; hæredes fideliter seruiant. Deinde constat, quòd sicut uasallus domino, ita contra dominus uasallo reciproca fide in omnibus sit obstrictus. Oportet enim æqualem esse fidei relationem inter dominum & uasallum, ut fides dominus efficiat fidum clientem: atq; ita uulgò dicimus, *treuer Herr/treuer knecht*, de quo uide tex. ad hoc singularem in c. j. §. ult. de forma fidelita. quem textum sanctum ius continere, sed dominis terribilem esse, Baldus ibi dixit: quod de liberto & patrono nullibi scriptum reperitur. Fallax ergo prorsus est argumenti genus de liberto ad uasallum, ut per Baronem loco supra citato latius deducitur. Verum est, Ulpianum dixisse, liberto semper honesta & sancta persona patroni uideri debet, in l. liberto. de obseq. at domini personæ, respectu uasalli longè alia est ratio, ut ibidem Zas. & Baro docent, & ex fine textus, in d. §. si uerò uasallus. manifestè probatur: cum dominum uasallus impunè depredare etiam possit, si ab ipso spoliatus aliter suum consequi non ualeat. Quare non ineptè And. ab Yser. præter possessionis restitutionem etiam interdictionum pœnis spoliatores feudi dominos, ut alios quosuis teneri scripsit: & quanquam pleriq; hoc Andreae dogma cauillent, uideatur tamen ratione fulciri. Cum enim placitis feudalibus non sit definitum, an contra feudi dominos interdicta competant, standum est determinationi iuris communis, secundum regulam feudalem in c. j. de feud. cognit. Ex prædicta obligatione reciproca uasalli & domini consequitur etiam, quòd sicut utile suum dominium uasallus, si dominum spoliauit, perdere debet: ita quoq; dominus indicta causa & malo ordine, id est, nulla ipsius culpa conuicta, nec sententia per pares Curia lata uasallum possessione feudi spolians, ius suum proprietatis amittere debeat. Nam cum uasallus iuret domino, in possessionibus eius se non futurum damno, d. c. j. de forma fidel. ergo reciproce obligatur in hoc uasallo. d. §. ult. ita adstruit Alvaro. c. j. de mil. uasal. qui cont. est. quæcunq; ergo causa uasallum utili dominio nudat, eadem uicissim directo dominio & proprietate dominum exuit. §. domino. si de feu. defunct. con. sit inter domi. & ag. uas.

## OBSERVATIO XCII.

*Vasallus an sine uenia in ius uocet dominum impunè?*

**A**N uasallus sine uenia dominum in ius uocare possit, iudicia doctorum uariant. Nam Ias. post Alex. in l. generaliter. de in ius uoc. & Specul. de feud. §. quoniam. uersic. 16. quæritur, intrepide tenet, uasallum ad eam reuerentiam teneri, ut dominum sine uenia in ius non uocet: summa argumentorum eius consistit in æquiparatione liberti & uasalli, constatq; libertum ad ueniam petendum obligari, si aduersus patronum uelit agere. l. pen. & ult. 7. de in ius uoc. Sed quam ea sit probabilis, in præcedenti obseruatione dictum est. Postea idem Iason in l. si non fortem. §. libertus. de condic. indeb. dicit communem opinionem doctorum esse in contrarium (quod Nico. Euer. in sua Topica loco 59. similiter constat, interim tamen suam contra communem tueri pergens) sed glo. in c. j. uerbo, reuerentia. de mili. uasal. qui cont. est. putat huiusmodi ambages iuris civilis in feudorum consuetudinibus locum non habere: quam glo. sequuntur ibi Bald. Alvaro. & alij, & item Ang. Io. Fab. Io. de Plat. & Ias. in §. pœnales quoq; uersic. quæro quid in uasallo. Instit. de actio. quia uasallus non comprehenditur edicto prætoris. Igitur istæ prohibitiones pœnales, siue potius (ut idem ibi in fine dicit) ambages, in casibus duntaxat suis obtinebunt, cum lon

gè aliam uasalli, quàm liberti conditionem esse, superiora probent. Et hæc posterior sententia Germanis moribus quoq; comprobatur: eandemq; expressim secuti sunt domini Camerales in causa der Großlegen fratrum contra Comitem de Hanaw. Nam cum obiecta esset exceptio ueniam impetrandæ, ad impediendam litis contestationem, pronunciatum fuit à dominis, Comitem ea non obstante ad litem contestandam teneri, per gl. in tit. de mil. uasal. qui contu. est. quam ibi sequuntur lac. de Beluiffo. And. de Yser. Bald. & nouis. Matth. de Affl. ibi num. 128. dummodò tamen uasallus ab inhonestis uerbis absteineat. Ex quo infert ibidem Bald. subditum posse contra patriam uel fiscum agere, non impetrata uenia: cui tamen repugnare uidetur tex. in l. bene. à Zenone. C. de quadri. præscri. ibi, nisi ex nostra iussione causa moueatur, &c. sicq; is, qui habet causam à fisco, non potest in ius uocari nisi licentiam à rege obtinuerit. Et dictam legem ad hoc allegauit Yser. in c. j. in pr. de le. Corra.

## OBSERVATIO XCIII.

*Commisssa cause cognitione, an censeatur eiusdem definitio & executio commisssa.*

**A** Libi annotauimus, an & quando iudex, cui mandatur executio, possit etiam cognoscere. supra Centur. 3. Obser. 71. An autem ediuersò, cui committitur causa cognitio, ei censeatur quoq; commisssa definitio causæ, & eius executio: quæstio est ualde dubia. & per glo. ac Dd. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ꝛ. de re iudi. diffuse tractata. domini Assessores, cum illa in quadam controuersia obuennisset, conciliationem siue distinctionem Io. And. amplexi sunt, quæ extat in addit. ad Spec. in tit. de execut. sentent. §. 2. quia si causæ cognitio est commisssa à lege, nempe iure magistratus (sicuti est in iudicibus ordinarijs, quibus à iure commissum est, ut de causis cognoscant) ea specie & diffinitionem sententiæ, eiusq; executionem commissam censeari, non est dubium. Nam iurisdictio sine coercionem manca est, si autem causæ cognitio per modum delegationis committeretur, ut si iudex ordinarius alicui in dio cæssi sua committeret huius uel alterius causæ cognitionem, hoc casu, quicquid doctores disceptent, eis non censeatur commisssa causæ definitio, multo minus executio. per tex. opt. in l. ubi. circa medium. C. de falsis. Et quamuis tex. in l. j. C. si quis contra ius uel utilit. pub. uideatur repugnare, ubi causæ cognitione commisssa, commissarius etiam diffinire potest: loquitur tamen is tex. in delegato principis, in quo forte aliud est, secundum Zas. in d. §. sententiam. ubi amplius inquit, hodie istos fluctus facile caueri propter clausulas, quibus nunc communiter utuntur: quia si principi supplicatur, subscriptio, quæ principis nomine fit, sicq; ilgò habet: Titius causam audiat, cognoscat, & iusticiam faciat: per ista uerba omnis dubitatio tollitur. Cum autem à superioribus emanat rescripta, dici solet, ut causam audiat, de ea cognoscatis, & debito fine determinetis. Hæ clausulæ si per errorem essent intermissæ, delegatus diffinitiuam pronunciare non posset, Zasio docente in d. §. sententiã. Et hæc est pulchra exceptio contra rescripta, non omnibus nota.

## OBSERVATIO XCIII.

*Sententiam appellationis quis exequatur, an iudex à quo, uel ad quem fuit appellatum.*

**I**llud quoq; ualde controuertitur apud Dd. quis sententiam, à qua ad superiorem fuit appellatum, debeat exequi: ut per eos legitime in l. à diuo Pio. §. sententiam. ꝛ. de re iudic. Omisssis disputationibus sic breuiter dicendum est: quando iudex appellationis sententiam primam confirmauit, is eandem exequatur, ageturq; ex sententia confirmante, nõ ex confirmata: auth. si qui litigantium. C. de episco. audient. & l. addictos. C. de appellationibus: quod tamen de sententia diffinitiuam accipiendum est. Nam si ab interlocutoria appellatũ fuisset, & iudex appellationis eandem confir-

confirmasset, tunc ad primū iudicem, cuius officium necdum finitum est, recurri debet: c. in Ecclesia. de appellat. Cæterum si deserta fuisset appellatio, ut quia expirârint fatalia, uel iudex appellationis eam desertam esse decreuisset: primus iudex exequetur, non appellationis, cum is ob desertionem iurisdictione careat. l. ult. C. de tempore appellat. & l. si quando. C. de appellat. Panor. d. c. cum in Ecclesia. ubi amplius dicit, etiam tum ad primum iudicem pertinere executionem, si iudex appellationis appellationem nullam, uel frustratoriam, siue inualidam fuisse decreuisset. Addit Zas. in d. §. sententiam, adhuc alium casum, si appellans pactum fecerit uictori de certa pecunia ad diem ei danda, & nisi det, stare uelle iudicatis: si is appellans prosequatur appellationem contra pactum, tunc iudex appellationis exequetur sententiam primam, cogetq; appellantem stare rebus iudicatis, & non primus, qui sententiam tulerat. per l. tale pactum. §. qui prouocauit. secundum uerum intellectum, quem ibi tenet Ang. in sua repetitione. ꝛ. de pactis. Bartolus tamē in d. §. sententiam, prædictum textum aliter intelligit.

## OBSERVATIO XCV.

*Quis sit iudex in causa inter emphyteutam & alium tertium.*

**I**N causa appellationis uiciorū cathedralis Ecclesiæ Argentinensis contra Ioan- nem *frtesen* & consortes, inter cætera dubitatum quoq; fuit, quando est cōtrouersia inter emphyteutā, & alium tertium, quis sit iudex competens? Et crebrius placuit tum dominis, illum esse iudicem competentem, in cuius territorio bona sunt sita, etiam si emphyteusis sit ecclesiastica, idq; autoritate Iasonis in l. j. nu. 73. C. de iu. emph. ubi testatur hoc esse uerissimū, cui adde Io. de Ana. conf. 84. coll. ult. & ibidem in addit. Ludo. Bolog. Butri. c. cū uenissent de iudic. domi. c. Romana. de pœn. lib. 66. Dd. communiter in cle. 2. de rebus Ecclesiasticis nō alien. & Ludo. Ro. conf. 212. in secundo dubio. Et pro hac sententia facit theoricā, quod quando est causa realis inter laicum & clericum, debeat tractari coram iudice laico, ubi res est sita: Gul. de Cun. in auth. clericus. in prin. C. de episc. & cler. per tex. in l. de his. eod. tit. ubi idem tenet, & etiam Odofred. ibidem. Fac. tex. in d. auth. clericus. ibi, quod si natura causæ uel alia ratio, &c. Et in hanc sententiā inclināt post multa Boeri. decis. 69. in j. parte. idem tenet etiam Hostiensis in summa eod. tit. §. 2. dicēs: clericum ratione rei profanæ reali iudicio cōueniendum coram seculari iudice, & fac. c. quod clericis. & c. si diligenti. de foro competen. ubi tantum disponitur circa actiones criminales & ciuiles personales. Ad idem facit auth. sed hodie. C. de episc. & clericis, ubi tantum dicitur de personali, & sic secus est in reali, in quo persona non dicitur obligata. ut Instit. de actio. §. j. nec trahitur persona, sed res, &c. Quanquā ergo pleriq; Dd. existiment, quod etiam inspicienda sit qualitas personæ conuenienda ratione rei sitæ: & ideo si conueniendus ratione rei sit clericus, conueniri debeat coram Ecclesiastico in loco rei sitæ: si uerò sit laicus, coram laico, prout hæc latiss. prosequitur etiam Mari. Soc. in c. sanē. si episcopi. nu. 9. de for. comp. ubi allegat Archid. & Oldrad. attamen superior opinio uelut communior & uerior, approbata est à dominis in supra dicta causa, relata 12. Decembris, anno 1548.

## OBSERVATIO XCVI.

*Sententia lata contra principalem, an possit exequi contra fideiussorem sine nouo processu?*

**E**Legans quæstio est, an sententia lata contra principalem possit mandari executioni contra fideiussorem sine nouo processu? quam tractat Bart. in l. si pro eo. §. si nummos. ꝛ. de fide instr. & l. j. ꝛ. iudi. solu. ubi Paul. Castr. examinat, quid e contra obtineat si probata sit sententia aduersus fideiussorem, an in principalem eius possit fieri executio? Et receptior est sententia, referre, an loquamur in fideiussore iudicij, qui scilicet cauit de iudicato soluendo, an in fideiussore contractus: ut priori casu

casu fiat licite executio aduersus fideiussorem, absq; nouo processu, per gl. in l. fin. C. de usu rei iudic. posteriori uero non, sed opus sit alio processu. l. grege. §. 2. ꝛ. de pignorib. & l. a sententia. in prin. de appellatio. Et hanc sententiam probant Cyn. in d. l. fin. Bart. in d. l. j. ꝛ. iudic. solu. Spec. tit. de execut. rei iudic. §. sequitur. uers. quid si sententia. Ioan. Andr. in c. j. de iniu. lib. 6. & Alberic. de Rosa. in l. 2. §. fin. qui satisda. cog. Et quanquam Oldradus in l. fin. §. adijcientes. C. de his qui ad Eccl. confu. existimet, quod utroq; casu sententia contra principalem habeat promptam executionem aduersus fideiussorē: prior tamen opinio crebrius obtinuit, quam etiam sequitur Guid. Pap. decis. 26. ubi tamen eam in fideiussore de iudicato soluendo sic limitat, quod uerum sit, executionē aduersus ipsum posse fieri sine nouo processu, nisi essent mutatae personae: qua specie necesse sit, primò partem uocari in tali executione sententiae, & summariam petitionē offerri, deq; causa summarie cognosci per iudicem: iuxta not. Specul. tit. de execut. sent. §. breuiter. uers. sed secundum eum. Ceterum an sententia possit mandari executioni, contra tertium possessorem, qui nō fuit in lite, uide Ioan. Fab. in §. omnium. Instit. de actio. & l. j. C. de alien. iudic. mut. caul. fact. ubi tractatur hęc quaestio plene.

## OBSERVATIO XCVII.

*Paupertas sicut ab appellando, ita & à desertione appellationis excusat: & de alijs paupertatis effectibus.*

**Q**uemadmodum non censetur deserta esse appellatio, si propter inopiam uel paupertatem impeditus fuit appellans eam introducere, iuxta Inno. in c. ex ratione, de appellatio. & Bald. in l. j. §. si quis in iudicio. ꝛ. si quis caut. ita etiam si quis omiserit appellare ob paupertatem excusatur: per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ꝛ. mandati. & Guid. Pap. decis. 436. nu. 2. quod tamen ad appellationem in scriptis restringendum aiunt, cum ibi cogeretur expendere: secus esse in appellatione, quae fit uia uoce: quia cum ibi nihil expendatur, paupertas non excusabit. Item causa paupertatis debet expediri de plano, & sine solutione sportularum, ut est tex. in §. sit tibi quocq;. Nouel. de mand. prin. ibiq; Bar. & Dd. pro quo est tex. iuncta gl. in uerbo uel personae. l. nonnunquam. j. ꝛ. de iud. & l. illicitas. §. ne tenuis. de offi. praes. Et quod pauperes litigantes non teneantur soluere sportulas in iudicio, sed eorum causa audiendae cognoscendaeq; sint gratis, tradit quoq; Paris de Put. in tract. de Synd. uer. expensae. Ceterum de multis alijs effectibus paupertatis uide Guid. in d. decis. 436. nu. 21. Innoc. post gl. in c. pen. de offic. de leg. Bald. c. j. quae fuit pri. causa bene amitt. Et scribit Innoc. ibi inter caetera de inopē, qui iurauit soluere in certo termino, nec potest id postea praestare, quod non dicatur periurus. An porro, & quibus casibus prosit paupertas, tractat Bart. in d. l. illicitas. §. finali. de offic. praesid. Quis autem dicatur pauper (ut id etiam obiter dicamus) uariarunt interpretes. Nam Bartolo pauper est, qui in bonis non habet quinquaginta aureos, in l. qui accusare. ꝛ. de accusa. Alij uero, & rectius, pauperem accipiunt, qui pro qualitate rei, de qua agitur, satis non habet. In arbitrio itaq; iudicis erit, ut ex personarum & rerum qualitate diiudicet, quem locupletem, quemq; pauperem ducat, per ipsum Bart. in d. l. qui accusare. Spiege. in suo Lexi. uerbo, pauper. & Bello. conf. 16. ubi hanc communem dicit ex Decio conf. 120. ubi uide latius.

## OBSERVATIO XCVIII.

*Error omissae solennitatis in testamento quomodo probari debeat, & quot testes in eo probando requirantur.*

**C**um in Camera Imperiali de publicando & confirmando testamento domini Alberti Comitis de Sennenberg ad instantiam suae relictae uiduae, dominae Catharinae

tharina Comitissa de Stolberg tractaretur, inter cætera determinatum fuit, si agatur de probanda substantia seu uoluntate testatoris omiffa errore notarij, requiri septẽ testes, & quidem eos ipsos, qui interfuerint testandi actui, iuxta Bal. & Io. & Imo. in l. cum proponebatur. ꝑ. de leg. 2. Ias. in l. errore. nu. 7. C. de test. Sin uerò agatur de probanda aliqua qualitate, duos testes sufficere, per gl. not. in l. hæredes palam. §. si quid post. uerbo, posse. & ibi Bart. ꝑ. de testa. Limitabant tamẽ primum dictũ domini Af-fessores, nempe substantiale testamenti non posse probari minori numero, quàm septem testium rogatorũ, quòd procedat, quando est tale substantiale, quod consistit in uoluntate testatoris: sin autẽ sit aliud substantiale, tum aliud dicendũ esse: uerbi gratia, in testamento de substantiali forma est septenarius testiũ numerus, iuxta Bar. in l. nemo potest. in j. oppo. ꝑ. de leg. j. Bal. in l. fi. C. de iur. & fact. ignor. Ias. in l. 2. C. de bo. poss. cont. tab. istud tamen nõ pendet à uoluntate testatoris, quare si notarius per errorem tantum sex adscripsisset testes, uel singuli testes interrogati non facerent mentionẽ de alijs, uel dicerent se nescire, aut non recordari, talis error probari poterit per duos tantũ testes: Ang. in l. ambiguitates. C. de testa. Sic etiam si in testamento testes debeant esse rogati, si tamen opponeretur, testes adhibitos non fuisse rogatos, sufficeret illud duobus testibus probare. iux. Bal. Castr. & Alex. in d. l. 2. eundem Bal. in l. comparationes, in 3. notab. C. de fi. instru. & Imo. in c. cum esses. col. 14. de testa. Par ratione ubi agit de probando aliquo extrinseco, seu necessario ad ualiditatẽ & substantiam institutionis, quod tamen non dependet ex uoluntate testatoris, tunc duo testes sufficiunt: puta si testator dixit, instituo Titium filium meũ. ista filiatio est quidem de substantia institutionis, l. si pater. C. de hære. instit. probari tamẽ poterit duobus testibus. Cast. l. cum proponebatur, de leg. 2. & l. errore. C. de testa. Et generaliter uidentur Dd. in d. l. 2. concludere: quòd ad probandas solennitates extrinsecas, semper duo testes sufficiant: infertq; ibi Baldus, quòd si in testamento contineatur, testatorem filia reliquisse decẽ, possit probari duobus testibus, quòd reliquerit titulo institutionis, cum non sit dubium, nisi de solennitate. Prædicta quoq; secuti sunt domini in allegata causa, relata 16. die Martij, anno 1552. existimantes referre, an de probanda uoluntate testatoris dubium sit, & tum septem testes esse necessarios: an uerò de probando alia requisita ad testamentũ necessaria agatur, puta de numero, aut qualitate testium, forma subscriptionis, appositione sigilli, uel alio quopiam extrinseco testamenti: tunc id per duos tantum testes probare satis esse. Et hæc fuit etiã opinio Martini antiqui glossatoris, quam Spec. in tit. de instru. ed. §. compendiose. uers. sed quid si unus. sequitur, eamq; consuetudine seruari attestatur.

## OBSERVATIO XCIX.

*Mandatum procuratorium an ualeat, si in eo omiffa sit litis contestatio:*

*Quæ sint requisita mandati procuratorij.*

**I**N quodam mandato procuratorio nõ fuerat expressim facta mentio litis cõtestationis, nec cõclusionis causæ, nec deniq; auditionis sententiæ: dubitabatur an subsisteret: Et domini crebrioribus sententijs admiserũt illud tanquã sufficiens, cum potissima substantialia, quæ aliàs necessaria sunt ad mandatũ procuratoriũ, eidem inessent: nam & constituentis nomen in eo continebatur, & nomen constituti, itẽm nomen aduersarij contra quem, & in qua causa constituebatur, & quòd ratũ habiturus esset dominus, quod cũ eo ageretur. Et hæc requisita ad mandatũ sustinendũ sufficere tradit Spec. tit. de procurato. §. ratione aut fo. nu. 20. Accedit quòd litis contestatio non exigat mandatũ, iuxta Spec. dicto tit. de procurato. §. j. nu. 4. sicut nec conclusio in causa, uel auditio sententiæ. Præterea in eodẽ mandato adiecta erat generalis clausula ( Vnd alles anders vermuge rechtlicher ordenung zu handeln ) quæ clausula includit omnia, quæ sunt paria expressis. c. quid agendum. & c. non potest. de procurat. lib. 6. Cæterum ea quæ requirũt speciale mandatũ, in præfata cõstitutione procuratoria expressa erant, ut est iuramentũ calumniæ, & quodcunq; iuramentũ, Spec. tit. de iura-

de iuramen. calum. §. restat. uers. quid ergo si. nam iuramenti cuiuscunq; delatio & receptio speciale mandatum exigit. l. iusiurandum. §. ult. ꝛ. de iureiur.

## OBSERVATIO C.

*Probatio æstimationis rerum ui ablatarum, an præcedere sententiam debeat, uel subsequi.*

**C**VM in quadam causa ad restitutionem quarundam rerum ui abreptarum, uel earundem æstimationem fuisset actum, & rapinæ quidem delictum aduersus hæredes spoliantis probatum esset, æstimatio uero, siue ualor non item, dubitareturq; an condemnatoriam sententiam huiusmodi æstimationis probatio præcedere deberet, aut subsequi: aliqui dominorum existimabant, quod condemnatoria præcedere posset, & postea in causa executionis liquidatio æstimationis fieri, ad instar actionũ uniuersalium, qualis est petitio hæreditatis. l. non possumus. ꝛ. si pars hæreditatis petatur. Potest enim iudex pronuciare restituendum esse, quicquid ex tali hæreditate sit penes possessorem, quemadmodum & in condemnatione expensarum, interesse & damnorum fit: quia licet sententia incerta sit iure nulla. l. in sententijs. ꝛ. de re iud. & l. 3. C. de sent. quæ si. cer. quan. Dd. in l. ait prætor. §. j. & l. in summa. §. amplius. ꝛ. de re iud. tamen cõdemnatio sine specificatione admittitur, satisq; est, si illa postea fiat in executione, per tex. c. inter dilectos. de donat. c. ex insinuatione. de procurat. Inno. c. significantibus. de lib. oblat. & hoc Canonistæ communiter tenent, prout testatur Fab. in §. curare. num. 3. uers. quid ergo. & num. 4. uers. satis ergo. Instit. de actio. Alij uero domini, & quidem maiori numero, putarunt æstimationem probandam esse, priusquam condemnatoria ferretur, nec hîc posse incertam sententiam tolerari: quod & uerius est. Nam ubi æstimatio uel interesse petitur principaliter, tunc mox ab initio actor æstimare debet, & certam quantitatem petere: ut pulchrè docet Fab. in d. §. curare. & pro hoc facit l. stipulationes non diuiduntur. in fine. j. respon. ibi iuxta æstimationẽ facti dandam esse petitionem. ꝛ. de uerb. oblig. Per manus etiam traditur, si pronuciandum sit super principali, & petitio cõtineat certam & designatam quantitatem uel rem, quod iudex teneatur certam ferre sententiam, uel per designationes rei, uel quantitatis, uel per certam relationem aut demonstrationẽ, per text. in d. §. curare. & ibi Fab. num. 12. l. j. & 2. C. de sent. quæ si cert. quan. & d. l. in sententijs. Nec obstat quod de uniuersalibus iudicijs obiectum est: quia si uniuersaliter agatur, sicut incerta petitio admittitur, ita etiam incerta toleratur sententia. d. l. non possumus. quæ deinde sit certificanda in executione. Sed quando interesse uel æstimatio principaliter petitur, certa debet esse petitio, & per consequens etiam sententia. Non obest etiam, quod de expensis, damnis, & interesse dictum est: quia hoc tunc procedit, quando ea petita sunt tanquam accessoria. Tunc enim sicut petitio incerta admittitur, ita & condemnatio. Sed cum in supra dicto casu æstimatio rerum abreptarum principaliter esset in iudicium deducta, & certa quantitas petita, conclusum fuit, priusquam condemnarentur rei conuenti, iniungendam esse probationẽ æstimationis actori, ut sic certa deinde posset ferri sententia. Ita determinatum in causa domini Vuilhelmi Comitis de Hennenberg cõtra Dukes Bauariæ, 16. Octobris, anno 1549.

*SINGULARIUM OBSERVATIONUM  
iudicij imperialis Camerae Centurarum quatuor, nunc  
primum in lucem editarum, &c.*

F I N I S.



# NOMENCLATURA IURISPERI-

TORVM, QUOS DN. MYNSINGERVS DIS-  
persè in hoc opere citauit.

A



*Bbas Panormitanus.*  
*Abbas Siculus.*  
*Accursius Florentinus.*  
*Aegidius Bellemera.*

*Aemilius Ferretus.*  
*Albertus Brunus.*  
*Albertus Gandinus.*  
*Albericus Rosatus.*  
*Alexander de Imola.*

*Andreas Alciatus.*  
*Andreas Barbacia.*  
*Andreas de Ysernia.*  
*Andreas Tiraquellus.*  
*Angelus Aretinus.*  
*Angelus Perusinus.*

*Antonius de Butrio.*  
*Antonius Capycius.*  
*Antonius Corsetus.*  
*Antonius de S. Georgio.*  
*Antonius Neguzantius.*  
*Antonius Nicenus.*  
*Antonius Rubens.*  
*Archidiaconus.*  
*Azo Bononiensis.*

B

*Baldus Perusinus.*  
*Bartolomæus Cepolla.*  
*Bartolomæus Chassaneus.*  
*Bartolomæus Salicetus.*  
*Bartolomæus Socinus.*  
*Bartolus de Saxo ferrato.*  
*Bertachinus.*  
*Benuenutus Stracha.*  
*Benedictus Capra.*

C

*CAEsar Conturdus.*  
*Calcaneus.*

*Campegius de Bononia.*  
*Cardinalis Alexandrinus.*  
*Cardinalis Zabarella.*  
*Carolus Molinæus.*  
*Carolus Ruinus.*  
